


111.





Si faciem spectes, dedit Ars Vultusq; Figuram
Quin animi Dotes Ars tibi nulla refert
Talis erat, cujus studium patefecit Olympum
Terrarumq; novos duxit in orbe gyros
Corporis, En! Vivam Pictor tibi prodidit umbram
Mentis de Libro est umbra petenda Suo.

I:L.

ASTRONOMIA BRITANNICA:

IN QUA

Per Novam, Concinnioremq; Methodum, hi quinq; Tractatus traduntur.

I. *LOGISTICA ASTRONOMICA*, quæ continet Doctrinam Fractionum Astronomicarum integram, tùm in Numeris Naturalibus, tùm Artificialibus.

II. *TRIGONOMETRIA*, seu Doctrina Triangulorum, (Analytica & Practica) quæ comprehendit Dimensionem omnium Trigonorum, tàm Planorum, quàm Sphæricorum, cujus ope, Dimensiones Cœli, Terræ, universiq; Mundi Orbis (modo mirabili) dignoscantur.

III. *DOCTRINA SPHÆRICA*, quæ exhibet Longitudines, Latitudines, Declinationes, Ascensiones, Ortus, Occasus, Intercapedines, Parallaxesq; singulorum Planetarum ad cujuslibet Sphæræ positum, & quo pacto Figuræ Cœlestes erigi possint.

IV. *THEORIA PLANETARUM*, quæ Novâ, accuratâq; Methodo super Hypothesi *Copernicanâ*, veros Motus & Configurationes omnium Planetarum computare docet.

V. *TABULÆ NOVÆ ASTRONOMICÆ*, ex quibus Singulorum Planetarum Motus, & Luminarium Eclipses, mirâ promptitudine colligantur.

Congruentes cum Observationibus accuratissimis Nobilis *TYCHONIS BRAHÆI*.

Cui accessit Observationum Astronomicarum *Synopsis Compendiaria*, ex quâ *Astronomiæ Britannicæ* certitudo affatim elucescit.

Opus exoptatum, non modò Astronomis, Astrologis, sed & Theologis, Historiographis, Nautis, Medicis & Poetis, perutile & jucundum.

Cui additur Postscriptum de *Refractione*.

Authore *VINCENTIO WING*, Mathem.

LONDINI,

Typis *Johannis Macock*, Impensis *Georgii Sawbridge*, prostantq; venales apud locum vulgò Clerkenwel-Green dictum. *1669*.



Clarissimo D^{no} & Viro verè Venerabili,

D. *ROBERTO MARKHAM*,

Baronetto.



Ogitanti mihi & circumspicienti, quem demum Patronum Operi huic Astronomico eligerem, Nemo uspiam alter, Vir Eximie, *potior, digniorve occurrit, cujus præsidio Lucubrationes meas devoverem, aut qui suscepti Patrocinii munus ex omni parte præstantiùs exequi posset ; quinimò hoc unum pro insigni tuo candore fac exoratum habeam, ut hanc Cerebri nostri Prolem propter Parentis tenuitatem tuendam suscipere non dedigneris. Quanquam reverâ hujusmodi* Theoremata, *propter istam, quam in fronte gerunt, Nobilitatis notam atq; argumentum, suæq; naturæ sublimitatem, locum inter præcipuos Magnates meritò occupare solent. In Patroni autem delectu, & Dedicationis consilio tot tantæq; extitère rationes, quibus adductus fui, ut quocunq; oculos converto, undequaq; in conspectum incurrant. Si spectamus enim ad* Dignitatis *tuæ fastigium, & Stemmatis* præcellentiam, *quâ inter* Primariæ Magnitudinis Stellas *in Orbe nostro Britannico collocatus emicas, tanta*

tibi circumfusa est Claritas, ut vel eo solo nomine qualem & quantumcunq; hujusmodi Tractatum facilè exigere & vendicare possis. Cùm verò contemplor egregias Animi tui dotes, quem omnimodâ Artium præstantissimarum scientiâ, & universâ Literarum Encyclopædiâ usq; excolere atq; exornare sategisti; quodq; præcipuè ad rem attinet, quanto ardore & faventi Minervâ studiis Mathematicis *incumbas, quin &* mirifica Astronomiæ arcana, *& penitiorem Motuum Cœlestium cognitionem consecteris; deniq; quàm benignis radiis, quàm fausto & amico Aspectu totam literatam Gentem, & imprimis* Matheseos alumnos *faveas, foveasq;; putavi me æquum pariter ac decorum officium præstiturum, si has tuas laudes, animiq; Ornatum debitâ commemoratione celebrarem, & Literarium hoc Monumentum veluti Cognationis quodam jure Nomini tuo inscriptum darem. Et non possum mihi non gratulari, quod sub Auspiciis tam eruditi Patroni in lucem prodeam, quódq; ingenii mei fœtus,* ex Urania *progenitus, ab ipsis incunabulis ulnis tuis sustinendus suscipiatur. Nec modicum indè fructum polliceor mihi proventurum. Primò enim futurum spero ut splendida ingenia situ & tempore excusso, ad Mundi speculationem, adq; ingenuas artes tanquam suæ Nobilitati minimè incongruas, vel tuo* Exemplo *exuscitentur: & missis noxiis voluptatibus, ludicrisq; exercitiis, ad miranda Philosophiæ Mysteria,* te Authore, *animos expediant: Quandoquidem juxta* Poetam, Os *illis sublime datum est, ut Cælum aspiciant, & vultus ad supernarum rerum, totiusq; Orbis Contemplationem erectos tollant.*

Secundò, si qui Antiquorum dogmatum plus nimio tenaces Demonstrationibus nostris pertinaci proposito, & deditâ operâ repugnabunt, aut ex eo forte, quòd Veteres Avias *nondum sibi de pulmone revulsas habeant, confido opacum meum corpus tanto lumine, à nominis tui splendore immisso,*

misso, perfusum atq; irradiatum fore, ut oculorum acies illis planè perstringatur; & nostra Argumentorum tela iis jam inhæsura, qui alioquin solius rationis acumen reflecterent, obtunderentq;. Sub candido tuæ Dignitatis *&* Favoris *umbone delitescens non est, quod dispositas* Antagonistarum *Phalangas reformidem; sed è contra rationis spicula securus evibrare possim, sicut olim pusillus ille* Teucer *apud* Homerum. *Iliad. f. 8. lin. 266.*

Παλίντονα τόξα τιταίνων
Ἔστη ὑπ' Αἴαντος σάκει Τελαμωνιάδαο.

Occlamitent licèt quantum libet, Objectionum moles exaggerent, & Gigantæo more contra Systema hoc nostrum Cœleste *montes contorqueant, & Ossæ Pelion superingerant; non dubito tamen rutilanti veritatis fulgure disjectos fore, dum tu* Atlantis *ritu (præclari illius quondam Astronomi)* Cœlos meos humero supposito *fulcias, sustentesq;. Deniq; si ex hoc meo insuper Præconio* Nominis tui *memoriam, Philosophorum Ordini insertam, præsenti, posteroq; Sæculo insignitam dabo, magnum in hac parte operæ-pretium se fecisse arbitrabitur,*

Dignitatis Tuæ,

Totius Reipublicæ Literariæ,

Cultor deditissimus,

VINCENTIUS WING.

PRÆFATIO
AD
CANDIDUM LECTOREM.

D*Eus Optimus Maximus* Δημιουργὸς ποιητὴς, καὶ πατὴρ τοῦ ὅλου (qui quidem ab antiquissimo illo Philosopho, *Hermete Trismegisto*, scitè describitur, quòd sit *intelligibilis Sphæra, cujus centrum ubiq;, circumferentia nullibi*) & principium est, à quo primùm proficiscuntur omnia entia creata, & propositus essentiis ipsorum finis, ad quem ultimò etiam tendunt; inter ea verò homo (quamvis primævus lapsus eum magnâ felicitatis suæ parte denudârit) longè eminet, quandoquidem eum *Deus* eo rationis & intelligentiæ lumine ornavit, inq; terris *sede commodissimâ* collocavit, ut admirandum contemplari possit sapientissimi conditoris opificium, atq; aliquâ ex parte *supremum & infinitum illud ens* in Speculo Creaturarum cernere; quæ *sapientiam illam perfectissimam* per reflectionem & quasi limis exhibent intuendam; cum hebetior sit mentis acies, quàm ut illam queat rectà aspicere. Lippientes humanæ rationis oculi (ut *Moses*) posteriores tantùm *Divinitatis* partes assequuntur; maximum ejus specimen in Cœlo deprehendimus. Nulla autem clarior ejus lux nostris sese oculis ingerit, quàm quæ è *cœlestibus corporibus* Stellis emicat, quarum *stupenda magnitudo*, & *numerus*, & *summa pulchritudo* & *splendor*, & *motus ordinatissimus*, rationes concludendi efficacissimas præbent τὰ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ &c. qui sit infinitus pulcherrimus, & formosissimus; seria quarum rerum consideratio nos edoceat ad præcipuam creationis nostræ finem attentè spectare, *laudem* nimirum, & *gloriam Creatoris*. Hâc ratione adductus *Philo Judæus* in libro suo *de Mundi opificio* asserit hominem in terris à Conditore tanquam in *Theatro* constitutum ad uniformia illa & varia spectacula conspicienda, ideòq; vultus erectus homini datus est, qui & oculos & animum ad corporum cœlestium contemplationem eveheret, ut *Plato* affirmat, cui accinit *Ovidius*, *Os homini sublime dedit, cœlumq; tueri*, &c. quorum consideratione nullus dubito, quin permotus *Regius Vates* exclamans diceret; *Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annunciat firmamentum.* Dignissima igitur sanè est *Scientia Astrorum*, quam amplectamini, cùm de cœlestibus agat corporibus, & quasi manu ducat ad *thesauros eos*, qui nunquam possunt pro dignitate satis æstimari, & quemadmodum doctissimus *Dee* aliquando dixit, *invisibilibus lineis & radiis immortalibus subvectum supra cœlos animum*, & incomprehensibilis lucis reflexionibus circumfusum gaudio donat & perfectione ineffabili. Quis ergò hanc

astrorum

astrorum scientiam non maximo haberet pretio, cùm astra fabricata esse videat singulari Dei providentia, ad amplianda magnifica Dei opera, quibus scrutando nunquam satiari possumus, siquidem multò his majora sunt abscondita? Hinc fuit, quòd non ita multò post conditum mundum Ars hæc ab *Adamo, Setho, Noacho*, ex coleretur, ut testatur *Josephus*, & alii, quod legere est Lib. 4 Cap. 14. de *Antiquit. Judaic. Abrahamum* etiam deinceps refert ejus peritiâ insignem in Arithmeticâ & Astronomiâ *Ægyptios* primùm instituisse; aliqui tamen ejus inventionem *Chaldæis* ascribunt & *Ægyptiis*, alii *Assyriis* & *Babyloniis*, alii contendunt *Æthiopas* primos ejus autores extitisse; nec etiam defuêre qui hujus inventi gloriam *Atlanti* assererent, de quo *Diodorus Siculus* Lib. 4. sic scribit: *Atlantem ferunt Astrologiæ fuisse peritissimum, deq; Sphærâ primùm inter homines disputasse*; quâ ex re visus est Cœlum suis humeris sustinere locum præbente fabulis Sphæræ inventione. De eodem S. *Augustinus* Lib. 18. de Civit. Dei sic ait. *Atlas magnus fuisse Astrologus dicitur, unde occasionem fabula invenit, ut eum Cœlum portare confingeretur.* Verùm quod ad me attinet, cum *Josepho* planè persuasum habeo, *originem ejus altiùs ab Adamo* arcessendam esse: deinde ab illo ad *Sethum* fuisse propagatam; qui, cum vaticinio ab *Adamo* præmonitus esset, *Mundum aquis primùm, deinde igne periturum*, duas erexit columnas, alteram lapideam, lateritiam alteram, quibus Scientiæ hujus elementa insculpsit, ut ab interitu vindicaret. *Uraniam* comperimus sequentibus etiam seculis, qui excellentiam ejus contemplerentur, fautores suos habuisse, ante Christum enim natum celebres fuisse legimus *Euctemonem, Timocharidem, Eratosthenem, & Hipparchum.* Non multis post Christum natum annis floruerunt *Ptolemæus, Menelaus, & Agrippa.* Aliquot deindè interjectis seculis orti sunt *Albategnius, Arzael, Almæon, Prophatius Judæus*, quos insecuti sunt *Georgius Purbachius, Joannes Regiomontanus, Bernardus Waltherus, Nicolaus Copernicus, Reinholdus*, & Nobilissimus *Tycho Brahæus.* Nostra demùm ætas viros insignes, *Galilæum, Keplerum, Longomontanum, Gassendum, Lansbergium, Bullialdum*, Doctorem *Wardum*, aliosq; produxit, quorum solertissimæ inventiones, & industria admirabilis, excogitatis plurimis iisq; præstantissimis & accuratissimis demonstrationibus, Scientiam hanc indies illustrârunt, & magis magisq; perfecerunt. Verùm felicissima illa & summâ admiratione *dignissima investigatio*, quæ verum mundi Systema nobis retexit, cum justâ symmetriâ, & omnium ejus partium proportione, uberrimam reddit hujus nostræ ætatis gloriam. Quid enim pulchriùs excogitari potest, quàm præclara mundi machina, *laudabile Dei opus*? Quid decentius ordine illo corporum & rerum omnium, quem *Deus* illis imperavit, & in æternum servandum dedit? Quamvis autem *Astronomia* sit antiquissima, & omnibus retrò seculis eruditissimos quosq; & celeberrimos studium ejus occupârit; non nisi serò admodum ullum perfectionis gradum attigit. Sideralis enim Scientia à primâ Mundi

Mundi origine ſuum agnoſcit ortum & progreſſum; quippe quæ lenè per ſuam infantiam, pueritiam, & adoleſcentiam, in juvenilem demùm ac virilem ſuccrevit ætatem. Veriſimile prorſus eſt, à *Patriarchis* ad *Ægyptios* & *Chaldæos* dimanâſſe, poſtea etiam in *Græciam* tranſiiſſe, ut teſtatur *Herodotus*, & unà cum eo *Theon Alexandrinus in Aratum*, ἐδέξαντο δὲ αὐτὰ Ἕλληνες παρὰ Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων: quibus aſtipulatur *Seneca Nat. Quæſt. Lib.* 7. *Cap.* 3. Nonnulli perhibent *Thaletem Mileſium* in *Græciam* primùm intuliſſe, verùm liquidò conſtat uſum ejus in *Græciâ* fuiſſe *Thalete* antiquiorem, niſi *Homerum* dormitaſſe arbitremur, dum fingeret *Vulcanum Achilli* quaſi Matheſin calleret, Scutum fabricaſſe, quod *Mundi Syſtema* in ſe expreſſum complecteretur. *Iliad Lib.* 18. non procul à fine.

Ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ', ἐν δ' οὐρανὸν, ἐν δὲ θάλασσαν
Ἠέλιόν τ' ἀκάμαντα, σελήνην τε πλήθουσαν·
Ἐν δὲ τὰ τείρεα πάντα τά τ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται, &c.

Inter Græcos *Thales Mileſius* primus fuiſſe perhibetur, qui Eclipſes prædiceret, & Æquinoctia præmonſtraret, ut proditum eſt à *Diogene Laertio, in Thalete, Plinio Nat. Hiſt. Lib.* 2. *Cap.* 12. Huic *Ariſtarchus, Calippus, Eudoxus, Tymochares*, aliiq; ſucceſſerunt; labores verò eorum ſcientiæ huic expoliendæ momenti parum attulerunt, donec tandem *Hipparchus* firmiores demonſtrationes perveſtigaret, cujus nihilominus Tabulæ non fuêre omnibus numeris abſolutæ, quod ex *Ptolemæi Almageſto* liquet; floruit autem is annis proximè 160. à morte *Alexandri*, totidemq; ante natum humani generis Redemptorem. Is, teſte *Plinio Lib.* 2. *Nat. Hiſt. Cap.* 13. & 26. compoſitione *Ephemeridum* ad 600. annos inclaruit, unde dicitur *Hipparchus* conſiliorum Naturæ particeps; Scripta verò tàm hujus quàm illorum omnia temporum injuriâ perierunt, paucas ſi excipias demonſtrationes, & obſervationes aliquot fixarum & errantium Stellarum locis à *Ptolemæo* retentas, & in ſuam *magnam Syntaxin* tranſlatas, quorum uſus eſt inſignis, quamvis haud conferenda cum iis, quas exactiſſimas *exquiſitiſſimorum Inſtrumentorum* adminiculo cultior hæc ætas in medium protulit. Paulò poſt *Ptolemæum* (qui floruit centum quadraginta poſt natum Chriſtum annis) ſcientia hæc in *Africam* trajecit, & magnum illud *Ptolemæi opus* de Cœleſtium corporum revolutionibus in *linguam Arabicam* converſum eſt. Sub idem tempus, ſcilicet anno Chriſti 882. *Albategnius Arabs* Planetarum locos & Solis & Lunæ defectiones aliquot adnotavit. Poſt hunc *Fredericus Secundus Imperator* illud opus curavit in Linguam Latinam transferendum, atq; hâc ratione factum eſt, ut *Ptolemæus Arabum* diligentiâ Europæis innoteſceret linguâ ipſis familiari. Poſtea circa annum Chriſti 1252. Scientiam hanc reſtituendi & promovendi ardens ſtudium *Alphonſi Noni Hiſpaniæ & Caſtiliæ Regis* animum inceſſit, qui in eum finem, adhibitis in conſilium *Arabum, Maurorum, Ægyptiorum, Hebræorum, Hiſpano-*

rum consultissimis, illorum ope, maximis impensis & industriâ summâ novas condidit *Tabulas Astronomicas*, quas ex illo tempore amplificarunt *Blanchinus*, *Prugnerus*, aliiq; Anno 1553. *Georgius Purbachius* novas etiam *Eclipsium Tabulas* è propriis observationibus edidit, quas postea ejus discipulus *Joannes Regiomontanus* emendavit, qui primus omnium in *Germaniâ*, quantum ego inter legendum observare potui, Ephemerides emisit; cujus exemplum secutus *Stoflerus*, *Ephemerides* scripsit ab anno Christi 1507. ad annum 1556. & *Cyprianus Leovitius* ab anno 1556. ad annum 1606. *Alphonsi* Tabulis consentaneas. Circa idem tempus in *Borussia* ortus est *Nicolaus Copernicus*, vir magni ingenii, cujus labores Astronomiæ perficiendæ plurimum contulerunt; nam non solùm à veteribus malè observata correxit, & ab illis omissa, maximâ admirabili curâ & industriâ multa ipse insuper adjecit: verum etiam, ubi omnia diligentèr excussisset, planè deprehendit *Systema Ptolemaicum*, ad cujus normam Planetarum loci & motus antea exigebantur, falsum esse & rationi prorsùs repugnans, ideoq; illud omnino rejecit, ut in Libris *de Revolutionibus Orbium Cœlestium* cuivis pateat, ubi validissimis ab eo demonstrationibus è Geometriâ petitis evincitur, *Planetas omnes, Solem motibus suis circuire eum seu centrum respicientes*; atq; hâc ratione evenit ut omnibus qui ipsum antecedebant in veris Planetarum motibus, magnitudinibus, distantiis definiendis, ad veritatem propiùs accesserit; cui fundamento nixus *Erasmus Reinboldus* suas *Prutenicas Tabulas* confecit, ex quibus *Joannes Stadius Ephemerides* ab anno 1554. ad annum 1606. *Maginus* ab anno 1580. ad annum 1630. *Origanus* ab anno 1595. ad annum 1654. & postremò *Argolus* ab anno 1600. ad annum 1660. composuerunt. Postea demùm præclarum, nobilemq; *Tychonem Brahæum* peperit *Dania*, qui cùm jam ipsi exploratum esset, observationum defectu, Astronomiam ad optatum suæ perfectionis apicem nondum pervenisse, necnon expertum esset *Conjunctionem Saturni & Jovis* anno Christi 1563. in Cancro, nec *Alphonsino* nec *Copernicano* calculo consentaneam fuisse, imò aliquot dierum spatio discrepâsse, ad *Astronomiam* instaurandam animum appulit; ex eo deinceps tempore varia instrumenta Mathematica ex suo ingenio excogitata confici curavit, locis Stellarum fixarum & Planetarum adnotandis accommoda. Ad hoc studium maximè accendebat animum *novâ conspectâ stellâ*, quæ integrum annum in *Cassiopeiâ* refulsit, ubi longorum & accuratissimorum ope instrumentorum hujus insoliti Phænomeni locum, & intervallum à fixis observâsset, loca etiam & intervalla, inter fixas Stellas interjecta, spectatum jam illi erat tam *Copernici* quàm eorum qui ipsum præcesserant, non exactas observationes, & cœli [illegible], sed *longissimè abesse à veritate*, adeo ut viginti aut triginta minutis in locis constituendis, aliquando toto penè gradu errare. Exinde etiam sensit *Copernicum* alia longè Planetis loca tribuisse, quàm quæ in Cœlo deprehenduntur, adeo ut aliquoties amplius duobus, tribus, aut quatuor gradibus à veritate recederet; quod quidem

quidem ingens discrimen in *Martis & Mercurii* moribus vulgò observârat, & ipse *Copernicus* idem ferè agnoscit in Præfatione *Ephemeridis Rhetici*, anni 1551. ubi hæc habet verba. *Ego Copernicus, si ad Sextantes, quæ sunt scrupula decem, veritatem (in motu scilicet stellarum) adducere potero, non minus exultabo animo, quam ratione normæ reperta Pythagoram accepimus.* Quæ quidem omnia ita esse cum exploratissimum haberet, continuos viginti annis in id totus incubuit, ut *Solis, Lunæ, Stellarum* errantium & inerrantium veros locos & motus quàm diligentissimè observaret, adhibitis in eam rem perlongis & exquisitissimis Instrumentis, quæ habebat mirâ arte ex solido metallo fusa; ubi jam tandem proprios *Solis, Lunæ, Fixarum Stellarum* locos indicârat, præmaturâ morte interceptus, (*obiit enim* 14. Novemb. 1601.) idem, quod illi etiam erat in animo, in cæterorum Planetarum motibus verè aperiendis efficere non potuit. Exinde ejus fidelissimi in hoc opere socii, *Christ. S. Longomontanus* & *Joannes Keplerus* ad istam admiratione dignissimam, cujus ille prima posuerat fundamenta, fabricam absolvendam, curam & operam contulerunt, quod tandem feliciori, quàm à quoquam expectari posset, successu præstiterunt. Quamvis autem *Longomontanus* scientiam hanc plurimùm perfecit, & rectiùs & accuratiùs quàm quisquam alius, qui ante eum argumentum hoc tractârat, de Planetarum motibus disseruit, ut liquidissimè constat ex ejus *Astronomiâ Danicâ*; alter tamèn *Joannes Keplerus Tabulis* suis *Rudolphinis* pleniùs hâc in parte veritatem restituit, uti facilè perspici possit ex instituta earum cum *Tychonis, Gassendi*, aliorumq; quorum peritia in Astronomiâ enituit, observationibus collatione. Animadvertendum verò *Keplerum*, optimam, viz. *Copernici Hypothesin* amplexum esse, quæ Sola naturæ consentanea est, quod ex demonstrationibus ejus exactissimis in *Epitome Astronomiæ Copernicanæ*, & in *Mysterio Cosmographico*, necnon in Commentariis ejus *de motibus Stellæ Martis* perspicuum est; quâ ratione semet à portentosis illis & fictitiis *Peripateticorum* machinis expedivit, quibus primùm pro fundamento erant insulsæ vulgarium & imperitorum Astronomorum opiniones, atq; ita omnium præcipuus evasit *Astronomiæ instaurator*, uti testantur *Ephemerides* & *Calculationes* inde derivatæ, & in his tum ipsius *Kepleri* tùm *Eichstadii*. Maximè autem Planeta *Mercurius* id comprobabit, qui 28 *Octobris* An. 1631. & rursus 23 *Octobris* 1651. & 23 *Aprilis* 1661. inter Solem & visum nostrum interpositus aliquam Solaris corporis partem oculis nostris abstulit, in utrâq; apparitione *Keplerianæ Tabulæ* (*Copernicanæ Hypothesi* conformes) veritati magis congruebant, quum *Longomontani & Argoli tabulæ* juxta *Tychonicum Systema* conformatæ multorum dierum errores continerent. Imò egomet deprehendi 7. *aut* 8. *gradus* circa motum hujus Stellæ à vero deficere, quod persentiscat quispiam Scientiæ gnarus, si loca huic Planetæ assignata in Tabulis istis cum Cœlo conferat.

Nec perpetuæ *celeberrimi Lansbergii Tab.* magni videntur æstimandæ,

mandæ, tum propter formam, quæ neutiquam ad veritatis (ut ita dicam) *Lydium lapidem* exigi poteſt, cum prætereá etiam quod obſervationes miſerè detortas ad ſuum inſtitutum accommodat, quod earum imperfectionem arguit, ut notat *Phocylides*, & nuper etiam clariſſimus *Natalis Durret* Gallus in Præfatione *Tabulis Richelianis* præfixâ. Sed elaborata doctiſſimi & diligentiſſimi *Bullialdi* opera digniora ſunt, ad quæ ſeriò animos attendamus, qui in ſuo *Syſtemate Philolaico*, demonſtrationibus Geometricis tùm *Ptolemaicum* tùm *Tychonicum Syſtema* nervoſè convellit, (quorum ultimum quiddam eſt ex *Ptolemaico* & *Copernicano* conſarcinatum) & conſpicuum reddit *Copernicanum Syſtema* ſolum eſſe verum, ex quo de omnibus Planetarum admirandis apparentiis & motibus (obſtupeſcentibus *Peripateticis*, aliiſq; liquidiſſimæ veritatis oppugnatoribus) exactiſſimum fieri poteſt judicium: huic fundamento ſuperſtruxit inſignem illum tractatum, qui inſcribitur *Aſtronomia Philolaica*, cujus eruditiſſimi viri acutiſſimæ inventiones id omninò promerentur, ut honeſto calamus meus ornet elogio. Verùm etiamſi ille juxta Problemata Doctiſſimi & Perſpicaciſſimi Mathematici *Franciſci Vietæ*, amplitudini & juſtæ Symmetriæ Orbium Planetarum, & eorum à Sole excentricitatum quantitati inveſtigandæ & determinandæ non inutilem navavit operam, diligenti tamen adhibito ſcrutinio, luce clarius erit Tabulas ejus non uſque adeo exactas, ut præconceptæ de eis expectationi per omnia reſpondeant, ſed à Phænomenis diſcrepare, cujus documentum *Stella Martis*, necnon *Solis & Lunæ Deliquia* præbebunt. In ſpem verò adducor fore ut egregium illud opus iteratâ editione limatiùs prodeat, prout pollicitus eſt in Libro cui titulum fecit, *Aſtronomiæ Philolaicæ fundamenta clariùs explicata & aſſerta adverſus clariſſimi viri* Sethi Wardi Oxonienſis *Profeſſoris impugnationem*. Et quidem non eſt unius ætatis, nedum unius hominis *Aſtronomiam* in integrum reſtituere: Multa obſcura ſunt, *poſteritatis Pandectis* involuta, nec retegenda uſq; dum *Deus Arbiter ſæculorum* æternum ſuum librum mortalibus expanderit.

Quod ad Scientiæ hujus dignitatem attinet, ea tanta eſt, atq; etiam omnibus notior, quàm ut opus habeam prolixiore ſermone laudes ejus perſequi. Uſus ejus ſi ſpectetur, quænam Scientia Reipublicæ præbet fructum uberiorem? Annon præcipuum eſt adminiculum quo ſuſtentatur Ars Nautica? Annon planè mutila eſt Geographia ejus ope deſtituta? quantum etiam utilitatis habet in *Hiſtoria*, *Poetica*, *Coſmographiâ*, & *Medicinâ*? Et quidem ampliſſimus ejus uſus adeo latè patet per omnia diffuſus, ut paucis complecti nequeam. Imò verò niſi hâc mediocritèr inſtructi ſimus, nobis æquè, atq; jumentis, quæ intereunt, & quibus non eſt intelligentia, inexplorata eſſent temporum diſcrimina. Verùm quia jam cupiam ſermonem hunc abrumpere, nè nimiâ prolixitate offendat, nihil ulteriùs adjiciam ubi hoc præfatus fuero in laudem *Magnæ Britanniæ noſtræ*, eam ſcilicet vicinis ſuis hâc in parte nullatenus cedere, ſed plurimos edidiſſe rei Mathematicæ

ticæ consultissimos viros, viz. *Joannem* de *Sacro Bosco*, *Rogerum Baconum*, D. *Dee*, *Thomam Diggesseum*, illustrem *Nepairum*, *Briggium*, *Gunterum*, *Gellibrandum*, *Oughtredum*, *Fosterum*, aliosq; : hodie nunc etiam apud nos florent viri ornatissimi *Joannes Wallis*, *Sethus Wardus*, Sacræ Theologiæ Doctores, & in *Academiâ Oxoniensi* Matheseos *Professores Saviliani*, alter *Geometriæ*, *Astronomiæ* alter. Quibus adjungam *Laurentium Rooks* & *Christopherum Wren*, quorum primus *Geometriam*, alter *Astronomiam* in *Greshamensi Collegio* apud *Londinenses* publicè docet. Nec me fas est prætérire D. *Doctorem Wilkins*, *Thomam Hobbs*, *Jo. Twysden* M. D. *Joannem Wyberd*, M. D. *Carolum Scarborough* M. D. *Joannem Palmer* Ecclesiæ Ectonensis Rectorem, *Gilbertum Clerke*, A. M. *Joannem Pell*, *Robertum Billingsly*, *Joannem Leeke*, *Jonam Moore*, viros hoc disciplinarum admodum conspicuos, qui quidem ipsi *suo Marte* multa præclarè invenerunt, aliquâ jam ex parte edita, &, uti spero, pleniùs posthac proditura. Quod ad me attinet, quamvis cum quoquam ex egregiis hisce viris minimè comparandus sim, cùm tamen nemo inter illos, præter *Sethum Ward* quicquam de hoc argumento conscriptum publici juris fecit, non dubitavi symbolum meum conferre μικρὸν illud quidem, & in Matheseos thesaurum immittere ampliandum. Hoc opusculum à me oblatum spero aliquid fructûs & emolumenti æquo Lectori allaturum; quod si experiatur, candidè mecum agat; sin optatum illum finem minus videar assecutus, scripta mea qualiacunq; cum veniâ, rogo, legat, quam eis haùd denegare poterit, si ex animo æstimet.

Dabam Luffinghamiæ Anno
Salvatoris nostri 1665.
Pridie Calendas *Martii*.

Vincentius Wing.

Ad *Vincentium Wing Mathematicum* non vulgarem, de *Astronomiâ* suâ *Britannicâ*.

SYdera *Vincenti* vincis! Doctâq; *Mathesi*
Summa petis *Cœli*, pandis & ima *Soli*.
Et quos non potuit *Ptolomæus* prendere *Motus*,
Remigio celeri Nobilis *Ala* docet.
Nempe tuo Cerebro terrarum vertitur Orbis,
Agnovit Sphæram *Mercuriusq;* Caput.
Inclytus *Astronomus*, nec non *Geometra*, nitentem
In terras ducis cœlitus *Uraniam*.
Crede novum *Sydus* Tu nobis esse videris,
Arcana *Astrorum* qui reserare potes.
Tycho Comes Solis, Lunæq; *Copernicus* Hæres,
Kepler & *Hevelius*, Te (*Jove* digna Cohors
Ἀστρολόγων) Socium cupiunt; jam luce videntes
Germanas stellas, Comiguosq; Deos.
Serus at in Cœlum redeas, si lumine tanto
Privemur, tenebris terra sepulta foret.

Carmina (*Vincenti*) nunquam te scribere possim
Digna, nisi pennam tu mihi *Winge* dabis.

Englished thus.

THe Stars thou conquer'st *Vincent*! Thy learn'd art
Doth things in Heav'n, and things on Earth impart.
Those *Motions* which great *Ptolomie* could not reach,
With quick dispatch thy *Noble Wing* doth teach.
The turning Earth Thou in thy brain dost bear,
And *Mercurie* doth think thy head his Sphear.
Thy rare *Astronomie* and *Geometry*
Draws bright *Urania* from the spangled Sky.
Believ't a Star to us thou seem'st to be,
That dost so well reveal Stars Mysterie.
The Sun's friend *Tycho*, and *Copernicus*,
The Moon's rich Heir, *Kepler*, *Hevelius*,
(With such rare Artists) with thy Company,
Who Stars their kinred, Gods their Neighbours see,
Late may'st thou go to Heav'n: for if thy light
Withdrawn it self from us, it will be Night.

Vincent thy praise in Verse I ne're shall sing,
Unless thou giv'st a Pen from thine own *Wing*.

J. Babington Trin. Coll. Soc. Cant.
& Rect. de *Boothbie Paygnel.*

Ad

Ad Amicum suum ingenuum, necnon ingeniosum Vincentium Wing *de Astronomiâ suâ Britannicâ Congratulatio Panegyrica.*

SAlve Scrutator Cœli, Terræq; Marisq;
Mensor & Ætherei qui petis astra Poli;
Salve Divinæ proles sacrata Minervæ,
O animæ salve dimidiumq; meæ;
Ex merito possim merito fine tollere famam,
Dum patet in laudes area tanta tuas.
Non Cantabrigiæ nutritus tu, nec Athenis,
Et tamèn excultum grande volumen habes.
Non stirpem claram, nec avorum nobile stemma
Jactes, sed dicat Jupiter esse patrem.
Non te plebeium tædet genuisse parentem;
Non humili longè delituisse Casâ.
Dum lateas, pateas, pulcherrima fabrica mundi
Cùm sibi delituit, non latet ipsa tibi.
Si meditor miror, dum miror rumino, tanti
Undè tot ingenii magna Trophæa refers.
Fœmina si fueras, Pandoram sæpè vocâssem;
Cunctorum retines munera clara Deûm.
Ex meliore luto finxit tibi pectora Titan,
Incusit genium Divus Apollo tuum.
Non te divitiæ, non te malesana libido
Inflammat, nec te nox semipota mero.
Non te fulvus honos, nec amæni gloria mundi,
Mobilium tollit, nec levis aura virûm.
Tu non sectaris lauti spectâcla Theatri;
Nec te delectant jurgia rauca fori.
Altior urget amor, meliorq; incenderit ignis,
Incola tu Cœlis, his peregrinus agris.
Ignavos fucos hominum cane pejus, & angue
Oderis; & vulgi fordida facta vagi.
Stellarum Cursus tractas, solisq, meatus,
Pallentem Lunam, sidereasq; domos.
Mensuram terræ struis Ingeniose, per altum
Mercatorq; vafer naviget arte tuâ.

Instruis

Instruis & Medicos salientem pollice venam
Tangere, & ægroto Pharmaca tuta dare.
Singula quid referam, spatiosi δόγματα libri?
Pagina non stringat, grande volumen habet.
Scribito Vincentî, festinè, scribito plura,
Et quâ cœpisti pergere, perge viâ.
Cum volat illa dies, fragilis quæ stamina vitæ
Abrumpet, tali Carmine lectus eris.

Epitaphium.

Eccè Mathematicus jacet hìc pulcherrimus, in quem
Pierides ipsas deperiisse putes.
Atq; Geometricus perquàm clarissimus, in quo
Singula mensuræ linea κέντρον ἔχει.
Conditur hoc tumulo pulvis, volat altus in auras
Spiritus, ad summi limina flava Jovis.
Nèc mirum moriens si sydera celsa petivit,
Quùm vivens inter sydera sempèr erat.

Vale.

Ex vico *Empinghamiensi* Idibus *Martii*, 1668.

Amicitiæ tuæ Devotissimus

Carolus Twickten.

Vincenti

Vincenti Wing *in Librum suum cui titulus* Astronomia Britannica, *Encomiasticon.*

QUid mihi commemoras Priscorum Scripta Virorum?
Huic peperêre Libro Secula nulla parem.
Argolum taceas, taceas ipsumq; *Bronotum,*
Nec sit *Hali* in laudes prodiga lingua nimis.
Præripuit palmam *Wingus* Clarissimus ; Unus
Ille suos omnes vicerit arte potens:
Jamq; opus auspicio felici exegerit, Orbi
Quo nullum toti gratius esse queat.
Ergò Musa canas mando hoc 'Επίνικιον illi,
Vincenti meritò dia *Corona datur.*

Jacobus Twist. Art. Mag.

WIng'd *with the Fame whereof, the Pen-man shall*
Fly East, and West, and North, and South, and all:
And be where-ere he comes saluted thus,
Welcome renown'd Brito-Mercurius.

James Twist. A. M.

Amico suo Ornatissimo & summè Charo,
Vincentio Wing.

COncelebrent omnes te laudum carmine, nunquam
Sat meritis dicent æquiparanda tuis:
Mirans, non laudans venio, labor irritus illud,
Cùm laudanda inter, nulla tacenda tenes.
I, decus Anglorum ; te perlegat ultima Thule,
Et quos disjunctos cernit uterque Polus.
Invida ne metuas virosæ vulnera linguæ,
Nil audet Python, dum tibi Phœbus adest.

Carolus Whitehall.

LOGI-

LOGISTICA ASTRONOMICA.

Liber Primus.

In quo, Fractionum Astronomicarum, Additionis, Subductionis, Multiplicationis, & Partitionis, tum Numeris Naturalibus, tum Artificialibus, Methodum Prænitidam brevi ostenditur.

Cujus beneficio, Præcepta Calculi Motuum Cœlestium, Astronomiæ Studiosis facilè redderentur.

Jo. Ant. Maginus, in Præfat. ad Canones.

Quicunque in eâ versantur Astronomiæ parte, quæ Astrorum motus, ac Cœlestium Orbium periodos numerorum ope metitur, quam ideo supputatricem vocant, tantum in Arithmeticâ profecisse eos necesse est, ut *Additionis, Subductionis, Multiplicationis, Partitionis*, & *Proportionum inventionis* CANONES norint: alioqui vanum in hoc Studio laborem sumunt, ubi enim omnia numerorum ope perficiuntur, in eo versare velle eum, qui numerorum rationes ignoret eorum ex numero est, quæ fieri nullâ ratione queunt.

Authore

VINCENTIO WING Mathematico.

LONDINI,

Typis *J. M.* pro *G. Sawbridge*, 1668.

LOGISTICÆ ASTRONOMICÆ

Pars Prima.

§. I.

PRiuſquàm *Lector* præclaram *Aſtronomiæ* doctrinam ingrediatur, quæ verorum locorum & motuum tùm Siderum tùm Planetarum calculum reſpicit, ut promptè noverit, quomodo addendæ, ſubtrahendæ, multiplicandæ, & dividendæ ſunt fractiones Aſtronomicæ, quovis more proportionalis pars in unaquaq; quæſtione invenienda ſit, *Aſtronomicam Logiſticam* perfectè ſe intellexiſſe neceſſum habet. Quin non minus perſpicuè, quàm breviter ſcribam, nè ſit ſupervacaneum aliquid, omiſſis præfationibus, modum dividendi circulum apud *Aſtronomos* uſitatum oſtendam; ut *Aſtronomicarum fractionum* naturam Lector intelligat.

Non ignari antiquiores *Aſtronomi*, veros & perfectos corporum Cœleſtium motus, accuratas ſuas dimenſiones per tota tantùm Signa & gradus recipere non ſemper potuiſſe, optimè cogitârunt circulum unumquemq; in 360. gradus diſtribuêre; iterùm in duodecim partes Signa vocatas, unumquodq; Signum in 30. gradus diviſerunt. At verò (cum Alphonſo) ſi *Phyſicis* utaris *Signis*, quod magis aptum, in ſex partes dividitur circulus, quarum unaquæq; 60. gradus, Sexagenas nominatas, quiſq; gradus 60. minutas, minuta 60. ſecundas, ſecunda 60. tertias, & eodem more ad decimas uſque & ulterius, ſi modo opus ſit. Methodus hæc circulum dividendi ſemper æſtimata ſuit aptiſſima, & ad hunc uſque diem continuata, quia nullus inventus eſt numerus aptus adeò recipiendi tot diviſiones ſub 100. ut 60. Diviſio Circuli.

Ordo diviſionis partium Circuli, vel temporis.

'''' ''' '' '	Gradus vel	' '' ''' iv. v. vi. vii.
4æ. 3æ. 2æ. 1æ.	Dies	1a. 2a. 3a. 4a. 5a. 6a. 7a.
SEXAGENÆ.	INTEGRA.	SCRUPULA.

Hactenùs idque breviter de diviſione circuli. Ad iſtas operationes Arithmeticas progrediamur, quæ Planetarum motuum calculum proximè exhibent. Quales ſunt, *Additio*, *Subtractio*, *Multiplicatio*, *Diviſio*, & *Methodus* inveſtigandi *partem proportionalem*.

§. 2. *Additio Aſtronomica.*

ADditio eſt quæ è duobus, pluribuſve addendis elicit totum ſive ſummam, quâ medii Planetarum motus è Tabulis Aſtronomicis colligantur. Singulæ ergò notæ, ſive numeri addendi ſecundum ſpecies ſuas & denominationes perpendiculariter ſibi ſubjiciantur, viz. Signa Signis, gradus gradibus, minutæ minutis, Secundæ Secundis, & ſic de cæteris. In temporis autem additione, dies ſub diebus, horæ ſub horis, & minutæ ſub minutis diſponantur, quorum ſingula, lineis, punctis aut ſimilibus à ſe invicem diſtinguantur, ut uniuſcujuſq; valorem faciliùs acquiras. Sub numeris in unam ſummam colligendis ducatur lineola, & infra eam aggregatum, ſeu ſummam totalem ſcribas. Definitio Additionis. Prima regula.

Secunda Regula.

ſcribas. Cum primâ Columnâ ad dextram ſemper incipias, ſingulos numeros in iſtâ perpendiculari in unum colligas: eodem modo verſùs ſiniſtram procedas uſque dum perficiatur Additio: Ut verum denique ſummarum valorem habeas ad dextram iterùm incipias, & quoties ex ſecundis ſexaginta colligantur, tot unitates accedunt primis, quoties ex primis ſexaginta habeas, tot unitates adjiciantur gradibus.

Tertia Regula.

At memor eſto quando ad gradus perveniſti, quoties numerus triginta excedit, tot unitates (niſi Phyſicis utaris Signis, ubi prædicta obſervanda eſt methodus) ſignis addas., Quoties denuò ex Signis duodecim colligas, rejiciantur toties duodecim; reſidua ſingula ſub ſpeciebus ponantur. *Exempli gratiâ.*

Exemplum.

Sig.	Grad.	′	″	Denominationes Specierum.
6	28	25	17	Numeri ſimul addendi.
8	4	41	56	
7	22	26	20	
	9	10	41	
		4	1	
			40	
			1	
21	63	106	176	Summa conſurgens.
11	4	48	56	Summa reducta.

Declaratio Exempli.

In Exemplo hoc.

1. Cum Secundis ad dextram incipio, earum ſummam (ſecundum *Arithmeticam vulgarem*) 176. invenio, divido per 60. erit Quotiens 2. reſiduum 56. ideoq; 56. in ſecundarum columnâ pono.

2. In ſecundâ columnâ additionis ſummam invenio 106. cui adjicio 2. numerum mente retentum, ſumma erit 108. divido ergò per 60. erit Quotiens 1. reſiduum 48. quod depono.

3. In columnâ gradûs ſumma eſt 63, cui addatur unitas retenta, ſumma eſt 64. divido per 30. (quia 30 gradus Signum conſtituunt) quotiens eſt 2. reſiduum 4. depono 4, & 2. quotientem Signis adjungo, quorum Summa eſt 23. rejicio duodecim, reſtant undecim Signorum. Ergò Summa totalis hujus additionis eſt Sig. 11. gr. 4. 48′. 56″.

Modus alius.

At frequentiùs ego hoc more procedo. Primò ſecundarum unitates ſimul colligo, quæ in hoc exemplo ſunt 16. depono 6. & unitatem ejuſdem columnæ decimis adjicio, decimarum Summa cum unitate adjecta eſt 17. iſtum numerum divido per 6. Quotiens eſt 2. reſiduum 5. quod depono.

Secundò, Minutarum unitates ſimul capio, quæ hic 16. ſunt, quibus 2. Secundarum quotientem adjungo, faciunt 18. depono 8. & unitatem retineo, quam ejuſdem Columnæ decimis, videl. 9. adjicio, Summa erit 10. divido per 6. datur Quotiens 1. reſiduum 4. quod depono decimarum loco.

Tertiò, eadem methodo, & graduum unitates ſimul colligo, quæ cum unitate minutarum quotiente erunt 24. ſubſcribo 4. reſtant 2. quos graduum decimis addo, ſumma erit 6. divido per 3. (quia 30. gradus totum efficiunt Signum) Quotiens eſt 2. reſiduum 0, depono 0. & 2. quotientem Signorum numero adjungo, cujus ſumma eſt 23. rejectis deindè 12. remanent 11; Eſt ergò aggregatum ut anteà Sig. 11. gr. 4. 48′. 56″.

§. 3. *Sub-*

§. 3. *Subductio Astronomica.*

ἀφαίρεσις

Definitio subductionis.

Regulæ.

SUbductio numerum alium ex alio aufert, ut residuum, seu differentia duorum propositorum numerorum cognoscatur. Ubi *similia* sub *similibus* collocantur, ut in additione. Ita verò ut numerus à quo fieri debet Subtractio locum superiorem habeat, subtrahendus inferiorem; Initio ad dextram facto, à minori ad majorem speciem progrediaris. Si autem in aliquâ Specie numerus inferior à Superiore subduci nequit, mutuanda est unitas à vicinâ præcedente Specie versus Sinistrum, & resolvenda in numeri subtrahendi denominationem, quæ à primis ad secundas, & à gradibus ad primas, est 60. at verò de signis in gradus, si non sint *Physica Signa*, est 30. Addatur mutuatus numerus numero deficienti & fiat Subductio residuum subscribens. Ad proximam procedas Columnam, at memor esto sicut in additione, redundante Sexagenario sub aliquâ Specie, unitas transfertur ad antecedentem, ità his deficiente specie consequente, antecedens veluti gratiam relatura succurrit.

Exempli gratiâ. Sig. 2. gr. 10. 8′. 44″. Subtrahenda sunt à Sig. 6. gr. 0. 10′. 32″.

Exemplum.

Sig.	Gr.	′	″	Denominationes Specierum.
6	0	10	32	Numerus à quo Subtractio fit.
2	10	8	44	Numerus Subtrahendus.
3	20	1	48	Numerus proveniens ex Subtractione.

Declaratio Exempli.

Videas hic 44″. subtrahenda sunt à 32″. quia fieri nequit, mutuari oportet unitatem à proximâ ad sinistram areolâ, quæ hoc in loco 60. æquat, qui cum 32. faciunt 92. ex quibus 44. subduc, restant 48. In proximâ areolâ à 9. deficiente mutuatâ unitate, subduco 8. residuum 1. quod depono. Ad gradus procedo, ubi 10. grad. Subtrahendi sunt à 0. grad. Ergò mutuari debes Signum, quod hic æquat 30. Subducas 10. restant 20. Denique ex 5. Signis (quia mutuatum fuit unum Signum) Subtraho 2. residuum est 3. Reliquus ergò totalis est Sig. 3. gr. 20. 1′. 48″.

Δοκιμασία vel examen.

Probatio, sive Examen, ut in populari Arithmeticâ, fit per Subductionem, Si enim numerum residuum subtrahendo sive inferiori addideris, necessariò componetur numerus à quo fit Subtractio. *Exempli gratiâ.* Sig. 3. gr. 20. 1′. 48″. addantur Sig. 2. gr. 10. 8′. 44″. constituunt Sig. 6. gr. 0. 10′. 32″. numerum à quo fit subductio.

Major numerus quomodo subtrahendus à minori.

Nota, Si totus numerus inferior major est numero à quo subtractio facienda est, integer ordo Signorum, aut Revolutio integra Circuli, scil. gr. 360. aut 6. Sexag. adjiciatur numero superiori, quando Supputatio est de motu. In ratione verò temporis, integer annus, mensis, aut dies, prout calculus requirit.

§. 4. *Multiplicatio Astronomica.*

πολλαπλασιασμός.

Definitio multiplicationis.

Usus Canonis.

MUltiplicatio est ex duobus numeris datis tertii propagatio, ità ut uterlibet eorum toties, sibi ipsi accumuletur quoties in altero sunt unitates vel punctûs multiplicando unum in alterum. Optima, ut mihi videtur, methodus est per Sexagenarum Canonem, cujus usum videas in BLUNDEVILI *exercitiis*, & necessitudinis gratiâ, ejus methodum binis modis ostendam. Primò itaque major numerus sive Multiplicandus supernè, minor seu multiplicans infernè,

Ἑξακοντάδων & ratio multiplicandi.

infernè, commodiſſimè collocatur, adeo ut unius ſpecies alterius ſpeciebus rectè ſubjiciuntur, ubi nè error evadat, lineâ perpendiculari diſtinguantur. Hoc facto, ſingulas ſummas, juxta *vulgarem Arithmeticam* in ſe invicem multiplices, ſimul colligantur, unamquamq; Columnam, ſi modo excedat 60. divide per 60. deponas reſiduum, quotientem proximè ad Siniſtram columnæ adjicias, & ſic de cæteris, uti in additione. At magis perſpicuè videbis in hoc Exemplo.

Exemplum Primum.

Sig.	Gr.	′	″	‴	iv.	Specierum denominationes.
	17	24	10			Multiplicandus.
	10	11	3			Multiplicans.
			51	72	30	
		187	264	110		Singula Producta.
	170	240	100			
2	57	13	58	2	30	Summa totalis.

Declaratio.

Primò multiplico 3. in 10. faciunt 30. in quartam denominationem colloco, quia Specierum ſupra utrumq; denominatio eſt 2, quæ duplicata erit 4. peculiarem Producti denominationem monſtrans. Iterùm multiplico 3. in 24. faciunt 72. itaq; 72. infra tertiam denominationem pono, quia 2. denominatio ſupra 3. & 1. denominatio ſupra 24. faciunt 3. denominationis locum productæ dirigentes. Hàc methodo agas de cæteris, uti demonſtrabit *Exemplum.* Addantur denique ſimul, ut ſupra præcepi, proprio loco quamvis ſummam deponendo, & ſi excedit, quævis ſumma 60. divide per 60. ſubſcribas reſiduum, & quotientem proximæ ad ſiniſtram columnæ adjicias. At de his dictum ſatis facilis adeo eſt operatio ut prolixiore explanatione non opus eſt. Operationem denique per *Sexagenarium Canonem* exhibeam.

Aliud Exemplum per Tabulam Sexagenariam.

Sig.	Gr.	′	″	‴	iv.	Specierum denominationes.
	17	24	10			Multiplicandus.
	10	11	3			Multiplicans
			52	12	30	
	3	11	25	50		Singula Producta.
2	54	1	40			
2	57	13	58	2	30	Aggregatum, ſeu Summa.

Explicatio.

Hic ſecundum *Sexagenarium Canonem*, multiplico 3. in 10. faciunt 0. 30. idq; per ſupradictam rationem infra indicem, aut denominationem 4. ſubſcribo. Iterùm multiplico 3. in 24. quæ ſecundum Canonem faciunt 1. 12 cujus 12. peculiari loco depono, & 1. retineo. Tertiò, multiplico 3. in 17 & Summæ ſeu producto 51. adjicio 1. ſeu unitatem retentam, faciunt 52. quæ propriæ columnæ accedunt, uti exemplo patet. Peractâ itaq; primâ multiplicantis figurâ, abraſa fit, ad proximam procedo, ſcil. 11. eamq; multiplico in 10. faciunt 1. 50. ſubſcribo 50. & retineo 1. Iterùm multiplico 11. in 24. faciunt 4. 24. adjungo unitatem mente retentam, faciunt 4. 25. depingo 25. & retineo 4. Multiplico denique 11. in 17. & producto 3. 7. adjungo 4. numerum retentum, faciunt 3. 11. quæ proprio ordine uti priùs diſpono. Ad tertium itaq; locum procedo, ubi multiplico 10. in 10. cujus productum juxta Canonem erit 1. 40. depingo 40. & retineo 1. Secundo, etiam 10. in 24. cujus Summa erit 4. 0. adjiciatur unitas retenta, faciunt 4. 1. Subſcribo

1 &

1. & retineo 4. Ultimo igitur multiplico 10. in 17. facit 2′. 50. cui additis retentis, evadunt 2. 54, quas proprio Ordine disjunctim colloco. Hoc facto, adduntur singulæ, *Summa totius Multiplicationis* erit Sex. 2. gr. 57. 13′. 58″. 2‴. 30 iv. ut priùs.

§. 5. *Divisio Astronomica.*

μερισμὸς ἢ παραβολή.

Definitio.

D*Ivisio* est distributio Numeri in partes, quærendo quoties alter numerus in ipso continetur, ut numerus tertius, Quotiens vocatus, inveniatur, numerum quamvis datum si dividas, primò indices sive specierum denominationes, ut supra disponantur, sub quibus dividendus & divisor, uti in *sequente Paradigmate* manifestum est, collocantur. Hoc facto ad finistram incipiens, utrum primus divisoris numerus dividendi primo major sit perpendas, tum enim in proximum ad dextram locum divisoris numerus removeatur, & primam dividendi figuram in 60. multiplices (quia unaquæq; unitas proximè ad dextram gradu valet (vel 60′.) huic facto, sequentem dividendi figuram adjungas, toties summam dividat, divisor, prædicto modo, quoties nimirùm prima figura illius summæ in primâ dividendi figurâ continetur investigando, & quotientem in prompto ad dextram spatio reponas. Iterum præfatum quotientem in divisorem trahas, cujus factum à dividendo subtrahas, residuum proprio infra loco habeas, sub quo iterùm disponatur divisor, quo dividendi residuum ut supra dividas, hoc more quoties in ipso sit, quærens secundam quotientis figuram extrahas. Si verò dividendi aliquid restat, ut supra procedas usquedum perficiatur opus. Exempli gratiâ.

Ordo Partitionis.

Exemplum.

Sex.	Gr.	′	″	‴	Iv.	Denominationes.	
2	57	13	58	2	30	Dividendus.	
	10	11	3			Divisor.	
2	53	7	51				
	4	6	7	2	30	Residuus,	
		10	11	3		Divisor.	(Gr. 17. 24′. 10″.
	4	4	25	12			
		1	41	50	30	Residuus.	
			10	11	3	Divisor.	
		1	41	50	30		
		0	0	0	0	Residuus.	

Primò ad finistram incipio, & quia 10. in 2. non habeo, superiorem figuram 2. secundum Sexagenariam divisionem reduco in 120. cui 57. adjungo, summa 177. grad. Ubi divisorem 10. septies decies invenio, quam primum quotientis numerum æstimo: itaque 17. in divisorem, gr. 10. 11′. 3″. multiplico, factus erit Sex. 2. gr. 53. 7′. 51″. hos ordine proprio sub dividendo colloco, & post subtractionem, residuum gr. 4. 6′. 7″. 2‴. 30 iv. destinato loco depono, sub quo divisorem, uti in operatione manifestum est, dispono.

Expositio Exempli.

Secundo 10. In 4. non invenio, 4. itaq; multiplico in 60. & facto 240. addo 6. Summa erit 246. in quo divisorem 10. viginti quater reperio, quam secundam quotientis figuram facio, hoc numero divisorem 10. grad. 11′. 3″. multiplico, cujus factum gr. 4. 4′. 25″. 12‴. à superiore residua subduco, restant 1′. 41″. 50‴. 30 Iv. sub quo iterùm dispono divisorem, & quoniam 10. non est in 1. traho 1. in 60. quibus 41. additis, habes 101. ubi 10. decies invenias, quam tertium quotientis numerum constituo.

Tertiam denique quotientis figuram 10. in divisorem gr. 10 11′. 3″. traho, cujus factus 1′. 41″. 50‴. 30 iv. residuo ultimò invento æqualis, operis terminationem demonstrat.

Cautio. Duo restant in divisione notanda, unum scil. figuram in quotiente aliquam in divisorem priùs tractam, dividendo aut ejus residuo, à quo subtrahenda est, majorum invenias, ista figura in quotiente unitatem amittat. Alterum si specierum denominationes in divisione cupis, ad prædicta in multiplicatione Præcepta recurras.

Alia ratio. Antecedentem operationem cum Tabula Sexagenaria multò faciliùs efficias, inveniens enim 10. in tabellæ capite, descendas in eâdem Columnâ donec summam 2. 57. proximè minorem habeas, quæ est 2. 50. cui ad sinistram in primâ columnâ opponitur 17. itaque in divisorem traho, *factus* erit 2. 53. 7 51. subtrahas à dividendo, habes 4. 6. 7. 2. 30.

Secundò in eâdem *Tabellâ* sub 10. quæro numerum 4. 6. proximè minorem reperio 4. 0. cui primâ ad finistram columnâ iterum opponitur 24. quem numerum in divisorem traho, & factum ut supra à dividendi residuo subtraho; hoc modo procedens dum perficiatur divisio. Nulla enim est differentia, quia numeri in Tabellâ ad Sexagenariam divisionem redacti sunt magis expediti.

§. 6. *De methodo investigandi Partem Proportionalem.*

τὸ ἀναλογον. Regula trium. Quæ sit pars Proportionalis.

PRoportionalis pars regulâ trium, vulgò aurea regula appellatâ, investiganda est, in quâ tres proportionales numeros habeas ut invenias quartum. *Methodus* est, multiplicando secundum in tertium, istorum factum primo dividas, quotiens erit quartus, sive pars proportionalis. Propter utilitatem hujusce Regulæ in calculationibus Astronomicis, Exemplum unum aut alterum exhibeam, ut cognoscas quomodo omnes aliæ ejusdem generis quæstiones resolvantur, quo fine primum habebo de parte proportionali in tabulis *Æquationum, Planetarum.* Supponas itaq; Anomaliam *MARTIS*, Sig. 4. gr. 10 26′. 5″. cujus æquationem quæris.

Operatio.

	S.	gr.		gr.	′	″
Anomalia Martis	4	10	Æquationes	8	45	10
	4	11		8	38	20
Æquationum differentia.					6	50

Exemplum. Dicas ergò, si 1. gr. aut 60′ dant 6′ 50″. quot 26′ 5″. dabunt: Quoniam denominatio prior est gradus seu integer, tantum multiplices secundum in tertium, & numerus productus est pars proportionalis.

′	″	‴	iv.	Denominationes Specierum.
26	5			Multiplicandus.
6	50			Multiplicans.
	21	44	10	
2	36	30		
2	58	14	10	Pars Proportionalis.

Æquatio correspondens Sig. 4. gr. 10. gr. 8 45′ 10″.
Pars Proportionalis Subtr. 2 58.
Æquatio correspondens Sig. 4. gr. 10. 26′. 5″. gr. 8 42 12.

Quamvis

Quamvis *Pars proportionalis* ultra Secundas tum tertias tum quartas habet, minutis & secundis tantum retentis, turò rejicias & tertias & quartas, uti in Exemplo. Cautela.

In aliis Operationibus ubi primi denominatio est fractio, etiam & divisionem uti necessum habet, post enim multiplicationem secundi in tertiam, etiam productus numerus à primo dividendus.

Exempli gratiâ. Habeamus Lunarem Eclipsin 1659 *Aprilis* 26. die, ubi notis tum quantitate *lunaris Diametri* 33′. 16″. tum deficientibus Scrupulis 24′. 17″. etiam & tenebrosam partem in digitos cupio. Tota ergò Diameter Lunaris in duodecim digitos divisus, questio est hujusmodi. Exemplum.

Si 33′. 16″. dant 12 Digitos, quot dabunt 24′. 17″?

Dig.	′	″	‴	iv.	Denominationes Specierum.	
12	0				Multiplicandus.	
	24	17			Multiplicans.	
4	51	24	0		Productum.	
	33	16			Divisor.	
4	26	8				
	25	16				Digiti Eclipsci.
		33	16		Residuum.	8′. 45′. 34″. 16‴.
	24	57	0			
		19	0		Residuum.	
			33	16	Divisor.	
		18	51	4		
			8	56		

Primum multiplico 24′. 17″. in 12. dig. vel grad. productus erit gr. 4. 51′. 24″. 0‴. quem uti in operatione divido cum 33′. 16″. quotiens erit Dig. 8. 45′. 34″. prædictæ Eclipseos quantitas.

In *Calculationibus Astronomicis* aliquando evenit, ut numerus Sexagenarius in secundum cadit locum, quando dicemus, Si 48′. 28″ dant 60′. quot dabunt 25′. 10″? hic multiplico 25′. 10″. in 60′. & productum gr. 25. 10′. 0″. divido per 48′. 28″. Quotus erit 31′. 9″. pars proportionalis.

§. 7. *De Astronomicarum fractionum bisectione.*

IN bisectione *Summæ Astronomicæ*, ad sinistram incipiens, ut in divisione præmonitum est, dividas per 2. inprimis de Signis agens (si numerus hucusq; extendit) ubi in inæquali numero accipias proximè minorem, & pro redundante unitate, 30. ad gradus portas, his additâ quantitate in graduum loco inventâ, dividas aggregatum per 2. si redundat unitas, 60. ad minuta portas, minutarum summam, cum his 60. dividas per 2. Si redundat unitas, 60. accedunt secundis, & iterum bisseces (ut supra) donec unusquisq; bipartitur locus; deinde Quotientem in 2. trahas sive duplices, & si productus numerus dividendo æqualis, recta est operatio, aliàs falsa. Supervacanea penè est explicatio, quia autem nihil obscurum videatur, dabo *Exemplum*, Sig. 7. gr. 13. 45′. 16″. Modus bisectionis Fractionum Astronomicarum.

Exemplum.

Sig.	Gr.	′	″.	Indices.
7	13	45	16	Summa totalis data.
3	21	52	38	Semissis Summæ.

Exemplo hoc numerum 2. ter habeo in 7. Sig. & 1. residuum, pro redundante istâ unitate 30. porto ad gradus, quibus additis 13. graduum loco, habeo 43. ubi habeo 2. viginties semel, & unitas redundans, depono itaque 21. & pro residuo 1. ad minutas 60. porto, quæ cum 45′. constituunt 105″. his bisectis sive per 2. divisis, habes in quotiente 52′. & residua unitas. Pro unitate denique residuâ ad 16″. in secundarum loco, addo 60″. Summa erit 76″. divido per 2. habeo 38″. & nihil residuum, depono itaq; 38″. in Secundarum loco, & habeo bisectam Summam Sig. 3. gr. 21. 52′. 38″.

Monitum. Restat aliquid in *LOGISTICA ASTRONOMICA*, observandum, nimirùm quando duo dati numeri diversas habent Denominationes, ut Sig. Gr. Min. & Sec. & dies, horæ, minutæ, secundæ. Hic reducas oportet horas & minuta horarum in minuta diei, quod per tabellas *Convertendi horas* & *minuta* horarum in minutas diei, faciendum est. Accipias itaq; horæ 12. 44′. 4. in minutas diei reducendæ. Hoc modo procedas, factâ conversione, supra habes operationis regulas.

Horæ.	′	″	‴	iv.
12	30	0		
44′	1	50.	0	
4″.		0	10	0
Summa reducta	31	50	10	0.

LOGI-

LOGISTICÆ ASTRONOMICÆ

Pars Altera.

HActenus de *Logisticâ Astronomicâ* in numeris naturalibus; nunc sequitur aureus usus Tabulæ *Logarithmorum Logisticorum*, cujus ope, Multiplicatio, divisio, & pars proportionalis mirâ facilitate, perficiontur, ut infra pellucidiùs patet. In fronte Tabulæ (proximè sub titulo Logarithmorum Logisticorum) habes minuta gradûs. Secundò in primâ Columnâ ad latus Sinistrum descendente, invenies partes minutorum, ubi fit per singula secunda processus. Proximè sub minutis motûs, in fronte Tabulæ, Horas & Minuta posuimus procedendo per 24. Intermedia autem minuta, in Secundâ ad Sinistrum Columnâ posuimus. Alteræ majores Columnæ habent partium Logarithmos, adeo ut Logarithmi sunt communes partibus & temporis & motûs, nam hæc nomina distinctionis gratiâ, marginales Tabulæ columnas indigitabunt, quamquàm fortassis non omninò propriè. Sed quoniam in aliquibus, usus erit Logarithmorum, partibus uno gradu majoribus respondentium, Tabulam ulterius extendere visum est ad 12'. motûs, propter parvitatem differentiarum per singula 2". procedendo; & in hâc extensione, Columna motus sola contenti, altera quæ denominationem à tempore accepit existente supervacua. Tabb. f. 1.

Sect. 1. *Multiplicatio* perficitur addendo Logarithmos amborum numerorum; Summa enim erit *Logarithmus* producti. Multiplicatio per Log. Logist.

Sect. 2. *Divisio* perficitur subtrahendo Logarithmum divisoris à Logarithmo dividendi; residuum enim erit *Logarithmus* Quoti. Divisio per Log. Logisticos.

Sed quoniam rarò in *Tabulis* hisce *Astronomicis* requiritur, ut simplex multiplicatio vel divisio adhibeatur; sed quatenus ad regulam proportionis conducit, sciendum igitur est *Astrophilo*, plerumq; tacitam Additionem, vel Subductionem adhiberi, Logarithmi unius Integri, qui est 1000000. (quem nos ob similem usum *Radium* vocamus) & quod exinde prodit erit pars proportionalis.

Exemplum Primum.

Si grad. 1. dat. 10'. 30"; quid dabunt 16'. 15'?

Multiplica	10'. 30". — log.	924304	Adde.
	16 15 — log.	943270	
Productum	2 50 ———	867574.	Summa.

Respondent igitur 2'. 50".

Exemplum Secundum.

Si 49'. 40". dant gr. 1. quid dabunt 8'. 18". ?

Divide	8'. 18"; ———	914093	Subtrahe.
	49 40 ———	991791	
Quotus	10 2.	922302.	Residuum.

Sect. 3. Hoc modo etiam in tempore duplici methodo procedendum erit, vel Supponendo unum diem ut integrum, & utendo Columnâ, temporis horas & minuta habente; vel etiam unam horam ut unitatem supponendo, & itaq; pro partibus horæ prima Tabulæ Columna utendum erit.

Sect. 4. Sin autem requiritur ut ambæ Columnæ adhibeantur, absq; difficultate pergi possit, per regulas præcedentes, ut in hoc Exemplo. Sole in uno die per 59′. 50″. moto, quantum movebitur in horis 20. 10′? Addantur Logarithmi hor. 20. 10′. & 59′. 50″; Summa (Subducto Radio) erit Logarithmus 50′. 16″.

Operatio.

	20ʰ. 10′. ——	992442	Logarithmi add.
	59 50 ——	999879	
Productum.	50 16 ——	992321.	Summa.

Ratio computandi tempora Aspectuum Planetarum.

Sect. 5. Poterit etiam Operatio perfici in usu *Ephemeridum*, ad motus Planetarum quocunque tempore inveniendos, & ad *Aspectuum tempora* computanda, utendo gradibus & minutis, ac si essent horæ & minutæ, per regulam auream.

Exemplum. Anno Christi 1663. Martii die 27. hor. 3. ex nostrâ illius anni *Ephemeride*, accidit ☌ ♂ ☽, & ut tempus Conjunctionis accuratè habeamus, *Synopsin Calculi* hic dabimus.

	☽.	♂		
Locus Lunæ & Martis ad diem 27	24° 30′ ♓.	26° 5′ ♓.	Locus ☽ ad diem 27 — 24° 30′ ♓.	
Locus Lunæ & Martis ad diem 28	8 54 ♈.	26 52. ♓.	Locus ♂ ad diem 27 — 26 5 ♓.	
Motus diurnus	14 24	0 47.	Distantia ☽ à ☌ ♂	1 35
Mot. diurn. ♂ Subtr.	0 47			
Excess. seu superatio Mot. diurn.	13 37.			

Logar. Logist. distantiæ ♂ & ☽	gr. 1 35′. ——	881933.
Log. Excessus motûs diurni	gr. 13 37 ——	975387.
Log. Logist. veri temporis ☌ ♂ ☽	ho. 2. 47′. 26″:	906546.

Sect. 6. Denique si numerum aliquem cujus est usus tabula nostra non capit, auctis apicibus operandum erit cum gradibus & minutis, ac si essent minuta & secunda, & iterùm in Quotiente restituantur apices.

Ratio inquirendi motum ad quodcunque tempus propositum.

Veluti sit inquirendus motus ☽ proximè verus ex *Ephemeridibus* nostris deductus ad Annum Christi 1665. diem *Decembris* 10. Hor. 11. 40′.

		gr.	′	
Locus Lunæ verus ad Diem	10	6	14	♊.
	11	19	32	♊.
Motus ☽ diurnus. ——		13	18.	

Si *Dies integer*, seu horæ 24. dent. gr. 13 18′, quid dabunt horæ 11 40′.?

Exemplum ultimi generis.

Logarith. Logist.	13′. 18″.	934570.
Logarith. Logist.	Ho. 11. 40′.	968673.
Logarith. Logist.	6′. 28″.	903243.

	gr. ′
Locus Lunæ verus ad diem 10. Decembris in Meridie	6 14 ♊.
Motus ☽ in Hor. 11. 40′. add.	gr. 6 28
Motus Lunæ æquatus ad diem 10. Hor. 11. 40′.	12 42 ♊.

Exemplis librum onerare supersedeo, nec enim facilè quivis in numeris versatus, hæc per se non capiet, simulq; usus Tabulæ multiplicare poterit.

Logisticæ Astronomicæ

FINIS.

TRIGONOMETRIA.

Liber Secundus.

In quo *TRIANGULA PLANA* & *SPHÆRICA* in brevissimum quasi Compendium, eximiisq; Demonstrationibus Geometricè præmissis, redduntur, adaptantur; cujus ope omnes Trigonorum Propositiones, in Triangulis Planis & Sphæricis, tùm Rectangulis, tùm Obliquangulis, quæ proponi possint, citissimè Resolvuntur.

Ex Angulis Latera, vel ex Lateribus Angulos, & mixtim, in Triangulis tàm Planis quam Sphæricis, assequi, summa gloria Mathematici est; Sic enim Cœlum & Terras & Maria fælici & admirando calculo Mensurat. *Franc. Vieta.*

Cuncta Trigonus habet, satagit quæ docta Mathesis:
Ille aperit clausum quicquid Olympus habet.

Authore

VINCENTIO WING Mathematico.

LONDINI,

Typis *J. M.* pro *G. Sawbridge*, 1668.



Liber Secundus.

IN secundo hoc Libro (Methodo convenienti atq; compendiosâ) traduntur necessaria atq; immediata illa *Trigonometriæ Elementa*, abstractè proposita, quæ *fundamenti locum* tenent, & quibus reliqua superstruuntur. Fateor equidem ea eruditè admodum atq; diligentèr tractata fuisse à nostratium aliorumq; quam plurimis, viz. Dominis, *Briggio*, *Guntero*, *Norwoodo*, *Gellibrand*, *Petisco*, *Oughtredo*, &c. veruntamen quia istorum præclarissimorum authorum Libri in paucorum manibus teruntur, & charo veneunt, quinetiam ut habeat Lector in promptu atq; ante oculos, illa omnia quibus opus est, tùm ad intellectionem tùm ad praxin illorum quæ sequuntur, operæ-pretium duxi ut exindè extraherem promptissimas atq; facillimas *Propositionum Trigonometricarum resolutiones*, easdem succinctè (per *novam* artis *methodum* scil. *Speciosam*) demonstraturus, secundum doctrinam nobis traditam ab Honorabili atq; eruditissimo viro D^{no} *Joanne Nepero Barone de Marchiston*, & unà cum illo, D^{no} *Norwoodo*, sequutus præcipuè *Doctorem Scarboroughum* peritissimum illum *Analystam*, atq; de his scientiis meritissimum; nec omisimus illorum illustrationem in numeris, ut tractatus subsequentes magis magisque patefaciant.

CAP. I.

1. IN Mathematicarum scientiarum tùm contemplatione, tùm praxi, *Triangulum*, inter figuras Geometricas, primum locum sibi meritò vendicat, quippe quod illius ope, Terram mensuramus, mare transfretamus, quantitates atq; distantias rerum & præcipuè gloriosissimarum Stellarum accipimus.

2. *Triangulum* est figura constans ex tribus angulis & tribus lateribus, quorum tria nota esse debent, appellantur autem *Δεδόμενα*, & sic notantur (I.) iisq; invenitur quodlibet trium reliquorum quæ *ζητούμενα* appellantur atque sic notantur (::) — Definitio Trianguli. Δεδόμενα & ζητούμενα.

3. *Triangulum* in plano est *rectilineum*, in *Sphæra* circulare. — Divisio trianguli specialis in planum & Sphæricum, & in Rectangulum & Obliquangulum.


4. Rursus *Triangulum* rectilineum est vel *Rectangulum*, vel *Obliquangulum*.

5. *Triangulum rectilineum Rectangulum*, de quo primò loquimur, notatur literis A B C, atq; ejus latera ad Circulum relata, inscribuntur in eo, vel totalitèr, vel partialitèr.

6. Totalitèr, quando latus subtendens angulum rectum, fit circuli Radius, atq; tum omnia latera possint nominari *Sinus* (quod nomen artis est, atq; ab *Arabum gente* mutuatum) nempe B C, subtendens angulum rectum (*Sinus totus*) reliqua duo, angulum rectum ambientia, *Sinus* & *Co-sinus* appellantur, quia unum eorum est complementum alterius usq; ad *Quadrantem*. — Sinus quid Co-sinus.

7. *Sinus* in genere est vel rectus vel versus.

8. *Sinus*



8. *Sinus Rectus* in genere proximo est semper semissis Chordæ duplum arcum Subtendentis, ut videre est in lateribus auctis, atq; lineis punctatis, ut in Figura.

Sinus versus quid.

9. *Sinus versus* est perpendicularis ad Sinum rectum, à termino arcûs, qui ab Antiquis vocatur *Sagitta*.

10. Ut in Triangulo B A C, B C est *Radius* sive *Sinus totus*, C A *Sinus simpliciter*, sive primus, (secundum veteres scriptores) B A-D C erit Complementum, appellaturq; *Co-sinus*, atq; notari solet in hunc modum (c. s.) horum Sinuum rectorum utrumq; est Semissis Chordæ duplum arcum subtendentis uti priùs diximus, atq; ex figura est manifestum. Quod attinet ad Sinus versos, nempè A E, F A, illorum in hoc libro usum nullum habemus.

11 Hic notandum, Sinum unumquemq; (nempe Rectum) esse etiam & Sinum æquè complementi illius arcûs ad Semicirculum, nimirùm C A est Sinus arcûs F G H C. Hic loco anguli obtusi cujuslibet (puta C B F.) qui semper excedit 90. gradus, accipimus Complementum ejus ad Semicirculum, sive 180. grad. nempe angulum acutum C B E, qui à gradibus 90. necessariò deficit; atq; inde fit, ut Canon Sinuum nunquam supra 90. gradus ascenderit.

12. *Rectangulum Triangulum* in Circulo partialitèr inscribi dicitur, quando si ad circulum applicatum fuerit, laterum angulum rectum continentium, unum fit *Radius*, quo casu, alterum tangens (à circulo tangendo) vocabitur, atq; Hypothenusa angulum rectum subtendens *Secans* appellabitur, nempè quia circumferentiam secat atq; ultra eam extenditur.


Tangens quid.

13. *Tangens* itaq; arcûs sive anguli definiri possit ut sit linea recta perpendicularis ad Radium, circumferentiam tangens, atq; pertinet, tam ad complementum istius arcûs ad Semicirculum, quam ad ipsum arcum.

Secans quid.

14. *Secans* est linea recta à centro circuli ducta, per circumferentiam Circuli ad extremitatem usq; tangentis; ea autem nobis haud erit usui.

15. In Diagrammate C A est Tangens tam anguli D B C quam C B A & similiter B C est utriusq; *Secans*.




16. Eorum omnium quæ præmissa sunt causa, observandum, quodvis latus pro Radio poni posse, atq; inde ratio petenda est proportionis cujuslibet ita ordinandæ, ut Radius in primo loco poni possit Subtractionis evitandæ, & sumendi *Arithmetici complementi* Causa.

t. C A, sec. B C, (1) :: s. C A Rad. B C, (2) :: Rad. C A, sec. B C, (3.) iterum, t. C A, Rad. B. A. (1.) :: s. C A, s. B A (2.) :: Rad. C A, t B A, (3.)

17. Hinc

17. Hinc manifestum est, quod ut Sinus anguli ad Radium, ita Radius, ad Cosecantem ejusdem anguli, atq; ita Tangens ad Secantem, & conversim.

18. Liquet etiam, quod ut Tangens arcûs ad Radium, ita Radius, ad Cotangentem; ita etiam & Sinus ad Cosinum ejusdem arcûs, & contra. Dein & hoc addamus Corollarium, nempe Radium esse medium proportionale inter Sinum & Cosecantem cujuslibet arcûs, & similiter inter Tangentem & Cotangentem.



CAP. II.


1. HActenùs de Triangulis rectangulis loquuti sumus, jam proximo in loco progredimur ad affectiones quasdam, quæ omnibus planis Triangulis in genere aptentur, quamvis erant principalitèr ordinatæ ad solutionem triangulorum obliquangulorum in specie, eas generatim trademus & particulatim applicabimus. Affectiones omnium Planorum Triangulorum in genere.

2. *In omnibus planis Triangulis, latera sunt proportionalia Sinubus Oppositorum angulorum, & contra.*

Demonstratio.

Esto BCD Triangulum in circulo inscriptum; à centro E. cadant perpendiculares EH, EG, EF, quæ debent bisecare Chordas unà & aras respondentes (*per 6. 3. Elem.*) ducatur similiter BE Radius. Jam quoniam angulus BEG = BDC angulo (*per 20. 3. Elem*) erunt igitur Semisses laterum oppositorum angulorum Sinus.

Ergò ut BC. CD :: HB : ED. Nempe ut totum ad totum, ita semissis ad semissem.



3. *In omnibus planis Triangulis. Ut Summa duorum laterum, ad eorundem differentiam, ita Tangens semisummæ oppositorum angulorum, ad Tangentem eorundem semidifferentiæ.*

Demonstratio.

Esto nimirum Triangulum ADE (in Diagrammate adjuncto) in quo nota sint AD. AE latera unà cum angulo ad A. Producatur AE versus C, ita ut sit CA = AD, atq; abscindatur AH = AD, producatur CD versus G. donec GE fiat parallela ad DH. Erunt jam in Triangulo ADH, D = H, & in Triangulo CAD, C = D, ergò angulus CDH = H + C, & ergò

D CDH

C D H eſt rectus (per 32 1. Elem.) & quia G E & D H ſunt parallelæ, ergò angulus GEH-DHC. per eandem 29. 1. præterea angulus D H A=H D E + H E D (per 32. 1.) addatur A D H utriq; parti æquationis, erunt A H D + A D H = A D E + A E D. ergò A H D = $\frac{A E D + A D E}{2}$, jam ergò (per 2 6.) ut C E ſumma laterum ad H E eorundem differentiam, ita C D Tangens ſemiſummæ oppoſitorum angulorum, ad D G. tangentem ſemidifferentiæ eorundem. Quod erat demonſtrandum.

4. *In quolibet Triangulo, ut Baſis ad ſummam laterum, ita differentia laterum, ad differentiam ſegmentorum Baſis.*

Declaratio.

In Triangulo BCD, BD eſt Baſis, B H Summa laterum, B F differentia laterum, & B G differentia ſegmentorum baſis, ſcilicet quia C A perpendicularis biſecat G D, quoniam igitùr (per 36. 3. Eucl.) B F x B H = B G x B D erunt proportionalia: Hoc eſt, ut B D : B H :: B F : B G. Quod erat demonſtrandum.

5. His jactis fundamentis, Quæſtiones omnes planorum Triangulorum nullo negotio abſolvuntur.

Notatio hujus Trianguli. Triangulum Rectangulum literis A B C ſignabo nempe B. ad Angulum rectum, C. ad *Cathetum*, i. e. *perpendicularem*, A ad *Baſin*, ita A B repræſentabit Baſin, C B *Cathetum*, A C *Hypotenuſam*, dextro artificio; atq; ut confuſionem in operando evitemus, data notentur tali lineâ (1.) & Quæſita tribus punctis in Angulo ad hunc modum ⋰ pro latere autem ita ∸∴

Orthogonii Diatypoſis,

In quâ quilibet Caſus ſtatim agnoſcitur.

Data

	Data.			Quæsita.		Anologia.	Typus Casuum seu Problematum.
		Latera	Anguli	Latera	Anguli		
1	Datis Angulis & Crure, quæritur Crus reliquum.	B A B C	Conter. { A C	B C B A } Opposit.		R : t. A :: B A : B C. R : t. C :: B C : B A.	
2	Datis Hypotenusâ & Angulis, quæritur Crus utrumlibet.	A C A C	A C	C B A B } Opposit.		R : s. A :: A C : C B. R : s. C :: A C : B A.	
3	Datis Angulis & Crure, quæritur Hypotenusa.	B A B C	Opposit. { C A	A C A C		s. C : R :: A B : A C. s. A : R :: B C : A C.	
4	Datis Cruribus, quæritur Angulus alteruter.	A B B C			C A	B C : B A :: R : t. C. A B : B C :: R : t. A.	
5.	Datis Crure & Hypotenusâ, quæritur Angulus alteruter.	A B : A C A C : B C			Opposit. { C A	A C : A B :: R : s. C. A C : B C :: R : s. A.	
6	Datis Cruribus, quæritur Hypotenusa.	A B : B C		A C		Duplici operatione perficitur. 1 B A : B C :: R : t. A. 2. s. A : R :: B C : A C. Vel unâ operatione per Chiliades. Log. B A x 2. + Log. B C x 2. / 2 = Log. A C.	
7	Datis Hypotenusâ & Crure, quæritur Crus reliquum.	A B : A C vel A C : B C		B C A B		Duplici operatione resolvi potest; sed unicâ magis expeditè per Chiliades. Log. A B + A C plus. Log. A C - A B divis. per 2. = Log. B C. Vide Arith. Log. D. Brigii, Cap. 16. 17.	

Illustrationes horum Problematum per numeros Logarithmicos.

Problema 1.

In Triangulo Rectangulo A B C quæritur Crus B C.

E datis { Crure A B 1123. 7943. } Termini Rationis.
{ Angulo C A B gr. 28 19′ 48″. } R : t. A :: A B : B C.

Illustratio per numeros.



Propor.	Radius	gr. 90. 0′. 0″.	10.	00000000.
	Tangens B A C	28 19. 48.	9	73168554.
	Crus B A	1123. 7943.	3	05068681.
	Crus B C	605. 8601.	2	78237235.

Probl.


Probl. 2.

In Triangulo Rectangulo A B C quæritur Crus B A.

E datis { Hypotenusâ A C 1276. 7067. / Angulo C gr. 61. 40′. 12″. } Termini Rationis. R : s. A C B :: A C : A B.

Illustratio per numeros.

Propor.		
Radius	gr. 90 0′ 0″.	10. 00000000.
Sinus A C B	gr. 61. 40. 12.	9 94459567.
Hypotenusa A C	1276. 7067.	3 10609114.
Crus A B	1123. 7943.	3 05068681.



Probl. 3.

In Triangulo Rectangulo A B C quæritur Hypotenusa A C.

E datis { Crure A B 1123. 7943. / Angulo B C A gr. 61. 40′. 12″. } Termini Rationis. s. A C B : R :: B A : A C.

Illustratio Arithmetica.

Propor.		
Sinus Ang. BCA	gr. 61. 40′. 12″.	9. 94459567.
Radius	90.	10. 00000000.
Crus A B	1123. 7943.	3. 05068681.
Hypotenusa. A C	1276. 7067.	3. 10609114.



Probl. 4.

In Triangulo Rectangulo A B C. quæritur B A C.

E datis Cruribus { A B 1123. 7943. / B C 605. 8601. } Termini Rationis. A B : B C :: R : t. B A C.

Illustratio per numeros.

Propor.		
Crus A B	1123. 7943.	3. 05068681.
Crus B C	605. 8601.	2. 78237235.
Radius	gr. 90. 0′. 0″.	10. 00000000.
Tangens B A C	28. 19. 48.	9. 73168554.



Probl. 5.

In Triangulo Rectangulo A B C quæritur Angulus A C B.

E datis { Crure A B 1123. 7943. / Hypotenusa A C 1276. 7067. } Termini Rationis. B C : B A :: R : s. A C B.

Illustratio per numeros.

Propor.		
Hypotenusa	B C 1276. 7067.	3. 10609114.
Crus	A B 1123. 7943.	3. 05068681.
Radius	gr. 90.	10. 00000000.
Sinus Anguli ACB.	61. 40′. 12″.	9. 94459567.



Probl.

Probl. 6.

In Triangulo Rectangulo A B C quæritur Hypotenusa A C.

		Termini Rationis.
E datis Cruribus	A B. 1123. 7943.	1. A B : B C :: R : t. B A C.
	B C. 605. 8601.	2. s. B A C : R :: B C : A C.

Illustratio Arithmetica.

Propor.	Crus A B	1123. 7943.	3. 05068681.
	Crus B C	605. 8601.	2. 78237235.
	Radius gr. 90.		10. 00000000.
	Tang. Ang. BAC	28. 19′. 48″.	9. 73168554.
Propor.	Sinus Anguli BAC	28. 19. 48.	9. 67628121.
	Radius	90.	10. 00000000.
	Crus B C	605. 8601.	2. 78237235.
	Hypotenusa A C	1276. 7067.	3. 10609114.



Probl. 7.

In Triangulo Rectangu'o A B C quæritur Crus B C.

			Termini Rationis.
E datis	Hypotenusa A C	1276. 7067.	1. A C : B A :: R : s. A C B.
	Crure A B	1123. 7943.	2. R : s. B A C :: A C : B C.


Potest etiam hoc Problema expeditiùs resolvi, idq; unicâ operatione, in hunc modum. { Log. A C + A B plus. Log. A C. -- A B. divis. per 2. == Log. B C.


Illustratio Arithmetica.

Hypotenusa A C	1276. 7067.	Sum.	2400. 5010.	.3 38030189.
Crus A B	1123. 7943	Differ.	152. 9124.	.2 18444270.
			Aggregat.	5. 56474459.
Crus quæsitum B C 605. 8601.			½ Aggreg.	2. 78237229.

In planis Triangulis Obliquangulis.

6. Hoc Triangulum etiam notare soleo cum literis A B C, & si Angulus sit datus, unà cum uno Laterum continentium signetur ille Angulus cum A, & latus cum A C, ita ut Perpendicularis demissa à C distinguat Bases minorum Triangulorum. Notatio Triangulorum Plan. Obliquangulorum.






In primo Diagrammate Perpendicularis cadit extra Triangulum, quod semper fiet quando Angulus B. est obtusus, sive etiam A. Sin autem acuti fuerint,

fuerint, cadet intra Triangulum, ut in secundo Schemate, adeo ut in primo D A-B D = A B. In secundo D A + B D = A B.

7. Primò, *Datis duobus Lateribus, unà cum Angulo opposito ad unum illorum, invenire Angulum oppositum ad illorum alterum, & contra.*

Ut A C, ad Sinum oppositi anguli B; ita C B, ad Sinum oppositi Anguli A.

Illustratio per numeros, in hoc Triangulo A B C.



Propor.	Latus B C	865. 1765.	2. 93710471.
	Sinus Anguli A gr.	37. 26. 43.	9. 78390603.
	Latus A C	1276. 7067.	3. 10609114.
			12. 88999717.
	Sinus Ang. ABC gr.	116.12.24″.	9. 95289246.

8. Hic notandum quod si Angulus datus sit obtusus, latus oppositum majus erit utrovis reliquorum, & reliqui duo Anguli erunt acuti.

Sin autem Angulus datus sit acutus, in dubio erit an Angulus oppositus ad majus Latus sit obtusus an accutus, id certum est illum indè emersurum verum Sinum quarti proportionalis, siquidem idem est Sinus Anguli, atq; ejus Complementi, uti anteà planum fecimus.

9 Quo igitùr certiores simus de quantitate Anguli, oportet ut conferamus Latus maximum cum Latere minimo, aut medio; dein accipiamus summam atq; differentiam, quod si semissis Logarithmorum utriusq; Lateris æqualis fuerit Logarithmo tertii Lateris residui, tum Angulus oppositus ad maximum Latus erit Rectus, sin major, obtusus, sin minor erit acutus.


10 Secundò. *Datis duobus Lateribus, unà cum Angulo comprehenso, invenire utrumq; reliquorum Angulorum.*

A C + A B : A C -- A B :: t. C + B : t. C. + B. &c. viz.

Ut summa laterum ad differentiam Laterum, ita tangens semissis summæ Angulorum oppositorum, ad tangentem semissis differentiæ.

In Triangulo Obliquangulo A B C quæritur Angulus alteruter ad B vel C.

E datis Lateribus { A C 1276. 7067. / A B 631. 5525.
Angulo B A C gr. 37. 26′. 43″.



Illustratio per numeros.

Latus A C	1276. 7067.	
Latus A B	631. 5525.	
Sum. Laterum.	1908. 2592.	
Differentia Laterum	645. 1542.	
Angulus comprehensus	gr.	37 26′. 43″.
Summa reliquorum	gr.	142. 33. 17.
Semissis Summæ		71. 16 38.

Propor.	Summa Laterum	1908. 2592.	3. 28063736.
	Differentia Laterum	645. 1542.	2. 80966353.
	Tangens ½ Summæ ang. opposit. gr. 71. 16′ 38″.		10. 46989706.
			13. 27956059.
	Tangens ½ differentiæ	44 55 44.	9. 99892323.

Illi ½ summæ Angulorum gr. 71. 16′. 38″. | gr. 71 16′ 38″.
Si addatur ½ differentiæ gr. 44 55 44. | Sin Subtrahantur 44 55 44.
Conflatur Ang. obtus. ABC gr. 116 12′ 22″. | Restat acutus ACB 26 20 54.

Aliter.

Aliter.

1. Ut Latus minus, ad Latus majus, ita Radius, ad Tangentem Arcûs, à quo abjectis 45. gradibus, restat arcus alter.
2. Ut Tangens gr. 45. ad Tangentem arcus jam inventi, ita Tangens semissis Angulorum oppositorum, ad Tangentem semissis differentiæ.

Robertus Andersonus rem ita demonstrat.


Constructio. In Diagrammate sit E A (= E K) Summa laterum, E D differentia, E B (= F H) Latus majus, C B (= B A = B C = B H = H G) Latus minus, & E B C Angulus datus.

Analogia Prima.

Ut B H: ad H F :: ita Radius: ad Tangentem F B H. Tunc F B H — G B H = F B G = E K D.

Demonstratio.

Nam ut H B : H A (= H D) :: H F : H K. Ergò Trianguli F B H & K D H sunt æquianguli. Si verò F B H — G B H, & K D H — I D H, F B G = K D I, Sed K D I = E K D, ergò F B G = E K D.



Analogia Secunda.

t. E K A : t. E K D :: t. L E A t. L E C.

Demonstratio.

R : K E :: t. E K A : E A. Et R : K E :: t. E K D :: E A : Ergò, t. E K A : t. E K D :: E A : E D. Sed E A : E D :: t. L E A : t. L E C. Ergò t. E K A : t. E K D :: t. L E A : t. L E C.

Illustratio per numeros.

Latus minus	631 5525.	2. 800409.
Latus majus	1276 7067.	13. 106091.
Tang.	gr. 63 40'. 47".	10. 305682.
	gr. 45 Subtr.	
Restant	18 40 47.	

Tang.

Tang. gr. 45.	10.
Tang. gr. 18 40′. 47″.	9. 529028.
Tang. gr. 71 16 38.	10 469807.
Tang. gr. 44 55 44 ut ante.	9. 998925.

11. Tertiò. *Datis tribus Lateribus Trianguli Obliquanguli, invenire Angulum quemcunque.*

Res hæc duabus operationibus perficitur.

Analogia Prima.


Ut latus maximum C A, ad ſummam reliquorum A B, B C, ita differentia eorundem ad numerum, qui ſi ſubtrahatur à tota Baſi verſus principium lateris medii C, Perpendicularis cadet in partem reliquam, eamq; biſecabit in E.

Analogia Secunda.

C E B eſt Rectangulum ad E. Dantur C B, E C, & quæritur Ang. C.
Ut C B : R :: C E :: cs. C.

Illuſtratio per numeros.

1.	Latus maximum A C	1276. 7067.	3. 10609114.
	Summa reliquorum A B, B C	1496. 7290.	3. 17514317.
	Differ. reliquorum H A	233. 6240.	2. 36851745.
			5. 54366062.
	Dif. Segmentorum Baſis A D	273. 8858.	2. 43756948.
	Differentia hujus & Baſis C D		1002. 8209.
	Cujus Semiſſis C E vel D E		501. 4104.
	Erit itaq; A E		775. 2962.
2.	Hypotenuſa C B	631. 5525.	2. 80040946.
	Crus C E	501. 4104.	2. 70019334.
	Radius		10. 00000000.
	Sinus Anguli C B E gr. 52. 33′ 16″.		9. 89978388.
	Compl. E C B gr. 37. 26′. 44″.		



Idem labor repetendus eſt in Triangulo A E B, ut Anguli innoteſcant reliqui.

12. Quod ſi placuerit conſulere *D. Briggii Arith. Logar.* Cap. 16. idem unicâ operatione perficere valebis, juxta Regulam ibidem propoſitam, viz. De dimidio collectorum laterum, latera ſigillatim ſubducantur, & ſumma Logarithmorum ſemiſſis ſummæ laterum & differentiæ lateris Angulum quæſitum ſubtendentis, auferatur è Summâ Logarithmorum reliquarum differentiarum & duplicati Radii, ſemiſſis reliqui erit Logarithmus Tangentis Semiſſis Anguli quæſiti.

13. Quartò.

13. Quartò. *Datis Anguli & Latere, quæritur Latus alterutrum reliquorum.*

In Triangulo Obliquangulo A B C quæritur Latus B C.

E datis { Angulis { B A C gr. 37. 26′ 43″. A C B gr. 26 20 53. A B C gr. 116 12 23. } Latere A C 1276. 7067. }

{ Termini Rationis. s. B: Oppos. A C :: s. A: Oppos. B C. pro A B. s. A : B C :: s. C : A B. }

Illustratio per numeros. Pro B C.

Sinus Anguli ABC gr. 63.47′.37″.	9. 95289368.
Latus A C 1276. 7067.	3. 10609114.
Sinus Anguli BAC gr. 37. 26. 43.	9. 78390730.
	12. 88999844.
Latus B C 865. 1765.	2. 93710476.




14. Quintò. *Datis duobus Lateribus cum Angulo ab iisdem comprehenso quæritur Latus reliquum.*

In Triangulo Obliquangulo A B C quæritur Latus A C

E datis { Lateribus { B C 865. 1765. A B 631. 5525. } Angulo A B C gr. 116. 12′. 23″. }

Primò inveniantur reliqui Anguli, per 10. cum acquisitis Angulis, dabitur Latus quæsitum per 13. Exemplis non erit opus.



CAP. III.

De Triangulis Sphæricis.

Definitio Triangulorum Sphæricorum, & eorum Affectiones inter se.

1. *TRiangulum Sphericum est Figura descripta super Sphericam Superficiem, constans ex tribus arcubus maximorum Sphere circulorum, quorum unumquodq; Semicirculo est minus.*

2. *Circuli autem Sphæra maximi sunt illi, qui eodem communi centro gaudent, qui & Sphæra ipsa; atq; dividit alter alterum, æque ac Sphæram in duas æquales partes, sive medietates. Hinc,*

3. *Minores Circuli sunt illi, qui singuli, peculiaribus suis donantur centris, atq; Sphæram dividunt inæqualitèr. (Theodos. Prop. 6. & 11. Lib. 1.)*

4. *Circulus magnus pertransiens Polos alterius magni circuli secat eum, atq; ab eo secatur ad Angulos rectos, & è contra, quia,*


5. *Angulus Sphæricus mensuratur ab arcu circuli magni ab angularibus punctis inter latera continuata ad Quadrantes descripti, & contra, ideoq;*

6. *Latera Sphæricorum Triangulorum converti possint in angulos, & contra, sumptis nimirum laterum maximorum aut angulorum maximorum, complementis ad Semicirculum, in quâlibet conversione: hoc quidem demonstrare erit summè necessarium, quippe quod in Trigonometriâ venit in usum frequentem.*

Expositio.

Esto G F O X T Colurus Æquinoctialis, A D O arcus æquinoctialis, cujus polus est F, sit A E Arcus Eclipticus, cujus polus est H, & E D arcus Horizontalis, cujus polus G, tum quidem ad centrum A & quadrantalem distantiam describatur MN, nempe mensura anguli A, similiter O C, mensura

E



mensura D, & deniq; P S mensura complementi E. In eodem Sphærico Triangulo A E D. jam verò quoniam hi arcus M N, P L, O C 90 gradus distant ab A, E, D, certè protractis iis singuli pertransibunt duos Polos dictorum circulorum: tum F N = M H, à quibus duobus si subtrahatur N H restabit M N = H F, & propter eandem rationem C O = G F, & P S = G H &c.

7. *Tria latera cujuscunq; Sphærici Trianguli, minora sunt duobus Semicirculis.*

Theoremata generalia.

8. *Omnia Sphærica Triangula habent tres angulos majores duobus rectis, unde apparet ex duobus datis non dari & tertium, quod fit in Triangulis rectilineis.*

9. *Quod si arcus magni circuli secuerit arcum alterius magni circuli, aut duos angulos rectos efficiet, aut duos angulos æquales duobus rectis.*

10. *Si duo arcus magnorum circulorum, se mutuò secuerint, anguli verticales, sive ad crucem erunt æquales.*

11. *Si duo latera Sphærici Trianguli continuata fuerint, rursus se mutuò intersecabunt per Semicirculum, & efficient angulum æqualem priori angulo opposito.*

12. *In Triangulo Sphærico Rectangulo latera sunt ejusdem prorsus rationis cum angulis oppositis.*

13. *In Triangulo Sphærico rectangulo, si latus unum sit quadrans, Hypothenusa erit quadrans, Si ambo fuerint ejusdem affectionis Basis erit quadrante minor, Si diversarum affectionum Basis erit quadrante major, & contra.*

14. *In Triangulis Sphæricis Obliquangulis, Si anguli ad basin fuerint ejusdem affectionis, perpendicularis demissa à tertio angulo cadet intra, Sin autem diversæ, cadet extra.*

Expositis his generalibus Triangulorum Sphæricorum affectionibus, ad particularem eorundem considerationem mox in sequenti Capite transibimus.

CAP. IV.

Prop. I.

IN omnibus sphæricis Triangulis rectangulis eundem acutum Angulum ad Basin habentibus.

Sinus Hypothenusarum sunt proportionales sinubus Perpendicularium respondentium.

Declaratio.

Esto M C O N Sphæræ quadrans, M C O semissis plani Æquinoctialis, cujus polus N, O I D M semissis plani Eclipticæ, N D C Coluri Solstitiorum quadrans, M N O semissis plani Coluri Æquinoctiorum, N I G quadrans alterius cujuscunque meridiani, jam quoniam Coluri secant Æquinoctialem ad anguloe

angulos rectos, Eclipticam verò ad obliquos, erunt in hoc Sphæræ quadrante duo Triangula Sphærica rectangula, viz. D O C & I O G, quorum Hypothenusæ sunt D O & I O, Catheti D C, I G, Bases autem O C & O G, habent etiam ambo hæc Triangula unum atq; eundem communem angulum ad O. Sunt autem Sinus Hypothenusarum A D, viz Sinus totus, sive Radius, & Sinus P I, perpendicularium Sinus sunt D B, I H.

Quoniam igitur Triangula B A D & P H I sunt similia (nempe quia in idem planum sc. Æquinoctialis cadunt perpendiculariter D B & I H, tum etiam quia D A atq; I P sunt parallelæ, siquidem in eodem plano, viz. Eclipticæ, & in eandem diametrum perpendiculariter cadunt) erunt igitur Triangula P I H atq; A D B æquiangula, hinc,

s. A D : s. P I :: s. D B : s. I H. & contra.

Ideoq; in Triangulo O I G.

R : s. O I :: s. I O G : I G.

Ut Radius est ad Hypothenusam, ita Sinus cujuslibet alterius anguli ad Sinum lateris ad angulum illum oppositi.

Prop. 2.

In Triangulis Sphæricis Rectangulis eundem acutum angulum ad Basin habentibus.

Sinus Basium, Tangentibus suorum Perpendicularum sunt proportionales ; & contra.

Declaratio.


In Schemate præcedente, & in iisdem Triangulis D O C & I O G, A C & F G sunt sinus Basium, C E & G L sunt Perpendiculorum Tangentes, quia Triangula A E G & F L G sunt similia, ut jam ante demonstratum est, Ergò, s. A C : s. F G :: t. E C : t. L G. & contra. Item R : s. O G :: t. I O G : t. I G.

In omnibus Sphæricis Triangulis Rectangulis, ut *Radius*, ad *Sinum lateris* dati, ita *tangens anguli ad datum latus contermini*, *ad tangentem lateris oppositi.*

Prop. 3.

Si à Sphærici Trianguli duobus angulis, perpendiculares dimittantur ad latera opposita, Sinus angulorum & perpendicularium sunt directè proportionales, nempè,

Expositio.



In Triangulo A B C, à Polis L & M cadant perpendiculares C E atq; B D super latera C A atq; B A continuata ad Quadrantes.

Tum per Corollarium primi.

R : s. C B :: s. C B E : s. C E. item,

R : s. C B :: s. B C D : s. B D. Ergò per 11. 5. s. B : s. C E :: s. C : s. B D.

Prop. 4.

Si duo arcus perpendiculares subtendant æquales angulos, Sinus Cathetorum Proportionales erunt Sinubus Hypotenusarum, & contra.


Expositio.

Esto B Æ C = H Æ Q ducantur perpendiculares B C atq; H Q à polis P & F.

s. ♋ M: s. ♋ Æ :: s. H Q: s. H Æ. s. A ♑: s. A Æ :: s. B C: s. B Æ.

Ergò.

s. H Q: s. H Æ :: s. B C: s. B Æ.




Prop. 5.

In quolibet Sphærico Triangulo Sinus laterum sunt proportionales Sinubus oppositorum suorum angulorum.

Expositio.

In Triangulo Obliquangulo C B A, ut Sinus anguli C, ad Sinum anguli B, ita Sinus lateris CA ad Sinum lateris B A, nempè quia, s. H I. s. F G :: s. C E. s. B D. p. 3. Et etiam s. C A. s. B A :: s. C E. s. B D. p. 4. Ergò s. H I. s. C A :: s. F. G. s. B A, vel s. B : s. C A :: s. C : s. B A.



CAP. V.

Demonstrationes præmissæ sufficiant nobis (& nostro proposito) qui nobilissimum virum Dominum *Johannem Naiperum* Baronem de *Merchiston* tanquam ducem atq; præmonstratorem viæ ejusq; methodum sequuti sumus, quam quidem *Vlacbus* levi manu tetigit, *Norwoodus* autem noster, Trigonometra Celeberrimus, strictiùs examinavit atq; fusiùs exposuit. Quoniam autem Dr. *Scarborcughus* vir multis nominibus insignis, Integræ Sphæricæ Trigonometriæ miram facilitatem atq; jucunditatem conciliavit; illamq; (ablegatis tædiosis demonstrationibus & casibus, istis, quibus memoria immanè oneratur) in unum quasi manipulum collegit, paginam unam aut alteram addam etiam & ego, ad eandem Triangulorum doctrinam facilitandam.


In Triangulis Sphæricis Rectangulis.

Quinque Partes circulares, præter Angulum Rectum, & Quadrantale latus.

1. Dantur quinque partes circulares (præter angulum rectum & latus Quadrantale, quæ inter circulares non numerantur, & de quibus statim dicemus) quarum tres, quæ remotissimè ponuntur ab angulo recto, ut hic vel latere quadrantali ut infra, Complementa vocat; nimirùm ut commodiùs aptentur duabus universalibus Propositionibus, quæ etiam & in unam compingi

pingi possint. Partes autem sunt, Complementum B, Complementum C, Complementum B C, Latus B A, Latus C A.

2. Quia duo termini dantur ad inveniendum tertium, considerentur isti termini secundum partes suas circulares, atq; unus illorum erit pars media, inter ejus extremas, notas ab ipsâ positione terminorum, quod si hæc media pars immediatè fuerit conjuncta unà cum ejus extremis, partes illas appellabis Extremas conjunctas, ut A C. C. B C. Quod si partes aliæ, quæ in quæstionem non veniunt, intervenerint atq; illas partes disjunxerint, hæ partes appellandæ sunt Extremæ disjunctæ, ut A C. C. B, hic B utrinq; disjungitur à lateribus B C & B A.



Ita fit in B C, B A, C A, ubi B C est pars media, C A & B A Extremæ disjunctæ: notandum autem est B A & C A partes esse conjunctas, quia angulus rectus inter partes circulares non numeratur, ut ante diximus. Pars media quæ? Partes extremæ?

3. Antequam solutionem hujusmodi Triangulorum aggrediamur, discernenda est pars media ab extremis, & utrùm extremæ sint conjunctæ vel disjunctæ, quòd si termini omnes uniantur, terminus medius est *Pars media conjuncta*, atq; extremi, *extremæ partes conjunctæ*. Si rursus quælibet pars disjungatur, partes illæ consideratæ disjunguntur: pars illa quæ per se posita, separatur utrinq;, est pars media disjuncta, & extremæ partes sunt extremæ partes disjunctæ. Utrum Partes extremæ sint conjunctæ vel disjunctæ?

PROPOSITIO CATHOLICA.

4. *Sinus partis mediæ atq; Radius, sunt reciprocè proportionales cum Tangentibus partium Extremarum conjunctarum, & Cosinubus partium Extremarum disjunctarum.* Propositio Catholica.

Nempe ut *Radius* ad *Tangentem* unius Partium extremarum conjunctarum, ita *Tangens* alterius, ad *Sinum* Partis mediæ.

Ut Radius ad Co-sinum unius Partium extremarum disjunctarum, Ita Cosinus alterius, ad Sinum Partis mediæ.


5. Ergò si *Pars media* quæratur, *Radius* in primo loco ponitur, si extremarum quælibet, altera est in primo loco ponenda.


6. Hæc Propositio demonstratur per inductionem in singulis casibus, atq; cum iis coincidit in casibus terminorum extremorum disjunctorum. In conjunctis Inter nos & illos non convenit, nempe ubi dicunt illi, *Ut Radius ad Tangentem*, nos dicimus, *Ut Co-tangens ad Radium*, & inter se & contra, ut antea planum fecimus.

Notandum, quod ubi acciderit ut Complementum in Propositione concurrat cum Complemento in partibus circularibus, sumendus sit vel Sinus ipse, vel Tangens ipsa, quia

C S. ex C S. = S. Et C t ex C t = t.

Notandum, quod C A est *Cathetus* vel *Perpendiculum*, B A Bases, B C *Hypotenusa*, *Angulus ad Cathetum*, B Angulus ad Basin.





Typus Triangulorum Sphæricorum Rectangulorum,

In quo quilibet Casus promptè dignoscitur.


Typus Casuum Triang. Sphæric. Rectang.

DATA.	Data Latera Anguli.	Quæsita. Latera Ang.	Analogia.	Demonstr.
1. Datis Hypotenusâ & Crure, quæritur Crus reliquum.	B A B C vel C A	C A B A	B A cs. CA cs : R :: cs. BC. CA cs. BA Extrem. partes disjunct.	Per Prop. 1.
2. Datis Hypotenusâ & Angulo ipsi contermino, quæritur Crus angulo dato oppositum.	B C	BC A CB A	sB : s : CA R : s. BC :: s. C : s. BA Extremæ disjunctæ.	Per Prop. 5.
3. Datis Angulis obliquis, quæritur Crus utrumlibet.		BB A vel CC A	sC : cs.B :: R. cs. CA sB : cs.C :: cs. BA Extremæ disjunctæ.	Per Prop. 1.
4. Datis Crure & Angulo Cruri dati contermino, quæritur Crus reliquum.	B A Conterm. C A	BC A Extremæ Oppos. CB A Gonjunctæ	R : t. B :: sBA : t. CA R : t. C :: sCA : t. BA Per Prop. Cathol. sic erit. Ct. B : R :: &c.	Per Prop. 2.
5. Datis Crure & Angulo ipsi opposito, quæritur Crus reliquum.	C A Opposit. B A	BB A Extremæ conter. CC A Conjunctæ	t B : t CA :: R : s BA t C : t BA :: R : s CA Per Prop. Cathol. R : ct. B :: &c.	Per Casum Præcedent.
6. Datis Hypotenusâ & Angulo, quæritur Crus Angulo dato conterminum.	B C	BB A Extremæ conter. CC A Conjunctæ	cs B : t BA R : t BC :: cs. C : t. C A Per Prop. Cathol. ct. BC : R :: &c.	Per Prop. 2.
7. Datis Angulis obliquis, quæritur Hypotenusa.	B C	B C Extremæ Conjunctæ	t B : ct C : R :: cs. BC t C : ct B : Per Prop. Cath. sic perficitur. R : ct B :: &c.	Per Prop. 2.
8. Datis Cruribus, quæritur Hypotenusa.	B A, C A	B C	R : cs BA :: cs CA · cs BC Extremæ disjunctæ.	Per Casum 1.
9. Datis Crure & Angulo ipsi opposito, quæritur Hypotenusa.	B A C Opposit C A B	B C Extremæ disjunctæ	s. B : s CA :: R : s BC sC : sBA	Per Prop. 5.
10. Datis Crure & Angulo ipsi contermino, quæritur Hypotenusa.	B A B Contermini. C A C	B C Extrem. Conjunct.	ct BA cs B : R : :: ct BC ct. CA cs C : Per Prop. Cathol. t. BA : R :: &c.	Per Cas. 2.
11. Datis Angulo & Crure ipsi contermino, quæritur Angulus reliquus.	B A B Conterm. C A C	C oppos. disjunct. B	s B cs BA : cs. C. R : :: s C. cs CA : cs B	Per Cas. 3.
12. Datis Angulo & Crure ipsi opposito, quæritur Angulus reliquus.	B A C Opposit. C A B	B conterm. disjunct. C	cs BA : cs C s B :: R : cs CA : cs B s C	Per Cas. præc.

Data

Data.	Data. Latera Anguli.	Quæsita. Latera Anguli.	Analogia.	Demonstr.
13. Datis Cruribus quæritur Angulus alterutervis.	B A : C A.	B Conjunct. C	s. B A : t. C A : s. C. R :: s. C A : t. B A : s. B. Per Prop. Cathol. t.CA : s.BA :: R:ct.B&c.	Per Cas. 5.
14. Datis Hypotenusâ & Crure, quæritur Angulus Cruri dato oppositus.	B A B C C A	C Opposi.disjun. B	s. B A : s. C. s. B C : R :: s. C A : s. B.	Per Prop. 5.
15. Datis Hypotenusâ & Crure, quæritur Angulus ab iisdem comprehensus.	B A B C C A	B Conterm. Conj. C	t. BA : cs. B. t. B C : R :: t. C A : cs. C. VelR:ct.BC::PerPro.Ca.	Per Cas. 6.
16. Datis Hypotenusâ & Angulo, quæritur Angulus reliquus.	B C C B B C	Conjunct.	C ct. B. R : t. :: c s. B C. B ct. C. Per Pro.Ca. ct. c:R::&c.	Per Cas. 7.

8. Si occurrat Triangulum quadrantale, operatio erit eadem si reducatur ad Rectangulum, quia sunt quinque partes circulares, quarum tres remotissimæ, Complementa appellandæ sunt, ut prius. Ut in Quadrantali H C A, H A est 90 grad. Pars autem Circularis hîc non est. Complementum C H, Complementum C A, Compl. C, A & H, sunt 5. partes circulares.



Accipe C B Complementum Complementi H A B mensuræ H, G A D Complementum H A C, A C B Complementum Complementi H C A.

Ex hisce 16. Casibus statim videat Lector quomodo omnes quæstiones Trianguli Sphærici Rectanguli resolvendæ sunt, atq; ut Propositionum istarum usus rectè percipiatur, hic nobis subjungere placet breves illustrationes horum Casuum per numeros Logarithmicos, sit itaq; Illustrationes horum 16. Prob.


Problema I.

In Triangulo Rectangulo A B C quæritur latus C B.

Datis { Hypotenusa A C gr. 51 4′ 34″. 6443. / Crure A B gr. 47 0. 0. } Termini Rationis. cs. B A : R :: cs. A C : cs. BC.

Illustratio per numeros:

Proport. { Cosinus B A gr. 47 0′ 0″. 9. 83378333.
Radius gr. 90. 10. 00000000.
Cosinus AC gr. 51 4′. 34″ 6443. 9. 79815673.
Cosinus B C gr. 22 53 30 3679. 9. 96437340. }




Probl.

Probl. 2.

In Triangulo Rectangulo A B C quæritur latus B C.

Datis { Hypotenusa A C gr. 51 4′ 34″. 6443. / Angulo B A C gr. 30 0 0. } { Termini Rationis. / R :s. A C :: s. C A B : s. BC. }

Illustratio per numeros.




Proport. {
Radius gr. 90. 10. 00000000.
Sinus AC gr. 51 4′. 34″. 6443. 9. 89097023.
Sinus CAB gr. 30 0. 0. 9. 69897000.
Sinus C B gr. 22 53 30. 3679. 9. 58994023.
}

Probl. 3.

In Triangulo Rectangulo A B C quæritur Crus C A.

Datis Angulis { C A B gr. 30 0′. 0″. / A C B gr. 70 3 44. 0601. } { Termini Rationis. / s. C : cs. A :: R : cs. C B. }

Illustratio per numeros.




Proport. {
Sinus ACB gr. 70 3′. 44″. 0601. 9. 97315723.
Cosinus CAB gr. 30 0 0. 9. 93753063.
Radius gr. 90. 10. 00000000.
Cosinus CB gr. 22 53 30. 3679. 9. 96437340.
}

Probl. 4.

In Triangulo Rectangulo A B C quæritur latus C B.

Datis { Latere A B gr. 47 0′ 0″. / Angulo B A C gr. 30 0 0. } { Termini Rationis. / R : t. B A C :: s. B A : t. B C. }

Illustratio per numeros.



Proport. {
Radius gr. 90. 10. 00000000.
Tangens BAC gr. 30 0′ 0″. 9. 76143937.
Sinus A B gr. 47 0 0. 9. 86412746.
Tangens C B gr. 22 53 30 3679. 9. 62556683.
}

Probl. 5.


In Triangulo Rectangulo A B C quæritur Crus A B.

Datis { Latere B C gr. 22 53′ 30″. 3679. / Angulo B A C gr. 30 0 0 } { Termini Rationis. / t. C A B : t. C B :: R : s. A B. }

Illustratio

Illustratio per numeros.

Proport.
- Tangens C A B gr. 30 0′ 0″. 9. 76143937.
- Tangens C B gr. 22 53 30. 3679. 9. 62556683.
- Radius gr. 90. 10. 00000000.
- Sinus A B gr. 47 0 0. 9. 86412746.




Probl. 6.

In Triangulo Rectangulo A B C quæritur Crus A B.

Datis { Hypotenusa A C gr. 51 4′ 34″. 6443. / Angulo B A C gr. 30 0 0. } Termini Rationis. R : t. AC :: cs. CAB : t. AB.

Illustratio per numeros.

Proport.
- Radius gr. 90. 10. 00000000.
- Tangens A C gr. 51 4′ 34″. 6443. 10. 09281350.
- Cosinus CAB gr. 30 0 0. 9. 93753063.
- Tangens A B gr. 47 0 0. 10. 03034413.




Probl. 7.

In Triangulo Rectangulo A B C quæritur Hypotenusa A C.

Datis Angulis { B A C gr. 30 0 0. / A C B gr. 70 3 44. 0601. } Termini Rationis. t. B A C : R :: ct. ACB : cs. AC.

Illustratio per numeros.

Proport.
- Tangens C A B gr. 30 0′ 0″. 9. 76143937.
- Radius gr. 90. 10. 00000000.
- Cotangens ACB gr. 70 3 44 0601. 9. 55959610.
- Cosinus A C gr. 51 4 34 6443. 9. 79815673.




Probl. 8.

In Triangulo Rectangulo A B C quæritur Hypotenusa A C.

Datis Cruribus { A B gr. 47 0′ 0″. / B C gr. 22 53 30. 3679. } Termini Rationis. R : cs. B A :: cs. B C : cs. A C.

Illustratio per numeros.

Proport.
- Radius gr. 90. 10. 00000000.
- Cosinus A B gr. 47 0′ 0″. 9. 83378333.
- Cosinus B C gr. 22 53 30. 3679. 9. 96437340.
- Cosinus A C gr. 51 4 34. 6443. 9. 79815673.




Probl. 9.

In Triangulo Rectangulo A B C quæritur Hypotenusa A C.

Datis { Crure B C gr. 22 53′ 30″. 3679. } { Termini Rationis.
Datis { Angulo BAC gr. 30 0 0. } { s. B A C : s. B C :: R : s. A C.

Illustratio per numeros.

Proport. { Sinus B A C gr. 30 0′ 0″. 9. 69897000.
Sinus B C gr. 22 53 30. 3679. 9. 58994023.
Radius gr. 90. 10. 00000000.
Sinus A C gr. 51 4 34 6443. 9. 89097023.




Probl. 10.

In Triangulo Rectangulo A B C quæritur Hypotenusa A C.

Datis { Latere A B gr. 47 0′ 0″. } { Termini Rationis.
Datis { Angulo B A C gr. 30 0 0. } { R : ct. A B :: ct. B A C : ct. A C.

Illustratio per numeros.

Proport. { Radius gr. 90. 10. 00000000.
Cotangens A B gr. 47 0′ 0″. 9. 96965587.
Cosinus B A C gr. 30 0 0. 9. 93753063.
Cotangens A C gr. 51 4 34. 6443. 9. 90718650.




Probl. 11.

In Triangulo Rectangulo A B C quæritur Angulus C.

Datis { Angulo C A B gr. 30 0′ 0″. } { Termini Rationis.
Datis { Crure A B gr. 47 0 0. } { R : s. C A B :: ct. A B : ct. A C B.

Illustratio per numeros.

Proport. { Radius gr. 90. 10. 00000000.
Sinus C A B gr. 30 0′ 0″. 9. 69897000.
Cosinus A B gr. 47 0 0. 9. 83378333.
Cosinus ACB gr. 70 3 44. 0601. 9. 53275333.




Probl. 12.

In Triangulo Rectangulo A B C quæritur Angulus B A C.

Datis { Crure A B gr. 47 0′. 0″. } { Termini Rationis.
Datis { Angulo A C B gr. 70 3 44. 0601. } { ct. A B : cs. A C B :: R : s. CAB.

Illustratio

Illustratio Arithmetica.




Proport.		
Cosinus A B	gr. 47 0' 0''.	9. 83378333.
Cosinus ACB	gr. 70 3 44. 0601.	9. 53275333.
Radius 90. gr.		10. 00000000.
Sinus C A B	gr. 30 0 0.	9. 69897000.

Probl. 13.

In Triangulo Rectangulo A B C, quæritur Angulus C A B.

Datis Cruribus { A B gr. 47 0 0. / B C gr. 22 53 30. 0601. } Termini Rationis. s. A B : R : : t. C B : t. C A B.

Illustratio per numeros.




Proport.		
Sinus B A	gr. 47 0' 0''.	9. 86412746
Radius	gr. 90.	10. 00000000.
Tangens B C	gr. 22 53 30 3679.	9. 62556683.
Tangens CAB	gr. 30 0 0.	9. 76143937.

Probl. 14.

In Triangulo Rectangulo A B C quæritur angulus A C B.

Datis { Hypotenusa AC gr. 51 4' 34''.6443. / Crure A B gr. 47 0 0. } Termini Rationis. s. A C : R : : s. A B : s. A C B.

Illustratio per numeros.




Proport.		
Sinus AC	gr. 51 4' 34''.6443.	9. 89097023.
Radius	gr. 90.	10. 00000000.
Sinus A B	gr. 47 0 0	9. 86412746.
Sinus A C B	gr. 70 3 44. 0601.	9. 97315723.

Probl. 15.

In Triangulo Rectangulo A B C quæritur Angulus B A C.

Datis { Hypotenusa A C gr. 51 4' 34''. 6443. / Crure A B gr. 47 0 0. } Termini Rationis. t. A C : R : : t. A B : cs. CAB.

Illustratio Arithmetica.




Proport.		
Tangens AC	gr. 51 4' 34''.6443.	10. 09281350.
Radius	gr. 90.	10. 00000000.
Tangens A B	gr. 47 0. 0.	10. 03034413.
Cosinus C A B	gr. 30 0 0.	9. 93753063.

Probl. 16.

In Triangulo Rectangulo A B C quæritur Angulus C A B.

Datis { Hypotenusa A C gr. 51 4'. 34''. 6443. / Angulo A C B. gr. 70 3. 44. 0601. } { Termini Rationis. R : t.ACB :: cs.AC:ct.CAB.

Illustratio per numeros.



Proport. {
Radius gr. 90. 10. 00000000.
Tangens ACB gr. 70 3' 44'' 0601. 10. 44040390.
Cosinus A C gr. 51 4 34. 6443. 9. 79815673.
Cotangens CAB gr. 30 0 0. 10. 23856063.
}

CAP. VI.

In Triangulis Sphæricis Obliquangulis.

1. QUod si Data & Quæsita opponentur, Quæstiones resolvendæ sunt per *Prop.* 5. quando quæritur Angulus.


Probl. 1.

Datis Lateribus duobus & Angulo alteri datorum opposito, quæritur Angulus reliquo Lateri oppositus.

In Triangulo Obliquangulo A C D quæritur Angulus A D C.

Datis { Lateribus { A C gr. 30 0' 0''. / A D gr. 42 8 47. 9286. } / Angulo A C D gr. 103 59 57. 5028. } { Termini Rationis. s.AD:s.ACD::s.AC:s.ADC.

Illustratio Arithmetica.



Proport. {
Sinus Lateris A D gr. 42 8' 47'' 9286. 9 82674224.
Sinus Anguli A C D gr. 76 0 2. 4972. 9 98690543.
Sinus Lateris A C gr. 30 0 0. 9 69897000.
19 68587543.
Sinus Anguli ADC gr. 46 18 7. 2720. 9 85913319.
}

Probl. 2.


Datis Angulis duobus & latere alteri datorum opposito, quæritur Latus reliquo Angulo oppositum.

In Triangulo Obliquangulo A C D quæritur Latus C D.

Datis { Angulis { A D C gr. 103 59' 57''. 5028. / C A D gr. 36 7 52. 4478. } / Latere A C gr. 42 8 47. 9286. } { Termini Rationis. s.ADC:s.AC::s.CAD:s.CD.

Illustratio

Illustratio per numeros.




Proport.						
Sinus Anguli CDA	gr. 76	0′.	2″.	4972.	9. 98690543.
Sinus Lateris A C	gr. 42	8	47.	9286.	9. 82674224.
Sinus Anguli CAD	gr. 36	7	52.	4478	9. 77058455.
					19. 59732679.
Sinus Lateris C D	gr. 24	3	54.	6667.	9. 61042136.


2. Dantur 10. Casus, qui non nisi duarum ad minimum analogiarum ope resolvi possint, idq; fit (per demissionem perpendicularis) reducendo Obliquangulum in duo rectangula; ideoq; nobis consideranda veniunt (1.) Quæ ad Perpendicularem (quâ dividâtur Rectangulum) ducendam spectant. (2.) Quid in primâ operatione inveniatur. (3.) Quomodo quæstio per secundum operationem resolvatur.


3. Generalem Regulam (pro demittendâ Perpendiculari) tradere possimus, viz. ita res disponi possint, ut quæstio solvi possit per duas solummodò operationes. Quod ut promptè fiat, hoc accipe Præceptum.

4. Ducatur perpendicularis ab extremitate Lateris dati, in cujus alterâ extremitate datur etiam & Angulus; scilicet, ab Angulo C ducatur Perpendicularis C A, Angulum B adjacentem Lateri dato B C subtendens.

Canon hic in duobus Casibus limitationem admittit. 1. Quando datis duobus Angulis, unà cum Latere comprehenso, aliud Latus inveniendum. 2. Quando datis duobus Lateribus, unà cum Angulo comprehenso, alter Angulus est inveniendus. In primo casu ducatur Perpendicularis ab extremitate Lateris dati, ita ut subtendat Angulum datum. In secundo ducatur ut priùs, atq; ita ut subtendat Angulum quæsitum.








5. His observatis, ut oportet, procedendum ad primam analogiam, quæ semper perfici debet in illo Triangulo Rectangulo partiali, in quo duo dantur, præter Angulum rectum, atq; ibidem vel verticalis Angulus quærendus, vel Basis.

6. Si Quæstio de Angulo proponatur, primùm quæratur Angulus verticalis, nisi perpendicularis ducatur ad Latus notum. Sin autem Quæstio de Latere proponatur, primùm Basis est invenienda, nisi perpendicularis protrahatur ab Angulo dato, in utraq; exceptione contrarium quærendum per *CATHOLICAM PROPOSITIONEM.*

7. Jam deniq; veniamus ad secundam analogiam, quæ consistit in comparatione homogeneorum terminorum in utroq; Triangulo, cum verticalibus angulis & Basibus; sunt enim in hoc casu, atq; omnibus aliis, proportionales.

Ut in Triangulo B C D in duo rectangula diviso: dico in Sinubus & Tangentibus circularium partium, futurum fore.



A B : B : : A D : D. Nempe quia per *Catholicam Propositionem.*

In Triangulis $\left\{\begin{matrix} A B C \\ A D C \end{matrix}\right\}$ t. A C : R : : s. A B : ct. A B C.
t. A C : R : : s. A D : ct. A D C.

Ergò (Per 11. 5. Element.)


s. A B : ct. A B C : : s. A D : ct. A D C.

8. Atq; ita videmus mox procedendum esse (invento Angulo verticali sive Basi secundum conditionem quæstionis) procedendum (inquam) esse rectà ad homogeneos terminos, ut Bases, sive Hypotenusas, &c.

9. Conferenda est perpendicularis cum unoquoq; termino homogeneo, sive detur sive quæratur in utroq; Triangulo, ad distinguendum inter partem mediam & extremas, atque ad aptandos iis Sinus & Tangentes prout decet.

10. Tum in utrâq; collatione rejectis perpendiculari & Radio, Pars media atq; extremæ in uno Triangulo proportionales erunt mediæ & extremis in altero, quod in his 8 Casibus illustratum vides.







DATA & QUÆSITA.	Data. Lat. Ang.	Quæsita. Lat. Ang.	Analogia prima.	Analogia secunda, & Demonstratio.
3. Datis Lateribus duobus & Angulo alteri datorum opposito, quæritur Angulus ab iisdem comprehensus.	B C Oppos. B. D C	Inclus. C.	ct. B : R :: cs. BC : ct. C. Si perpendicularis cadet intra, tum B C A + C A D = B C D. Sin extra. D C A — B C A, vel B C A — D C A = B C D.	R : t. C A :: ct. B C : cs. C. R : t. C A :: ct. CD : cs. ACD. Ergò. ct. BC : cs. BCA :: ct. CD : cs. ACD. tunc BCA + ACD (1ª) & BCA — ACD (2ª.) At DCA B C A (3ª.) = C.
4. Datis 2. Lateribus & Angulo alteri datorum opposito, quæritur Latus reliquum.	B C Oppos. B. C D	B D.	ct. BC : R :: cs. B : t. BA B A + AD in 1ª, B A — D A in 2ª. D A — B A in 3ª, = D B.	cs. CA : R :: $\left\{\begin{matrix} \text{cs. B C : cs. B A.} \\ \text{cs. C D : cs. A D.} \end{matrix}\right.$ Ergò. cs. BC : cs. BA :: cs. CD : cs. AD.
5. Datis Lateribus duobus, & Angulo ab iisdem comprehenso, quæritur Angulus alteruter.	B C Compr. B. B D	Oppos. D	ct. B C : R :: cs. B : t. BA.	ct. C A : R :: $\left\{\begin{matrix} \text{s. B A : ct. B.} \\ \text{s. A B : ct. D.} \end{matrix}\right.$ Ergò s. BA : ct B :: s. AD : ct. D.
6. Datis Lateribus duobus & Angulo ab iisdem comprehenso, quæritur Latus reliquum.	B C Compr. B. B D.	D C	ct. BC : R :: cs. B : t. BA vel R : t. BC :: cs. A : t. BA	R : cs. CA :: $\left\{\begin{matrix} \text{cs. B A : cs. B C.} \\ \text{cs. A D : cs. C D.} \end{matrix}\right.$ Ergò. cs. BA : cs. BC :: cs. DA : cs. DC.


DATA

DATA & QUÆSITA.	Data. Lat. Ang.	Quæsita. Lat. Ang.	Analogia prima.	Analogia secunda, & Demonstratio.
7. Datis Angulis duobus & latere alteri datorum opposito, quæritur Latus ab iisdem comprehensum.	B C B D	BD Comp.	ct.BC : R :: cs.B:t.BA.	R : t.C A :: ct. B : s. B A. ct. D : s. A D. Ergò. ct. B : s. B A :: ct. D : s. A D.
8. Datis Angulis duobus & Latere alteri datorum opposito, quæritur Angulus reliquus.	BC. Oppo B D	C	ct.B:R::cs.BC:ct.BCA.	cs. C A : R :: cs. B : s. B C A. cs. D : s. A C D. Ergò. cs. B : s. BCA::cs D:s. ACD.
9. Datis Angulis duobus & Latere ab iisdem comprehenso, quæritur Latus alterutrum.	B C B C	DC Oppos.	ct.B:R::cs.BC:ct.BCA.	t.A C : R :: cs. A C B:ct. BC. cs ACD:ct. D C. Ergò. cs.ACB:ct.BC::cs.ACD:ct.DC
10. Datis Angulis duobus & Latere ab iisdem comprehenso, quæritur Angulus reliquus.	B C B C	D	ct.B:R::cs.BC:ct.BCA.	R : cs. C A :: s. A C B : cs. B. s. A C D : cs. D. Ergò. s. ACB:cs. B :: s. ACD:cs. D.

Illustrationes præcedentium 8. Casuum per numeros.

Probl. 3.

In Triangulo Obliquangulo A D C quæritur Angulus A C D.




		1. Superioris Schematis.	Infer. Schem.
Dat. Lat.	A C gr.	24 3'. 54''.6667.	30 0' 0''.
	C D	30 0 0. 0000.	42 8 47 9286.
Dat. Ang.	A D C	36 7 52 4478.	46 18 72720.

Termini Rationum.

1. ct. S O : R :: cs. C D : ct. D C B.
2. ct. C D : cs. D C B :: ct. C A : cs. BCA.

In Schem. { Superi. D C B + B C A = A C D.
Infer. D C B − A C B = A C D.



Illustra-

Illustratio Arithmetica.

(1.)

Proport.	Cotangens S O = A D C	gr. 36 7 52. 4478.	10. 13664863.
	Radius D S	90 0 0. 0000.	10. 00000000.
	Cosinus D C	30 0 0. 0000.	9. 93753063.
	Cotangens L I = D C B	57 41 50. 2308.	9. 80088200.

(2.)

Proport.	Cotangens C D	30 0 0. 0000.	10. 23856063.
	Cosinus L I = D C B	57 41 50. 2308.	9. 72786026.
	Cotangens C A	24 3 54. 6667.	10. 75008848.
			20. 07794874.
	Cosinus I F = B C A	46 18 7. 2720.	9. 83938811.
	Arcus primò inventus L I.	57 41 50. 2308.	
	Summa Angulorum vertical.	103 59 57. 5028.	Angulus quæsitus ACD.

In Triangulo inferioris Schematis.

(1.)

Proport.	Cotangens S O = A D C	gr. 46 18 7. 2720.	9. 98025492.
	Radius D S	90.	10. 00000000.
	Cosinus C D	42 8 47. 9286.	9. 87007002.
	Cotangens T V = D C B	52 11 29. 4577.	9. 88981510.

(2.)


Proport.	Cotangens C D	gr. 42 8 47. 9286.	10. 04332778.
	Cosinus D C B	52 11 29. 4577.	9. 78747751.
	Cotangens C A	30 0 0. 0000.	10. 23856063.
			20. 02603814.
	Cosinus I F = B C A	16 3 37. 0000.	9. 98271036.

Est ergò arcus	I F	gr. 16 3′. 37″. 0098.	
Et arcus 1. inventus	I L	52 11 29. 4577.	
Differentia est	F L	36 7 52. 4479.	Mensura Anguli A C D.

Probl. 4.

In Triangulo Obliquangulo A D C quæritur Latus A D.

		1. Superioris Schematis.	Infer. Schem.
Datis	Lat. D C	gr. 30 0′. 0″. 0000.	24 3′ 54″. 6667.
	Lat. A C	24 3 54. 6667.	137 51 12. 0714.
	Ang. A D C	36 7 52. 4478.	103 59 57. 5028.



Termini Rationum.

1. ct. D C : R : : cs. A D C : t. D B.
2. cs. D C : cs. D B : : cs. A C : cs. A B.

In Schem. { Superiore A B + D B = A D. / Infer. A B − B D = A D.

Illustratio

Illustratio per numeros.

(1.)

Proport.	Cotangens DC	gr.	30	0	0. 0000.	10. 23856063.
	Radius		90.	0	0.	10. 00000000.
	Cosinus SO = ADC		36	7	52. 4478.	9. 90723317.
	Tangens DB		25	0	0. 0000.	9. 66867254.

(2.)

Proport.	Cosinus DC	30	0	0. 0000.	9. 93753063.
	Cosinus DB	25	0	0. 0000.	9. 95727571.
	Cosinus AC	24	3	54. 6667.	9. 96050984.
					19. 91778555.
	Cosinus AB	17	8	47. 9286.	9. 98025492.
	Segmentum DB add.	25	0	0. 0000.	
Ergò Segmentorum Summa.		42	8	47. 9286.	Latus quæsitum AD.

Praxis pro Latere AD Trianguli inferioris Schematis.

(1.)

Proport.	Cotangens ST = DC	gr.	24	3	54. 6667.	10. 35088848.
	Radius RS		90.	0	0.	10. 00000000.
	Cosinus EG = CDA		76	0	2. 4972.	9. 38365408.
	Tangens OP = DB		6	9	57. 7821.	9. 03356560.

(2.)

Proport.	Cosinus DC	gr.	24	3	54. 6667.	9. 96050984.
	Cosinus BD		6	9	57. 7821.	9. 99748021.
	Cosinus AC		42	8	47. 9286.	9. 87007002.
						19. 86755023.
	Cosinus AB		36	9	57. 7821.	9. 90704039.
Aufer Segmentum DB			6	9	57. 7821.	
Differentia est AD			30	0	0. 0000.	Latus quæsitum.

Probl. 5.

In Triangulo Obliquangulo ACD quæritur Angulus ADC.

		1. Superioris Schematis.	Infer. Schem.
Dat.	L. AC	gr. 24 3 54. 6667.	42° 8′ 47″. 9286.
	L. AD	42 8 47. 9286.	30 0 0. 0000.
	Ang. DAC	46 18 7. 2730	36 7 52. 4478.



Termini Rationum.

1. ct. AC : R :: cs. CAD : t. AB. Si Perpend. cadit intra, tum AD − AB = BD.
2. s. AB : ct. CAB :: s. BD : tt. CDA.



Illustratiò Arithmetica.

(1.)

Proport.	Cotangens A C	gr. 24	3	54. 6667.	10. 35008848.
	Radius R S	90.			10. 00000000
	Cosinus E G = C A D	46	18	7. 2730.	9. 83938811.
	Tangens O P = A B	17	8	47. 9286.	9. 48929963.
	Ergò reliquum segmentum B D	25	0	0. 0000.	

(2.)

Proport.	Sinus B A	gr. 17	8	47. 9286.	9. 46955455.
	Cotangens E G = CAB	46	18	7. 2730.	9. 98025492.
	Sinus B D	25	0	0. 0000.	9. 62594826.
					19. 60620318.
	Cotangens N M = C D A	36	7	52. 4478.	10. 13664863.

Praxis pro Angulo A D C Triangulo inferioris Schematis.

(1.)

Proport.	Cotangens A C	gr. 42	8	47. 9286.	10. 04332778.
	Radius R S	90.			10. 00000000.
	Cosinus E G = C A D	36	7	52. 4478.	9. 90723317.
	Tangens O P = A B	36	9	57. 7821.	9. 86390539.

(2.)

Proport.	Sinus B A	gr. 36	9	57. 7821.	9. 77094579.
	Cotangens E G = CAB	36	7	52. 4478.	10. 13664863.
	Sinus D B	6	9	57. 7821.	9. 03104582.
					19. 16769445.
	Cotangens N M = C D B	76	0	2. 4972.	9. 39674866.
	Complementum	103	59	57. 5028. A D C.	

Non minore molestia reliqui duo Anguli simul investigari poterunt, eodem prorsus modo, quo ad Problema nonum reliqua Latera venati sumus.

Latus A C	gr. 24°	3′	54′. 6667.	Latus A C	42	8	47. 9286.
Latus A D	42	8	47. 9286.	Latus A D	30	0	0. 0000.
Summa Laterum	66	12	42. 5953	Summa Laterum	72	8	47. 9286.
Semissis Summæ	33	6	21. 2976.	Semissis Summæ	36	4	23. 9643.
Differentia Lat.	18	4	53. 2619.	Differentia Lat.	12	8	47. 9286.
Semissis differ.	9	2	26. 6309	Semissis differentiæ	6	4	23. 9643.

(1.)

Proport.	Sinus semissis Summæ Laterum	gr. 33	6′	21″. 29761	9. 73734252.
	Sinus semissis differentiæ Laterum	9	2	26. 6309.	9. 19627724.
	Cotangens ½ Anguli comprehensi	23	9	3. 6360.	10. 36897367.
					19. 56525091.
	Tangens ½ differ. reliquorum Angul.	33	56	2. 5275.	9. 82790839.

(2.)


Proport.	Cosinus semissis summæ Laterum	33	6	21. 2976.	9. 92306898.
	Cosinus semissis differentiæ Laterum	9	2	26. 6309.	9. 99457091.
	Cotangens ½ Anguli comprehensi	23	9	3. 6360.	10. 36897367
					20. 36354458.
	Tangens Summæ semissis Ang.	70	3	54. 9752.	10. 44047560.
	Summa	103	59	57. 5028.	Angulus ACD.
	Differentia	36	7	52. 4478.	Angulus ADC.

Proport.						
(1.)						
Sinus semissis Summæ Laterum	36	4	23.	9643.	9. 76998263.	
Sinus semissis differentiæ Laterum	6	4	23.	9643.	9. 02449018.	
Cotangens ½ Anguli comprehensi	18	3	56.	2239.	10. 48653426.	
					19. 51102444.	
Tangens ½ differ. reliquorum Angul.	28	50	55	1154.	9. 74104181.	
(2.)						
Cosinus semissis summæ Laterum gr.	36	4	23.	9643.	9. 90755330.	
Cosinus semissis differentiæ Laterum	6	4	23.	9643.	9. 99755557.	
Cotangens ½ Anguli comprehensi.	18	3	56.	2239.	10. 48653426	
					20. 48408983	
Tangens ½ Summæ reliquorum Ang.	75	9	2.	3874	10. 57653653.	
Semissis differentiæ Angulorum.	28	50	55.	1154.		
Summa	103	59	57.	5028.	Angulus ADC.	
Differentia	46	18	7.	2720.	Angulus ACD.	

Probl. 6.


In Triangulo Obliquangulo A C D quæritur Latus D C.

Dat.		1. Superioris Schematis.				2. Infer. Schem.			
Lat.	A D gr.	42	8′	47″.	9286.	24	3′	54″.	6667.
Lat.	A C	30	0	0.	0000.	30	0	0.	0000.
Ang.	DAC	36	7	52.	4478.	103	59	57.	5028.



Termini Rationum.

1. ct. A C : R :: cs. D A C : t. A B.
Si Perpendicularis cadit intra, tum A D − A B = B D. sin extra A D + A B = D B.
2. cs. B A : cs. A C :: cs. B D : cs. D C.



Illustratio Arithmetica.

Proport.						
(1.)						
Cotangens	A C gr. 30	0′	0″.	0000.	10. 23856063.	
Radius	90.				10. 00000000	
Cosinus E C = D A C	36	7	52.	4478.	9. 90723318.	
Tangens O P = A B	25	0	0.	0000.	9. 66867255.	
Est ergo Segmentum B D	17	8	47.	9286.		
(2)						
Cosinus	A B gr. 25	0	0.	0000.	9. 95727571.	
Cosinus	A C 30	0	0.	0000.	9. 93753063.	
Cosinus	B D 17	8	47.	9286.	9. 98025492.	
					19. 91778555.	
Cosinus	D C 24	3	54.	6667.	9. 96050984.	

 Praxis

Praxis pro Latere D C Trianguli inferioris Schematis.

(1.)


Proport.	Cotangens	A C gr.	30	0	0. 0000.		10. 23856063.
	Radius	R S	90.				10. 00000000.
	Cosinus	D A C	103	59	57. 5028.		9. 38365498.
	Tangens	O P = A B	7	57	3. 2059.		9. 14509345.
	Segmentum	D A	24	3	54. 6667.		
		Summa	32	0	57. 8726.	D B.	

(2.)

Proport.	Cosinus	A B gr.	7	57	3. 2059.	9. 99580493.
	Cosinus	A C	30	0.	0. 0000.	9. 93753063.
	Cosinus	D B	32	0	57. 8726.	9. 92834437.
						19. 86587495.
	Cosinus	D C	42	8	47. 9286.	9. 87007002.

Probl. 7.


In Triangulo Obliquangulo A D C quæritur Latus A D.



			1. Superioris Schematis.				2. Infer. Schem.			
Dat.	Ang	CDA	36°	7′	52″.	4478.	103°	59′	57″	5028.
		CAD	46	18	7.	2720	36	7	52.	4478.
	Lat.	A C	24	3	54.	6667.	42.	8	47.	9286.

Termini Rationum.

1. ct. A C : R :: cs. C A D : t. A B.
2. ct. C A D : s. A B :: ct. A D C : s. D B.



Si Perpendicularis cadit intra, A B + D B = A D : Sin extra, A B − B D = A D.

Illustratio per numeros.

(1.)

Proport.	Cotangens	S T = A C gr.	24	3	54. 6667.	10. 35008848.
	Radius		90.			10. 00000000.
	Cosinus	S O = C A D	46	18	7. 2720.	9. 83938811.
	Tangens	O P = A B	17	8	47. 9286.	9. 48929963.

(2.)

Proport.	Cotangens	E G = C A D gr.	46	18′	7″. 2720.	9. 98025492.
	Sinus	D E = A B	17	8	47. 9286.	9. 46955455.
	Cotangens	N M = A D C	36	7	52. 4478.	10. 13664863.
						19. 60620318.
	Sinus Segmenti	D B	25	0	0. 0000.	9. 62594826.
	Segmentum A B est		17	8	47. 9286.	
	Summa Segmentorum est A D.		42	8	47. 9286.	Latus quæsitum.

Praxis

Praxis pro Latere A D Trianguli inferioris Schematis.

(1.)

Proport.				
Cotangens	A C	gr. 42 8 47. 9286.	10. 04332778.	
Radius	R S	90.	10. 00000000.	
Cosinus	S O = C A D	36 7 52. 4478.	9. 90723317.	
Tangens	O P = A B	36 9 57. 7821.	9. 86390539.	

(2.)

Proport.			
Cotangens	S O = C A D	36 7 52. 4478.	10. 13664863.
Sinus	O P = A B	36 9 57. 7821.	9. 77094579.
Cotangens	A D C	103 59 57. 5028.	9. 39674866.
			19. 16769445.
Sinus	D B	6 9 57. 7821.	9. 03104582.
Segmentum	A B	36 9 57. 7821.	
Differ. Segment. est	A D	30 0 0. 0000.	Latus quæsitum.

Probl. 8.

In Triangulo Obliquangulo A D C quæritur Angulus A C D.

D.		1. Superioris Schematis.	Infer. Schem.
A.	DAC	gr. 36 7 52. 4478	46 18 7". 2720.
A.	ADC	46 18 7. 2720	103 59 57. 5028.
Lat.	A C	30 0 0. 0000	42 8 47. 9286.

Termini Rationum.

1. ct. C A D : R :: cs. A C : ct. A C B.
2. cs. C A D : S. ACB :: cs. CDB : s. BCD.

Si Perpendicularis cadit intra, A C B + B C D = A C D: sin extra, A C B − BCD = ACD.

Illustratio Arithmetica.

(1.)

Proport.			
Cotangens	E G = C A D	gr. 36 7 52. 4478.	10. 13664863.
Radius		90.	10. 00000000.
Cosinus	A C	30 0 0.	9. 93753063.
Cotangens	T V = A C B	57 41 50. 2308	9. 80088200.

(2.)

(2.)

Proport.		gr.	′	″		
	Cosinus E G = C A D	gr. 36	7′	52″	4478.	9. 90723818.
	Sinus I L = A C B	57	41	50.	2308.	9 92697825.
	Cosinus N M = C D B	46	18	7.	2720.	9. 83938811.
						19. 76636636.
	Sinus I F = D C B	46	18	7.	2720.	9. 85913318.
	Angulus A C B est	57	41	50.	2308.	
	Summa.	103	59	57.	5028.	Est Angulus A C D.

Praxis pro Angulo A C D Trianguli inferioris Schematis.

(1.)


Proport.		gr.	′	″		
	Cotangens F G = C A D	gr. 46	18′	7″.	2720.	9. 98025492,
	Radius	90.				10. 00000000.
	Cosinus A C	42	8	47.	9286.	9. 87007002.
	Cotangens TV vel LI = ACB	52	11	29.	4577.	9. 88981510.

(2.)

Proport.		gr.	′	″		
	Cosinus E G = C A D	gr. 46	18	7.	2720.	9. 83938811.
	Sinus L I = A C B	52	11	29.	4577.	9. 89766241.
	Cosinus C D B	76	0	2.	4972.	9. 38365409.
						19. 28131650,
	Sinus I F = D C B	16	3	37.	0098.	9. 44192839.
	Est autem Arcus I L	52	11	29.	4577.	
	Differentia est arcus L F	36	7	52.	4479.	Mensura Anguli ACD

Probl. 9.

In Triangulo Obliquangulo A C D quæritur Latus D C.




Dat.		1. Superioris Schematis.	Infer. Schem.
A.	DAC	gr. 36 7′ 52″ 4478.	36 7′ 52″, 4478.
A.	ACD	103 59 57. 5028.	46 18 7. 2720.
Lat.	AC	90 0 0. 0000.	42 8 47. 9286.

Termini Rationum.

1. ct. C A D : R : : cs. A C : cs. A C B.
2. cs. A C B : ct. A C : : cs. B C D : ct. D C.

Si Perpendicularis cadit intra, tum in primâ operatione. · A C D − A C B = B C D. Sin extrà, A C B − A C D = B C D.



Illustratio

Illustratio per numeros.

(1.)

Proport.		
Cotangens EG = CAD	gr. 36 7′ 52″. 4478.	10. 13664863.
Radius	90.	10. 00000000.
Cosinus AC	30 0 0.	9. 93753063.
Cotangens LI = ACB	57 41 50. 2308.	9. 80088200.
- Angulus ACD	103 59 57 5028.	
Differentia est Ang. BCD	46 18 7. 2720.	

(2.)

Proport.		
Cosinus LI = ACB	gr. 57 41 50. 2308.	9. 72786026.
Cotangens AC	30 0 0.	10. 23856063.
Cosinus IF = BCD	46 18 7. 2720.	9. 82938811.
		20. 07794874.
Cotangens FM = DC	24 3 54. 6667.	10. 35008848.

Sin extra cadit Perpendiculum, ut in inferiore Schemate, retentis reliquis datis. Aio.

(1.)

Proport.		
Cotangens EG = CAD	gr. 36 7 52. 4478.	10. 13664863.
Radius	90.	10. 00000000
Cosinus AC	42 8 47. 9286.	9. 87007002.
Cotangens LI = ACB	61 34 27. 2475.	9. 73342139.
Aufer Angulum ACD	46 18 7. 2720.	
Et differentia est BCD	15 16 19. 9755.	

(2.)

Proport.		
Cosinus LI = ACB	gr. 61 34 27. 2475.	9. 67762494.
Cotangens AC	42 8 47. 9286.	10. 04332778.
Cosinus BCD	15 16 19. 9755.	9. 98438565.
		20. 02771340.
Cotangens FM = DC	24 3 54. 6667.	10. 35008849.

Poterunt ex iisdem datis reliqua duo Latera eodem labore simul obtineri, hunc scilicet in modum.

Angulus DAC	gr. 36 7′ 52″. 4478.	Angulus DAC	gr. 36 7′ 52″. 4478.
Angulus ACD	103 59 57. 5028.	Angulus ACD	46 18 7. 2720.
Summa Angulorum	140 7 49. 9506.	Summa Angulorum	82 25 59. 7198
Semissis Summæ	70 3 54. 9753.	Semissis Summæ	41 12 59. 8599.
Differentia Angulorum	67 52 5. 0550.	Differentia Angulorum.	10 10 14 8242.
Semissis differentiæ	33 56 2. 5275	Semissis differentiæ	5 5 7. 4121.

(1.)

Proport.		
Sinus Semissis Summæ Angulorum	gr. 70 3′ 54″. 9753.	9. 97316557.
Sinus Semissis differentiæ Angulorum	33 56 2. 5275.	9. 74681944
Tangens ½ Lateris comprehensi	15 0 0. 0000.	9. 42805245.
		19. 17487189.
Tangens ½ differentiæ reliq. Laterum	9 2 26. 6309.	9. 20170632.

(2.)

Proport.		
Cosinus ½ Summæ Angulorum	gr. 19 56′ 5″. 0247.	9. 53268997.
Cosinus ½ differentiæ Angulorum	56 3 57. 4725.	9. 91891105.
Tangens Semissis Lateris comprehensi	15 0 0. 0000.	9. 42805245
		19. 34696350.
Tangens ½ Summæ Laterum	33 6 21. 2977.	9 81417353.
Semissis differentiæ Laterum est	9 2 26. 6309.	
Summa Summæ & differentiæ Laterum est	42 8 47. 9286.	Latus AD quæs.
Differentia Summæ & differ. Laterum est	24 3 54. 6668.	Latus DC quæs.

Retentis similiter datis Trianguli inferioris Schematis, Aio.

(1.)

(1.)


Proport.						
Sinus semissis summæ Angul. gr.	41	12′	59″.8599.	9. 81882464.
Sinus ; differentiæ Angulorum	5	5	7. 4121.	8. 94763145.
Tangens ; Lateris comprehensi	21	4	23. 9643.	9. 58583627,
(2.)				18. 53346772.
Tangens ; differ. reliquorum Lat.	2	58	2. 6667.	8. 71464308.

Proport.				
Cosinus semis. Summæ Ang. gr.	48	47	0: 2401.	9. 87634702.
Cosinus ; differ. Angulorum	84	54	52: 5879.	9. 99828711.
Tangens semissis Lat. comprehensi	21	4	23. 9643.	9. 58583627.
				19. 58412338.
Tangens semissis Summæ Lat.	27	1	57. 3333.	9. 70777636.
Semissis differentiæ Laterum est	2	58	2. 6667.	
Summa Summæ & differ. Lat. est	30	0	0. 0000.	Latus A D quæs.
Differentia Summæ & differ. Lat. est	24	3	54. 6666.	Latus D C quæs.

Probl. 10.

In Triangulo Obliquangulo A C D quæritur Angulus A D C.


	1. Superioris Schematis.	2. Infer. Schem.
D. A. DCA gr.	103 59′ 57″.5028.	36° 7′ 52″. 4478.
D. A. D A C	36 7 52. 4478.	46 18 7. 2720.
D. Lat. A C	30 0 0.	42 8 47. 9286.



Termini Rationum.

1. ct. C A D : R : : cs. A C : ct. A C B.
2. s. A C B : cs. C A B : : s. BCD : cs. ADC.

Si Perpendicularis cadit intra ; A C D − A C B = B C D. Sin extra, A C B − A C D = D C B.



Illustratio per numeros.

(1.)

Proport.			
Cotangens E G = C A D gr.		36 7′ 52″.4478.	10. 13664863.
Radius		90.	10. 00000000.
Cosinus	A C	30 0 0. 0000.	9. 93753063.
Cotangens I L = A C B		57 41 50. 2308.	9. 80088200.
Ergò	B C D	46 18 7. 2720.	

(2.)

(2)

Proport.	Sinus IL = ACB	gr. 57	41	50. 2308.	9 92697825.
	Coſinus EG = CAB	36	7	52. 4478.	9. 90723317.
	Sinus IF = BCD	46	18	7. 2720.	9. 85913319.
					19. 76636636.
	Coſinus NM = ADC	46	18	7. 2720.	9. 83938811.

(1.)

Proport.	Cotangens EG = CAD	gr. 46	18	7. 2720.	9. 98025492.
	Radius AE	90.			10. 00000000.
	Coſinus GL = AC	42	8	47. 9286.	9. 87007002.
	Cotangens IL = ACB	52	11	29. 4577.	9. 88981510.
	ACD	36	7	52. 4478.	
	BCD	16	3	37. 0099.	

(2.)

Proport.	Sinus IL = ACB	gr. 52	11	29. 4577.	9. 89766241.
	Coſinus EG = CAB	46	18	7. 2720.	9. 83938811.
	Sinus IF = BCD	16	3	37. 0099.	9. 44102838.
					19. 28131649.
	Coſinus NM = CDB	76	0	2. 3972.	9. 38365408.
	Complementum MX eſt	103	59	57. 5028.	Menſura Anguli ADC.

Probl. II.

Datis tribus Lateribus invenire Angulum.

CAdat Perpendicularis ab aliorum Angulorum quolibet, puta C, inveniri poſſint Segmenta Baſis, ſcilicet BA, AD, hoc modo.


Ut Tangens ſemiſummæ Baſium, ad Tangentem ſemiſummæ Laterum, ita Tangens Semidifferentiæ Laterum, ad Tangentem Semidifferentiæ Baſium.

Jam igitur inventâ Baſium ſemidifferentiâ, quæ ſi addatur ſemiſummæ Baſium, dabitur Segmentum majus; ſin autem ſubtrahatur, dabitur Segmentum minus; tum per Propoſitionem Catholicam, Angulum quæſitum invenire licet.

Notandum quòd ſi Perpendicularis cadat extra Triangulum, tum Semiſumma erit Semidifferentia, & contra.

In Triangulo Obliquangulo BCD quæritur Angulus CBD.

Datis Lateribus	BC	gr. 24	3′	54″.6667.
	CD	30	0	0. 0000.
Datis Baſi	BD	42	8	47. 9286.
Summa Laterum		54	3	54. 6667.
Differentia Laterum		5	56	5. 3333.
Semiſſis Summæ Laterum		27	1	57. 3333.
Semiſſis differentiæ Lat.		2	58	2. 6666.
Semiſſis Summæ Baſium		21	4	23. 9643.



Illuſtratio Arithmetica.

(1.)

Proport.	Tangens Semiſ. Summæ Baſium gr.	21	4	23. 9643.	9. 58583627.
	Tangens Semiſſis Summæ Laterum	27	1	57. 3333.	9. 70777636.
	Tangens ½ differentiæ Laterum	2	58	2. 6666.	8. 71464305
					18. 42241941.
	Tangens ½ differentiæ Baſium	3	55	36. 0357.	8. 83658314.

Semi-

Semi-sum. Basium	gr. 21 4′ 23″.9643.	}	Segment. majus A D	gr. 25 0′ 0″.0000.
Semi-differ. Basium	3 55 36. 0357.	}	Segment. minus A B	17 8 47. 9286.

(2.)

Proport.	Tangens B C	gr. 24 3 54. 6667.	9. 64991152.
	Radius gr.	90 0 0.	10. 00000000.
	Tangens A B	17 8 47. 9286.	9. 48929963.
	Cosinus C B D	46 18 7. 2720.	9. 83938811.

Probl. 12.

Si tres Anguli dentur ad Latus inveniendum, Anguli in Latera permutandi sunt, tum fiant reliqua, ut in Casu præcedente.

Finis Libri Trigonometriæ.

DOCTRINA SPHÆRICA.

Liber Tertius.

In quo, non ſolùm Sphæræ Circuli explicantur, ſed & eorum uſus, praxiſq; totius Sphæricæ Doctrinæ per Problemata ſequentia ſubjiciuntur; idq; quâdam novâ, peculiari & admodum compendioſâ, per *TRIGONORUM* Analyſin, ratione. Unde Longitudines, Latitudines, Declinationes, Aſcenſiones, Culminationes, Ortus, Occaſus, & Parallaxes omnium Planetarum, ad cujuſlibet *SPHÆRÆ* poſitum feſtinantèr colligi poſſint.

Cui additus eſt uſus Tabularum *PRIMI MOBILIS*, cujus auxilio, Appulſus Lunæ ad Planetas, & Calculus Eclipſium Solarium, ad aliquem Terræ locum, expeditiſſimè computantur.

Authore

VINCENTIO WING Mathematico.

Felices animæ quibus hæc cognoſcere primùm,
Inque domos ſuperas ſcandere cura fuit.

LONDINI,

Typis *J. M.* pro *G. Sawbridge* 1668.

Si vis celsi jura Tonantis
Purâ solers cernere mente,
Aspice summi culmina Cœli,
Illic justo fœdere rerum
Veterùm servant sidera pacem.
Non Sol rutilo concitus igne
Cœlidum Phœbes impedit axem.
Nec quæ summo vertice Mundi
Flectit rapidos Ursa meatus.
Nunquam occiduo lita profundo
Cætera cernens sidera mergi
Cupit Oceano tingere flammas.
Semper vicibus temporis æquis
Vesper seras nuntiat umbras,
Redditq; diem Lucifer almus;
Sic æternos reficit cursus
Alternus amor: sic astriferis
Bellum discors exulat oris.
Boetius Lib. 4. de consol. Philos. metr. 6.

DOCTRINA SPHÆRICA.

Lib. III.

INter omnes Corporum figuras, perfectissima & capacissima, corporumq; Cœlestium aptissima est *Sphæra*, cujus rationalem atq; artificialem Structuram *Euclides* & alii sic ostendunt.

SPHÆRA ab Euclide sic describitur.

Sphæra est transitus circumferentiæ dimidii circuli quæ fixa diametro eousq; circumducitur, quousq; ad locum suum redeat. Id est, *Sphæra* est tale rotundum & Solidum, quod describitur ab arcu semicirculi circumducto.

A Theodosio sic.

Sphæra est Solidum quoddam unâ superficie contentum, in cujus medio Punctum est, à quo omnes rectæ lineæ ductæ ad circumferentiam sunt æquales.

Materialis Sphæræ εἰκών.



Nomina Punctorum & Circulorum Sphæræ.

Centrum Sphæræ quid.

1. *Centrum Sphæræ* dicitur illud punctum in medio ejus, à quo omnes rectæ lineæ ad circumferentiam ductæ ſibi invicem ſunt æquales.

Diameter Sphæræ quid.

2. *Diameter Sphæræ* appellatur omnis recta linea, per Sphæræ centrum tranſiens, ex utrâq; parte, ſub ipſius Sphæræ ſuperficie terminata.

Axis Sphæræ quid.

3. *Axis Sphæræ* eſt linea recta tranſiens per ejus centrum ad circumferentiam ex utrâq; parte, circa quam Sphæra volvitur ac circumducitur, ut repræſentat P A P.

Poli Sphæræ quid.

4. Duo extrema puncta axem in ſuperficie terminantia, vocantur *Poli Sphæræ*, ut P P.

Superficies quid.

5. *Superficies* verò eſt latitudo profunditatis expers, duas ſolùm recipiens dimenſiones, unam ſecundum longitudinem, alteram ſecundum latitudinem.

Zenith.

6. *Zenith*, ſeu *vertex* alicujus loci eſt illud in Cœlo punctum, quod directè vertici capitis cujuſvis hominis imminet. Oppoſitum verò Punctum *Arabes* dicunt *Nadir*.

Circuli Sphæræ præcipui ſunt decem, quorum nomina ſequuntur.

Circuli Sphæræ Præcipui.

1. *Æquinoctium.*
2. *Meridianus.*
3. *Horizon.*
4. *Zodiacus.*
5. *Colurus Solſtitiorum.*
6. *Colurus Æquinoctiorum.*
7. *Tropicus Cancri.*
8. *Tropicus Capricorni.*
9. *Circulus Arcticus.*
10. *Circulus Antarcticus.*

Ex hiſce circulis, priores ſex majores dicuntur, poſteriores quatuor, minores. Circuli majores ſunt, qui tranſeuntes per centrum Sphæræ, ipſam dividunt in duo hemiſphæria æqualia, ſuntq; *Æquinoctialis, Meridianus, Horizon, Zodiacus, Colurus Solſtitiorum,* & *Colurus Æquinoctiorum*: Circuli minores ſunt, qui non ambientes Sphæram circa centrum, eam dividunt in duo ſegmenta inæqualia.

Æquinoctialis quid.

1. *Æquinoctialis, Æquidialis,* & *Æquator* dicitur ille circulus, qui ex Mundi polis per verticem capitis eſt deſcriptus, ſub eo cùm Sol exiſtat, omnibus Terræ locis Dies noctibus fiant æquales; tranſitq; hic circulus per puncta Arietis & Libræ, & Sphæram in duas partes æquales ab utroq; Mundi Polo æquidiſtantes, dividit; ut videre licet in præcedenti Schemate.

Meridianus.

2. *Meridianus*, omnibus aliis circulis ſupereminet in Sphærâ, & eſt is, qui per Polos Mundi, & verticem Capitis noſtri ducitur, ad quem quando Sol acceſſerit, eſt Meridies. In Figurâ cœleſti vocatur, *Cardo, Cor Cœli, μεσουράνημα, Medium Cœli, Cuſpis Regalis, Domus decima,* &c.

Horizon, Græcè ὁρίζων, Latinè Finitor dicitur.

3. *Horizon* eſt circulus major, diſtinguens conſpectam Mundi partem ab inconſpecta, & à vertice loci tanquam ex Polo deſcribitur, ſecatq; hic circulus Meridianum ad angulos rectos, & ſecundum hunc, tum Sol, Luna, & Sidera oriuntur & occidunt.

Zodiacus, quid, Eſt Ζῳδιακὸς, Latinè Signifer.

4. *Zodiacus* eſt circulus ex propriis Polis deſcriptus, interſecans Æquinoctialem in duas medietates, ita ut una pars vergat ad Septentrionem, altera ad Auſtrum. Poli ejus diſtant à polis Mundi, quanta eſt maxima Solis Declinatio ab Æquatore, puta gr. 23 31′ 30″. Vocatur autem *Signifer*, hic circulus obliquus, quia in eo Motus Planetarum & Fixarum ab Occaſu in Ortum menſurantur.

Linea Ecliptica, ſeu Via Solis.

In medio hujus circuli collocatur Linea Ecliptica, à quâ Latitudines Planetarum & Fixarum, tàm ad Auſtrum quàm ad Septentrionem numerantur. Dividitur porrò *Zodiacus* in duodecim partes, quas vocant Signa, ♈, ♉, ♊, ♋, ♌, ♍, ♎, ♏, ♐, ♑, ♒, ♓. Sic vocata ob ſimilitudinem cum animalibus, &c.

&c. Quodlibet Signum dividitur in gradus triginta, quilibet gradus in 60 minuta, quodlibet minutum in 60 secunda, &c. Divisio Zodiaci in duodecim Signa, &c.

Ordo Signorum Manilius *sic pulchrè describit.*

Ζώδια.

Aurato princeps Aries in vellere fulgens,
Respicit admirans adversum surgere Taurum,
Submisso vultu Geminos, & fronte vocantem,
Quos sequitur Cancer, Cancrum Leo, Virgo Leonem,
Æquato tum Libra die, cum tempore noctis
Attrabit ardenti fulgentem Scorpion astro.
In cujus caudam contentum dirigit arcum.
Mixtus equo volucrem, missurus jamq; sagittam,
Tum venit Augusto Capricornus sidere flexus.
Post hunc inflexam diffundit Aquarius urnam
Piscibus assuetas avidè subeuntibus undas,
Quos Aries tangit, claudentes ultima signa.

Coluri majores circuli sunt, qui in Mundi Polis ad angulos rectos se mutuò bisecant, Eclipticam autem quadripartiuntur in *Æquinoctiorum*, *Solstitiorumq;* punctis pro quadripartitâ anni divisione. De his ita *Manilius.* Coluri quid.

Sunt duo quos recipit ductos à vertice Vertex,
Inter se adversi, qui cunctos ante-relatos,
Seq; secant, gemino coeuntes cardine Mundi;
Transversoq; Polo rectum ducuntur in Axem;
Tempora Signantes anni, Cœlumq; per astra
Quatuor in partes divisum mensibus æquis.

5. *Colurus Æquinoctiorum* est ille circulus, qui ductus per mundi polos & puncta Æquinoctialia, cum Æquatore quidem angulos rectos Sphæricos, cum Zodiaco verò obliquos constituit. Colurus Æquinoctiorum.

6. *Colurus* verò *Solstitiorum* est ille circulus, qui ductus per polos Mundi, polos *Zodiaci*, & puncta Solstitia, angulos format rectos Sphæricos. Colurus Solstitiorum.

De minoribus quatuor circulis. τροπαί.

7. T*Ropicus Cancri* est ille circulus minor, quem Sol principium Cancri ingressus, describere videtur. Cùm enim Sol ad eum circulum pervenit, Æstatem efficit eis, qui in Aquilonis finibus sunt, Hyemem autem eis, qui Austri flatibus oppositi. Præterea quod ultra eum circulum Sol non transit, sed statim revertitur, *τροπικὸς* est appellatus. Tropicus Cancri quid.

8. *Tropicus Capricorni* est circulus ille, quem Sol in principio Capricorni constitutus, definit; ideoq; quando Sol ad eum circulum pervenit, Hyemem efficit his, qui ad Septentrionem spectant, sed Æstatem illis qui in partibus mundi australibus domicilia constituerunt. Tropicus Capricorni quid.

9. *Arcticus circulus* est minor, qui inter circulos semper apparentes est maximus, totusq; supra terram hisce Regionibus conspicitur, in quo astra posita, neq; occidunt neq; oriuntur, sed per totam noctem circa Mundi Polum moveri cernuntur. *De eo* Manilius *Lib.* 1. *Astron. Circulus ad Boream fulgentem sustinet Arcton.* Circulus Arcticus.

10. *Antarcticus circulus* est ejusdem cum Arctico naturæ, sed qui totus infra terram descriptus, in quo Astra semper nobis sunt invisibilia. Circulus Antarcticus.

Præter hos decem circulos sunt pleriq; alii, ut,

1. *Circuli verticales*, qui à vertice alicujus loci deducuntur ad Horizontem, eumq; ad angulos rectos secantes, ex quibus metimur distantias Stellarum ab aliquâ Horizontis parte. Solent autem hi circuli Arabicâ voce Azimutha dici. Circuli verticales.

2. *Cir.*

Circuli latitudinum

2. *Circuli latitudinum* sunt ducti per polos Eclipticæ, & per puncta ejus singula.

Circuli Declinationum.

3. *Circuli Declinationum*, qui ducti per polos Mundi, & puncta singula Æquatoris.

Circuli Altitudinum.

4. *Circuli altitudinum* dicti *Almicantarath*, ii sunt qui intersecant verticales, ipsiq; Horizonti paralleli sumuntur, semper minores, minoresq; sunt, quousque desinant in vertice loci.

Circuli Positionum.

5. *Circuli Positionum* ii dicuntur, qui per sectiones communes Horizontis & Meridiani, & per centrum Stellæ transeunt.

Circuli Domorum

6. *Circuli domorum*, qui dividunt Cœlum in duodecim partes, quæ vocantur Domicilla, quarum, sex infra, sex supra Horizontem sunt. Prima domus proximè infra Horizontem ad ortum vocatur *Horoscopus* & domus vitæ, succedens inferius dicitur domus divitiarum, tertia consequens domus Fratrum. Cæterùm de significationibus domiciliorum cœlestium teneantur hi versus.

Vita, Lucrum, Fratres, Genitor, Nati, Valetudo,
Uxor, Mors, Pietas, Laus, fidus amicus, & Hostis.

Circuli horarii.

7. *Circuli horarii*, quibus secatur Cœlum in partes 24. &c.

Alii sunt circuli pleriq; de quibus alibi dicturum est.

Longitudo Stellæ quid.

Longitudo Stellæ est arcus Eclipticæ, seu cujusvis dati Cœli puncti, per transversum Zodiacalem determinati, ab initio Arietis usque ad circulum latitudinis Stellæ, juxta Signorum seriem numeratus.

Latitudo Stellæ.

Latitudo Stellæ est arcus circuli maximi, qui per Zodiaci polos & per centrum Stellæ incidit, interceptus inter Eclipticam & verum Stellæ locum. Si igitur Stella ad boream ab Ecliptica vergat, Septentrionalis ejus latitudo dicitur; si verò ad Austrum, Latitudo Meridionalis.

Declinatio Stellæ quid.
Declinatio Eclipticæ maxima invariabilis.

Declinatio est arcus inter Stellam, vel aliqua puncta Cœli data & Æquatorem interceptus, qui arcus si extenderit versus Polum Arcticum, vocatur Declinatio Septentrionalis, si autem versus Polum Antarcticum, Meridionalis. Est autem Declinatio Eclipticæ maxima *Tychoni* gr. 23 31′ 30″, quam (nostrâ sententiâ) invariabilem esse judicavimus.

Ascensio Recta.

Ascensio Recta est arcus Æquatoris, qui cum dato aliquo Eclipticæ arcu sive puncto in Sphærâ Rectâ supra Horizontem ascendit. Numeratur autem per arcum Æquatoris, verno æquinoctio & aliquo determinato puncto in Æquatore interceptum.

Ascensio & Descensio Stellæ obliqua.

Ascensio & Descensio Stellæ obliqua, est arcus æquinoctialis interceptus inter vernum Æquinoctium & quodlibet datum cœli punctum Æquatoris, quod unà cum Eclipticæ puncto, vel cum datâ Stellâ supra Horizontem exoritur vel sub eundem descendit.

Differentia Ascensionalis.

Differentia Ascensionalis aut Descensionalis est arcus Æquatoris inter Ascensionem Rectam alicujus puncti, & Ascensionem vel Descensionem obliquam dati cœli puncti interceptus.

Amplitudo ortiva.

Amplitudo Ortiva est arcus Horizontis inter Æquinoctialem & Ortum alicujus puncti in Cœlo dati, interceptus.

De Zonis, Climatibus, Parallelis, &c.

Zona quid

PEr circulos Tropicos & Polares in quinque Spatia dividitur Cœlum, & ex Cœlo partes Terræ directè ad perpendiculum locis Cœli subjacentes, Zonas & fascias, & à nonnullis plagas nuncupantur, quibus à locorum temperamento & qualitate, nomina veteres dedêre.

Zonæ quinque. Zona torrida. Duæ temperatæ.

Ex hisce quinque Zonis, una inter Tropicos sita, quam in medietate Æquator dividit, torrida à veteribus dicitur, propter intensum Solis calorem. Sunt etiam duæ temperatæ, & totidem frigidæ; temperatæ incipiunt à Tropicis, terminanturq; in Polaribus, quæ in latitudine, ab utrâq; parte numerantur gr.

gr. 42. 57'. seu milliaria 2577. Frigidæ initium sumunt à Circulis Polaribus, terminaturq; in Polis, à quibus distant gr. 23 31'. vel milliaria 1411. Duæ frigidæ. Zonarum Amplitudo.

Figura Zonarum, ex quâ constat, quomodo Zonæ terrestres, ipsis Cælestibus respondeant.



De his Virgilius Libr. 1. Georgicon, ita canit.

Quinque tenent Cælum Zonæ, quarum una corusco
Semper Sole rubens, & torrida semper ab igne:
Quàm circum extremæ dextra, lævaq; trahuntur
Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris.
Has inter mediamq; duæ mortalibus ægris
Munere concessæ Divum, & via secta per ambas,
Obliquus qua se Signorum verteret ordo.

De Zonis terrestribus loquitur Ovid. 1. Metamorph. in his carminibus.

Utque duæ dextrâ cælum, totidemq; sinistrâ
Parte secant Zonæ quinta est ardentior illis,
Sic onus inclusum numero distinxit eodem
Cura Dei, totidemq; plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu:
Nix tegit alta duas: totidem inter utramq; locavit,
Temperiemq; dedit, mista cum frigore flamma.

Amphiscii nominantur torridæ Zonæ habitatores, qui utrinq; habent umbram meridianam diversis anni temporibus. Amphiscii quid?

Periscii dicti sunt, quorum umbra meridiana circulum facit. Periscii.

Heteroscii sunt illi, qui versùs unam tantum Plagam umbras meridianas mittunt. Heteroscii

Periæci dicuntur ii, qui degunt sub eodem parallelo, eodem meridiano, sed in locis oppositis. Periæci.

Antæci sunt contra habitabiles, quantum enim Zenith unius loci ad Septentrionem deflectit, tantum alterius versus austrum. Antæci.

Antipodes vel Ἀντίχθονες.

Antipodes ſunt, qui pedes habent ſibi mutuò oppoſitos, nempè qui habitant ſub eodem Meridiano, & locis Terræ diametralitèr oppoſitis.

Clima.

Clima habitatæ *Terræ* ſpatium eſt duobus circulis Æquatori parallelis comprehenſum, in quo dies variat ſemiſſe horæ. Climata veteribus in utroq; Hemiſphærio ſunt ſeptem, *Ptolemæus* autem numerat novem in Tabulis Aſcenſionum, ſecundo *Almageſti*, quæ ſua nomina, ab aliquo inſigni urbe, fluvio, aut regione, per quæ medium Climatis tranſit, traxerunt; Clima primum per *Meroen*, *Æthiopiæ* civitatem tranſit, ubi dies longiſſimus continet horas 13. II per *Syenem Ægypti*, ubi dies longiſs. habet horas $13\frac{1}{2}$. III. per *Alexandriam Ægypti*, hor. 14. IV. per *Rhodum* inſulam, hor. $14\frac{1}{2}$. V. per *Romam*. hor. 15. VI. per *Pontum* hor. $15\frac{1}{2}$. VII. per oſtia *Boryſthenis*, hor. 16. *Ptolemæus* facit novem Climata, ita ut VIII. fit per *Angliam*, & IX. per *Daniam* & *Scotiam*. Hiſce 9. Climatibus Septentrionalibus opponuntur 9. meridionalia, ut in Tabella vides.

Κλίματα.

	Climata Borealia.	*Climata Auſtralia.*
I.	Diameroës.	Antidiameroes.
II.	Diaſyenes.	Antidiaſyenes.
III.	Dialexandrias.	Antidialexandrias.
IV.	Diarhodu.	Antidiarhodu.
V.	Diarhomes.	Antidiarhomes.
VI.	Diapontu.	Antidiapontu.
VII.	Diaboriſthenes.	Antidiaboriſthenes.
VIII.	Diabritannias.	Antidiabritannias.
IX.	Diatanaidos.	Antidiatanaidos.

Parallelæ.

Ptolemæus ita deſcribit Parallelos, ſecundo *Almageſti*, ut eſſent utrinq; ab æquatore 38. quas hoc pacto diſtribuit, numerando 24. per quadrantes horarum, quatuor per ſemiſſes horarum, quatuor per horas integras, & deniq; Sex per Integros Menſes.

Jam ſi velis ſcire, ſub quo Climate ſeu Parallelo ſitus ſit aliquis Terræ locus, adi Tabulam *Climatum*, *Parallelorum*, &c. ubi ſi quæratur Elevatio Poli, è regione occurret Clima, cum die longiſſimo, & Parallelo.

Doctrina

DOCTRINA SPHÆRICA.

Liber Tertius.

CAP. I.


ASTRONOMIÆ partes sunt duæ, altèra quidem Motus apparentes diurnos omnium Planetarum & Stellarum ab Oriente in Occidentem respiciens, quæ DOCTRINA dicitur SPHÆRICA: altera proprium ac realem eorum motum in contrarium ab Occasu in Ortum, quæ DOCTRINA vocatur THEORICA; quarum primam, quam Græci σφαιρικὴν appellant, sive Motum diurnum tractavero, & quo modo usitatiora Problemata Sphæræ per solutionem Triangulorum Sphæricorum resolvenda sunt, demonstrabo, quæ à plurimis Mathematicis, eisq; peritissimis, tractatas fuisse confessum habeo, viz. *Ptolemæo, Copernico, Petisco, Schreckenfuchsio, Longomontano*, & cæteris, nihilominùs ut partes hujusce Libri faciliùs & expeditiùs intelligantur, & ad praxim revocentur, ego præcipua tàm breviter quàm concinnè Novâ & expeditâ Methodo deponam. ASTRONOMIÆ distributio in duas partes.

Problema Primum.

Datâ Declinatione Solis maximâ, & ejus Longitudine ab alterutro Æquinoctiorum, Declinationem Solis tali Longitudini in Eclipticâ competentem invenire.

DE hoc Problemate agunt *Ptolemæus*, Lib. 1. *Magni Operis*, Cap. 13. & 14. *Copernicus* Lib. 2. Revolut. Cœlestium, Cap. 3. *Regiomontanus* Lib. 1. Epit. Magnæ Composit. *Ptolemæi*, Prop. 18. *Longomont.* Cap. 1. Probl. 1. Sphæricorum, quos alii quoq; Astronomi sequuntur. Quamvis autem hoc Problema variis modis expediri queat, nos tamen methodum omnium facillimam hic sequimur.

Ut Solis Declinatio colligatur.



In adjuncto Diagrammate sit G A B F dimidium Æquatoris, H A C D Eclipticæ, E B & E F Circulorum Declinationum, qui Æquatorem ad angulos Sphæræ rectos E B A, E F A secant Sit autem E Polus Mundi, A primum punctum Arietis, D F maxima Eclipticæ obliquatio, C locus Solis, & B C Declinatio Solis inquirenda.

Proponatur Declinatio Solis exploranda in gr. 0 ♊ cum distat ab Æquinoctio verno, grad. 60. Ergò in Triangulo Sphærico Rectangulo A B C, quia dantur C A B gr. 23 31′ 30″, Maxima Solis Declinatio, A C gr. 60. Elongatio

Elongatio Solis ab Æquinoctio, A B C Angulus rectus, gr. 90. Ex hisce itaq; datur arcus B C quæsitus, per Probl. 2. Triang. Sphæric. Rectang. hoc pacto.

Radius 90. gr.			10. 000000.
Declinatio Solis maxima, gr.	23 31′ 30″.	S.	9. 601135.
Distantia ☉ ab Æquinoctio, gr.	60 0 0.	S.	9. 937530.
Declinatio Solis quæsita gr.	20 13 22.	S.	9. 538665.

Problema 2.

Datâ Obliquatione Solis maximâ, & ejus Longitudine in Eclipticâ, Ascensionem Rectam tali longitudini indagare.

IN Schemate præcedente sit (ut prius) A C longitudo Solis gr. 60. 0′. Angulus C A B Maxima Eclipticæ Obliquatio, gr. 23 31′ 30″. & A B Ascensio recta correspondens. In Triangulo igitur Rectangulo A B C datur A C gr. 60. 0′. cum angulo B A C gr. 23. 31′ 30″. Ergò A B erit gr. 57. 48′. 7″. Ascensio Recta quæsita.

De Ascensione Solis rectâ inveniendâ.

Per Probl. 6. Triang. Sphæric. Rectang.	*Radius gr. 90.*		10. 000000.
	AC longitudo Solis gr. 60.	t.	10. 238560.
	CAB Maxima ☉ Obliqu. gr. 23 31′ 30″	ct.	9. 962315.
	A B Ascensio Solis Recta gr. 57 48′ 7″.	t.	10. 200875.

Ascensio Recta primi Quadrantis inventa, ad totum Circulum extensioni sufficit: nam ablatâ Ascensione rectâ primi Quadrantis modò quæsitâ è Semicirculo gr. 180. relinquitur Ascensio Recta ad principium Leonis, gr. 122. 11′. 53″. Adjectâ verò eâdem Ascensione Rectâ ad Semicirculum gr. 180. proveniet Ascensio Recta initii ♐ gr. 237. 48′. 7″. Rursùs ablatâ A. R. priùs inventâ ab integro Circulo gr. 360. relinquitur Ascensio Recta principii ♒ gr. 302. 11′ 53″. Et hoc pacto Tabula Ascensionum Rectarum composita est.

Problema 3.

Datâ Poli loci Elevatione & Puncti Eclipticæ Declinatione, Amplitudinem Ortivam aut Occiduam ejusdem puncti in Horizonte, reperire.

Definitio Amplitudinis Solis.

AMplitudo Solis Ortiva, Occiduave fit arcus Horizontis interceptus inter punctum Ortûs vel Occasûs Solis & punctum Æquatoris in Horizonte intersectum. Sciendum autem est, si Declinatio borea fuerit, Amplitudo Ortiva vel Occidua erit Borea; Sin verò Austrina fuerit Declinatio, Amplitudo Ortiva quoq; erit Austrina, ut in Exemplo enodatè demonstrabitur.

Indagatio Amplitudinis Solis.

In

In Diagrammate adjecto sit Meridianus integer H E Z P R X K, Horizon HOR. cujus Polus Z, Æquator verò E O X, cujus Polus P, Arcus autem O S in Horizonte, Amplitudinem Ortivam vel Occiduam repræsentet. Quamobrem in Triangulo, O L S Rectangulo, dantur Anguli S O L gr. 38. 28'. O L S gr. 90. una cum latere S L gr. 20. 13'. 22''. ergò datur O S gr. 33. 45'. 30''. pro Amplitudine Ortivâ.

Per Probl. 9. Triang. Sphæric. Obliquang.	*Altitudo Æquatoris S O L gr.*	38 28' ''.	S. 9. 793832.
	Declinatio Solis S L gr.	20 13. 22.	S. 9. 538665
	Radius gr. 90.		10. 000000.
	Amplitudo Ortiva O S gr.	33 45. 30.	S. 9. 744833.

Problema 4.

Datâ Declinatione Solis & Obliquitate Eclipticæ maximâ, Longitudinem Solis in Eclipticâ invenire.

HOc Problema magnum præbet usum in explorando motu Solis vero, quemadmodum luculentèr apparet in subsequenti Exemplo.

Sit quærenda Longitudo Solis in Eclipticâ Declinationi ejus dati competens. Hoc Problema est inversio primi, ubi Declinatio maxima est data, & Declinatio Solis per Altitudinem Meridianam sub certâ Poli Elevatione observata, ut patet in hoc Exemplo.

Quomodo locus Solis ex datâ ejus Declinatione inveniatur.

In Schemate Probl. 1.

Per Probl. 9. Triang. Sphæric. Rectang.	*Obliquitas Eclip. maxima CAB*	gr. 23 31' 30''.	S. 9. 601135.
	Radius gr. 90.		10. 000000.
	Declinatio Solis data BC	gr. 20 13. 22.	S. 9. 538665.
	Longitudo Solis quæsita AC	gr. 60 0. 0.	S. 9. 937530.

Problema 5.

Datâ Obliquitate Eclipticæ maximâ & Ascensione Solis rectâ, Longitudinem Solis in Eclipticâ investigare.

IN eodem Triangulo Rectangulo A B C sit (ut prius) A B Ascensio Solis Recta, gr. 57. 48' 7'', C A B Obliquatio Eclipticæ maxima gr. 23 31'. 30'', & A B C Angulus Rectus, itaq; longitudo Solis A C est gr. 60 0'.

Quomodo per Obliquitatem Eclipticæ maximam, & Ascensionem ☉ Rectam, locum Solis in Zodiaco possis inquirere.

Per Probl. 10. Triang. Sphæric. Rectang.	*Radius gr. 90.*		10. 000000.
	Ascensio Solis Recta	gr. 57 48' 7''. ct.	9. 799125.
	Obliquatio Eclipticæ maxima	gr. 23 31 30. cs.	9. 962315.
	Longitudo Solis quæsita	gr. 60 0 0. ct.	9. 761440.

Probl

Problema 6.

Datâ latitudine loci & Declinatione Solis, Differentiam Ascensionalem definire.


Pro differentiâ Ascensionali investigandâ.

In Diagrammate apposito sit Meridianus P X K E, Horizon R O H, cujus Polus Z, Æquator X O E, cujus Polus P, Complementum autem latitudinis loci, S O L, & Declinatio Solis data S L. Quocirca in Triangulo OSL Rectangulo, Δεδόμενα sunt. S O L gr. 38. 28'. Complementum AltitudinisPoliLondinensis.

S L gr. 20 13' 22''. Declinatio Solis ante inventa.

O L S Angulus Rectus gr. 90.

Ergò dabitur O L gr. 27. 37' 27'', pro differentiâ Ascensionali.



Per Probl. 5.	*Complementum Altit. Poli*	*gr.* 38 28' 0''.	t.	9. 900086.
Triang.	*Radius gr.* 90.			10. 000000.
Sphæric.	*Declinatio Solis*	*gr.* 20 13 22.	t.	9. 566296.
Rectang.	*Differentia Ascensionalis*	*gr.* 27 37 27.	S.	9. 666210.

Differentia ergò Ascensionalis est in tempore, Hor. 1 50'. 30''.

Problema 7.

Datâ Ascensione Solis Rectâ, & Differentiâ Ascensionali, Obliquam Ascensionem, & Descensionem Puncti cujusvis Eclipticæ, sub datâ Poli Elevatione, reperire.

Ratio inveniendi Obliquam Ascensionem & Descensionem.

AD hoc efficiendum duæ subsequentes Regulæ observandæ sunt.

1. Cum Declinatio est Borealis, subtrahe Ascensionalem Differentiam Rectâ ab Ascensione, & relinquitur Obliqua Ascensio; adde autem, & Summa erit Obliqua Descensio.

2. Cum Declinatio Australis est, adde Ascensionalem Differentiam & Rectam Ascensionem simul, & aggregatum Obliqua erit Ascensio: subtrahe verò Ascensionalem Differentiam Rectæ Ascensioni, & relinquitur Obliqua Descensio quæsita, Exemplum. Sit quærenda Ascensio & Descensio puncti Eclipticæ ad initium ♊, sub Elevatione Poli LONDINI gr. 51. 32'. Primùm igitur ex Problemate Secundo, sumatur Ascensio Recta, quæ reperta est gr. 57 48'. 7''. dein ex ultimo invenitur Differentia Ascensionalis gr. 27. 37'. 27''. ideircò ad Præceptum hujus Problematis, Ascensio & Descensio Obliqua ita se dabunt.

Ascensio

		gr. ′ ″.
	Ascensio Recta gr. o. ♊.	57 48 7.
	Differentia Ascensionalis	27 37 27.
Ergò provenit	*Ascensio Obliqua*	30 10 40.
	Descensio Obliqua	85 25 34.

Problema 8.

Datâ Differentiâ Ascensionali, Arcum Semidiurnum & Longitudinem Diei & Noctis, singulis anni temporibus indagare.

PRimùm inveniatur Differentia Ascensionalis per Problema 6. quam reduc in tempus. Et si Sol in borealibus sit Signis, adde eandem semidiurno arcui Rectæ Sphæræ, Hor. 6. Subtrahe autem eam in Signis Australibus, ita enim Summa sive differentia Semidiurnus Arcus est, qui conduplicatus Arcus est Diei, cujus Complementum ad 24. horas est Arcus Noctis, & hic bisectus, tempus est ortûs Solis, ut in hoc Exemplo videbis.

De Diei atq; Noctis artificialis mensurâ.

	Hor. ′ ″.
Arcus Semidiurnus Sphæræ Rectæ	6 0 0.
Differentia Ascensionalis ☉ in gr. o. ♊	1 50 30.
Arcus Semidiurnus, vel tempus Occasûs Solis	7 50 30.
Qui duplicatus, dat arcum diurnum	15 41 0.
Quo tempore à Hor. 24. subducto, datur noctis quantitas	8 19 0.
Ac proinde tempus Ortûs Solis	4 9 30.


Problema 9.

Datâ Elevatione Poli & Declinatione Solis, momentum Crepusculi tàm Matutini quàm Vespertini, indagare.

IN adjuncto Schemate sit Meridianus L G R K, Horizon G A H, Zenith L, Nadir M, Æquator R A K, cujus Polus arcticus P, sitq; locus Solis O, depressio Solis sub Horizonte XO, gr. 18. quum aurora omnium primo appareat. His ita concessis, excogitemus Solem in 9. Geminorum, Ubi Declinatio ejus est grad. 20. 13′ 22″. borea.

De Crepusculis.

Crepusculorum termini.



In triangulo itaque obliquangulo L P O sint hæc cognita. (1.) P L grad. 38. 28′. Complementum elevationis *Poli Londinensis*, (2.) X O excessus depressionis ☉ sub Horizonte grad. 18. Supra Quadrantem, (3.) P O grad. 69. 46′ 38″. complementum declinationis Solis.

PO

Quomodo tempus Crepusculorum ad quamlibet latitudinem inveniatur.

P O	69° 46′ 38″.	S. 9. 972367.	
P L	38 28	S. 9. 793832.	
Differ.	31 18 38.	19. 766199.	Summa 1.
		20. 000000.	Summa 2.
L O gr. 108 0′ 0″. — Viz. L X + X O.			
Differ.	31 18 38.		
Aggreg.	139 18 38.		
Differ.	76 41 22.		
Semissis summæ	69 39 19.	9. 972026.	
Semissis differ.	38 20 41.	9. 792665.	
		19. 764691.	Summa 3.

Exemplum.

19. 766199.
20. 000000.
19. 764691.
19. 998492.

Arcus 86 37 30. S. 9. 999246. hujus duplum gr. 173 15′. est angulus L P O, cui respondent in tempore Horologii hor. 11. 33′. quibus à horis 12. sublatis, remanent hor. 0. 27′. quod quidem est tempus crepusculi quæsiti.

Aliud Exemplum.

Si quæratur tempus Crepusculi tempore hiberno cum Sol australem habet declinationem, tùm subtrahenda est quantitas depressionis Solis infra Horizontem à quadrante & relinquitur distantia *Solis* à *Nadir*, quâ præcognitâ, operatio penè eadem foret, ut antè.

Supponamus igitur in opposito puncto priori Solem esse, videlicet in 0. grad. Sagittarii, declinationem habentem australem grad. 20. 13′. 22″.


Aliud.

In Triangulo Z X M, pro angulo X Z M δεδομένα sunt.

Z X grad. 69. 46′ 38″. Complem. declinat. Solis.

X M grad. 72. 0. Distantia Solis à Nadir.

Z M grad. 38. 28. Complementum Elevationis Poli *LONDINI.* Ex hisce datur angulus obliquus XZM grad. 86. 13′. 52″. qui in tempus conversus dat horas 5 44′ 55″. pro primo diluculo matutino: Hinc tempus Crepusculi vespertini similitèr datur eodem die hor. 6. 15′ 5″. quod est complementum prioris ad horas duodecem.



Probl.

Problema 10.


Datâ declinatione Solis, & ejus distantia à Meridiano, unà cum altitudine Poli, datur etiam Altitudo Solis supra Horizontem.

IN hoc Problemate tres sunt casus.

1. *Quando Sol tenet initium Arietis aut Libræ.*

Sit in Diagrammate apposito Meridianus integer PMRP, Æquator A Z O, cujus Polus F, Horizon M Z R, cujus Polus P, distantia Solis à Meridiano A H. Quocirca in Triangulo P A H dantur duo latera (1.) A H gr. 30. distantia Solis à Merid. (2.) A P grad. 51 32′. elevatio Poli loci, (3.) P A H angulus rectus gr. 90. ergò etiam dabitur latus P H, ejusq; complementum, L H, quod quæsitam Solis altitudinem nobis indicat.

Demonstratio supputationis Altitudinum Solis ad quamlibet horam & Poli elevationem.



Ex Trigonometriâ nostrâ operatio sic perficietur.


Radius 90.		10. 000000.
A H gr. 30. *distant.* ☉ *à Merid.*	*cs.*	9. 937530.
A P gr. 51 32′. *Elevatio Poli*	*cs.*	9. 793832.
H P gr. 57.24′ 13″.	*cs.*	9. 731362.

Cujus Complementum L H grad. 32 35′ 47″. est altitudo Solis ad idem tempus.

2. *Quando Sol constituitur in Signis Zodiaci Septentrionalibus*, ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍.

Sit in adjuncto Schemate, Meridianus G L Z G, Æquator A E C, Polus F, Horizon L E R, cujus Polus G, sitq; B H D parallelus circulus Declinationis Solis, F O meridianus Solis, B H distantia Solis à meridiano loci, O H Declinatio Solis borea, & F G Complementum elevationis Poli.

Sit quærenda Altitudo Solis in grad. 0 ♊, ad horas 2. pomerid. sub Poli altitudine grad. 51 32′. quo tempore datur Declinatio Solis grad. 20. 13′. 22″. & ejus distantia à meridiano grad. 30. In triangulo igitur F G H habentur F G grad. 38. 28′. Complementum Elevationis Poli LONDINI, F H grad. 69. 46′ 38″. Complementum Declinat. Solis, & angulus G F H grad. 30. distantia Solis à Meridiano.



Ex hisce διδομένοις datur H G grad. 59. 5′ 22″. Cujus complementum N H grad. 50. 54′. 38″. est altitudo Solis.

(1.)

Radius grad. 90.		10.
F G grad. 38 28′.	s.	9. 900086.
G F H grad. 30.	cs.	9. 937530.
F K grad. 34 31 47″.	s.	9. 837616.
Ex H F gr. 69 46′ 38″.		
Aufer F K gr. 34 31 47.		
Restat K H gr. 35 14 51.		


(2)

F K grad. 34 31′ 47″.	cs.	9. 915838.
F G grad. 38 28.	cs.	9. 893745.
K H grad. 35 14 51.	cs.	9. 912045.
		19. 805790.
G H grad. 39 5 22.	cs.	9. 889952.

Cujus Complementum N H gr. 50 54′ 38″. est altitudo Solis supra Horizontem.

3. *Quando Sol occupat Signa Zodiaci meridionalia,* ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓.

Quæratur altitudo Solis ad horas 2. P M. Sole existente in loco priori opposito, viz. gr. 0. Sagittarii.



In Trigono hujus Diagrammatis dato F G H, διδόμενα sunt,

F G gr. 38 28′. Complementum Elevationis Poli *Londinensis.*

F H gr. 110. 13′ 22″. Excessus Declinationis Solis supra Quadrantem.

G F H gr. 30 0′. distantia Solis à Meridiano.

Ergò latus G H datur gr. 76 24′ 54″, cujus complementum H N gr. 13. 35′ 6″. est Altitudo Solis supra Horizontem.

Problema II.

Datâ Altitudine Solis, cum ejus Declinatione & Distantiâ à Meridiano, datur Azimuthus Solis.

Modus inveniendi Azimuthum Solis.

A *Zimuthus Solis* à Meridie Arcus est Horizontis interceptus inter Meridiem & verticalem lineam Solem prætereuntem, intellectam in prioribus Diagrammatibus per angulum L G N, quo cognito, quæstio sit Azimuth Solis invenire in gr. 0 ♊, cum à Meridie 2. horas distat. Quocirca in Triangulo G F H prioris Schematis, dantur latera G H gr. 39. 5′ 22″, F H gr. 69. 46′ 38″, cum angulo G F H gr. 30 0. Ergò datur angulus F G H gr. 48 4′ 54″, cujus complementum H G A gr. 41 55′ 6″, est Azimuthus Solis à meridie.

Operatio Trigonometrica.

Complementum Altitudinis Solis G H gr. 39 5′ 22. A C.	s.	0. .200293.
Distantia Solis à Meridie, H F G gr. 30 0.	s.	9. 698970.
Complementum Declinat. Solis, F H gr. 69 46′ 38″.	s.	9. 972367.
	s.	9. 871630.
Angulus F G H gr. 48 4′ 54″.		

Complementum verò B G H, gr. 41 55′ 6″, est Azimuthus Solis à Meridie.

Probl.

Problema 12.

Dato Angulo horario, unà cum Poli loci Elevatione, datur Angulus Circuli horarii cum Horizonte.

IN Diagrammate adjuncto, sit S A M S Horizon, K S M Meridianus, P Polus Mundi; repræsententur etiam Circuli horarii cum figuris Arithmeticis, 1, 2, 3, 4, 5, 6. Et deniq; sint S 1 P, S 2 P, S 3 P, S 4 P, S 5 P, S 6 P, anguli circulorum horariorum cum Horizonte. Ratio indagandi angulum Circuli horarii cum Horizonte.

Porrò Angulus circuli horarii cum Horizonte sic invenitur.

In triangulo P S H ad S Rectangulo, dantur Angulus S P H gr. 30 0′, & latus P S latitudo loci gr. 51 32′. Ergò *per Problema* 11. *Triang. Sphæric. Rectang.* datus erit angulus circuli horarii cum Horizonte, hoc pacto.

Per Probl. 11	*Radius gr.* 90.		10. 000000.
Triang. Sphæricorum Rec.	*Angulus Horarius S P H, hor.* 2. *vel gr.* 30.	S.	9. 698970.
	Elevatio Poli P S gr. 51 32′.	ct.	9. 793832.
	Angulus horarius S H P, gr. 71 52′ 43″.	ct.	9. 491802.

Cui æqualis est A B C, vel C A.

Problema 13.

Dato Angulo horario, unà cum Elevatione Poli, Arcum inter Solem & Horizontem indagare.

IN Triangulo Sphærico Rectangulo S P H, ex datis P S gr. 51 32′, & angulo S P H gr. 30 0′, dabitur (per Probl. 10. Triang. Sphæric. Rectang.) P H gr. 55 28′ 13″. De Arcu inter Solem & Horizontem.

Illustratio Arithmetica.

Radius gr. 90.		10. 000000.
Latitudo loci P S gr. 51 32′.	ct.	9. 900086.
Angulus Horarius S P H gr. 30 0′.	cs.	9. 937530.
Arcus P H gr. 55 28′ 13″.	ct.	9. 837616.

Ergò Complementum H B erit gr. 34 31′ 47″. cui æqualis est arcus B D. Arcus verò B D auctus arcu declinat. Solis in Signis borealibus, vel diminutus arcu declinat. Solis in Signis australibus, erit arcus quæsitus (qualis B c gr. 54 45′ 9″.) pro horis citra Sextam. Sed pro horis ultra Sextam, arcus declinationis Solis multatus, arcu horarii circuli inter Horizontem & Æquatorem comprehenso, est arcus quæsitus. Ut inter hora 5. L O multatus arcu L 5. est 5 O arcus postulatus.

Problema 14.

Dato itidem Angulo horario, unà cum Poli Elevatione, Amplitudines Circulorum horariorum invenire.

UT Radius, ad Tangentem circuli horarii; ita Sinus latitudinis, ad tangentem Amplitudinis. Per Prob. 4. Triang. Sphæric. Rect. De Circulorum Horariorum Amplitudinibus.

Illustratio Arithmetica.

Radius 90.		10. 000000.
Angulus horarius S P H gr. 30 0′.	t.	9. 761439.
Latitudo loci S P gr. 51 32′.	s.	9. 893745.
Amplitudo circuli horarii S H gr. 24. 19′ 31″.	t.	9. 655184.

Hic autem notandum eſt, quòd Angulus ad horam 6. ſemper eſt æqualis latitudini loci, & arcus S 6, & 6 P ſemper ſunt quadrantes.



Tabula Angulorum & Arcuum pro Latitudine Londini gr. 51 32′.

	Hor. 1.			2.			3.			4.			5.		
	gr.	′	″	gr.	′	″	gr.	′	″	gr.	′	″	gr.	′	′
Anguli horar. Circulor. cum Horiz.	80	44	6	71	52	43	63	54	17	57	24	13	53	4	6
Arcus Circulorum horariorum.	37	30	12	34	31	47	29	19	36	21	39	54	11	37	11
Amplitudines Circul. horariorum.	11	50	55	24	19	31	38	3	36	53	35	46	71	6	28

Tabula

Tabula Angulorum & Arcuum pro latitudine Luffenhamiæ *gr.* 52 40′.

Horæ.	1.			2.			3.			4.			5.		
	gr.	′	″	gr.	′	″	gr.	′	″	gr.	′	″	gr.	′	″
Anguli horar. Circulor. cum Horiz.	80	58	10	72	20	55	64	36	25	58	19	5	54	8	29
Arcus Circulorum horariorum.	36	22	48	33	26	46	28	20	20	20	52	29	11	10	1
Amplitudines Circul. horariorum.	12	1	37	24	39	29	38	29	20	54	0	57	71	22	36

Methodus supputandi ad singulas horas Altitudinem Solis supra Horizontem ad datam alicujus Poli loci altitudinem, à Doctissimo Theologo & Mathematico Joanne Palmero *Ecclesiæ* Ectonensis *in agro* Northamptoniensi *Rectore, nuper inventa, quam ex Miscellaneis, sive Lucubrationibus Mathematicis* SAMUELIS FOSTERI *à* Johanne Twysden *D. M. editis excerpsimus.*

Problema 15.

Dato Circuli horarii angulo cum Horizonte, ejusdemq; Circuli arcu inter Solem & Horizontem comprehenso, altitudinem Solis ad quamlibet Declinationem & latitudinem, invenire.

UT Radius ad Sinum anguli inter horarium circulum & Horizontem comprehensi; ita Sinus arcûs inter Solem & Horizontem comprehensi, ad Sinum altitudinis. (Ratio facillima supputandi altitudinem ☉ horariam, ad aliquem terræ locum.)

Quæratur Altitudo *Solis* supra Horizontem, quando habet Declinationem Septentrionalem (in gr. 0 ♊.) gr. 20 13′ 22″, ad horam 2. pomeridianam.

Illustratio per numeros.

Ut Radius BC gr. 90.	10. 000000.
Ad Sinum A sive CA gr. 71 52′ 43″.	9. 977906.
Ita Sinus Bc gr. 54 45′ 9″.	9. 912045.
Ad Sinum altitudinis ☉, *ca gr.* 50 54′ 37″.	9. 889951.

Problema 16.

Datâ Altitudine & Declinatione Solis, unà cum ejus Distantiâ à Meridiano, Azimuthum Solis perquirere.

OPeratio est planè eadem cum eâ in undecimo Problemate traditâ, nam in hoc Diagrammate repræsentet Z Zenith loci, c Solem, Zc Complementum altitudinis Solis, Pc Distantiam Solis à Polo, & cPZ Angulum horarium distantiæ Solis à Meridiano; itaq; in triangulo PcZ, dico, (Pro Azimutho Solis.)

Ut

Ut Sinus Z c gr. 39 5′ 23″, ad Sinum anguli Z P c gr. 30. Ita Sinus P c gr. 69 46′ 38″. ad Sinum anguli P Z c gr. 48 4′ 53″. cujus Complementum a Z M gr. 41 55′ 7″. est Azimuthus Solis à Meridie, ut ante inventus in Probl. 11.

Problema 17.

Datâ altitudine Solis per quodvis Instrumentum unà cum Declinatione Solis, & Poli loci altitudine, Horam Diei investigare.

Modus inveniendi Horam Diei, sub qualibet Poli Elevatione.

ASSumamus hic Schema antecedens à *Johanne Palmero Ellonensi* excogitatum, in quo sit P Polus Mundi, Z Zenith loci, c locus Solis, ut ante diximus. Sintq; in Triangulo P Z c hæc cognita.

1. Z c Complementum Altitudinis Solis gr. 39 5′ 23″.
2. Z P Complementum latitudinis loci gr. 38 28.
3. P c Complementum Declinat. Solis gr. 69 46 38.

Ergò per *Penult. Triang. Sphæric. Obliquang.* datur Angulus Z P c gr. 30. qui arcus in horas conversus, juxta ea quæ in libro 5. traduntur, ostendit tempus Meridie, hor. 2 0′.

Illustratio Arithmetica.

Ut Tangens semissis Summæ Basium P c gr. 34 53′ 19″.	9. 843429.
Ad Tangentem semissis Summæ Z P et. Z c gr. 38 36′ 41″.	9. 904926.
Ita Tangens semiss. differentiæ Z P & Z c gr. 0 18 41.	7. 735184.
	17. 640110.
Ad Tangentem differentiæ C c & C P gr. 0 21′. 32″.	7. 796681.

Semissis P c gr. 34 53′ 19″. } Segmentum majus c C gr. 35 14′ 51″.
Differentia Bas. gr. 0 21 32. } Segmentum minus C P gr. 34 31 47.

Tum in Triangulo Sphærico Rectangulo Z C P aio,

Ut Tangens P Z gr. 38 28′	9. 900986.
Ad Radium gr. 90.	10. 000000.
Ita Tangens P C gr. 34 31′ 47″.	9. 837617.
Ad Cosinum anguli C P Z gr. 30 0′.	9. 937531.

Problema 18.

Dato Solis Azimutho, cum ejus Altitudine & Declinatione Horam Diei invenire.

RATIO ALIA. Pro Horæ diei indagatione.

UT Cosinus declinationis Solis, ad Cosinum Azimuthi ☉, Ita Cosinus Altitudinis, ad Sinum arcûs horarii.

Illustratio.

Ut Sinus Complementi Declinat. Solis P c gr. 69 46′ 38″.	9. 972367.
Ad Sinum Complementi Azimuthi ☉ gr. 48 4′ 53″.	9. 871627.
Ita Sinus Compl. Altitudinis Solis gr. 39 5′ 23″.	9. 799710.
	19. 671337.
Ad Sinum Anguli horarii Z P C gr. 30 0′, ut anteà.	9. 698970.

Probl

Problema 19.

Datâ Ascensione Solis Rectâ, unà cum Ascensione Rectâ cujuscunq; Stellæ per Meridianum transeuntis, tempus noctis reperire.

Perficitur hoc Problema absq; triangulorum ope; Subtractâ enim Ascensione Rectâ Solis ab Ascensione Rectâ Stellæ, relinquitur arcus horarius inter Solem & Stellam interceptus, qui in tempus conversus, ostendit horas & minuta quæsita.

Quomodo tempus noctis inveniatur per Stellas Meridianum transeuntes.

Exempli gratiâ. Quæratur tempus noctis è transitu *Aldebaran* per Meridianum ad diem 1. *Decembris*, anno Christi 1661. & tunc *Sol* in *Ephemeride nostrâ* hujus anni est in gr. 20 1′ 59″ ♐, ergò per *Probl.* 2. *Cap.* 1. hujus, vel ex tabula Ascensionum Rectarum, inventa est Ascensio Recta Solis gr. 259 9′, & quia *Aldebaran* hæret in gr. 5 3′. ♊, cum latitudine gr. 5 31. A. Ascensio ejus Recta constat ex tabula Ascensionum Rectarum gr. 64 9′, subtractâ igitur illâ ab hâc (priùs addito completo circulo gr. 360.) relinquitur arcus inter Solem & Stellam interceptus gr. 165 0′, qui ostendit hor. 11 0′. p… tempore noctis vero.

Exemplum.

Problema 20.

Datâ Altitudine Stellæ observatâ, unà cum Ascensione ejus Rectâ, & Declinatione, ac insuper Ascensione Rectâ Solis, tempus Noctis depromere.


Anno Christi 1628. *Januarii* die 10. vesperi, *Johannes Bainbridgius* observavit *Oxonii* Eclipsin Lunæ totalem, & ad exactè inquirendum tempus totalis emersionis, cœpit per Quadratum Geometricum, altitudinem Cordis ♌, in plagâ orientali gr. 40 16′. Quo tempore erat Sol in gr. 0 30′. 33″ ♒.

Quomodo hora Noctis reperiatur per Altitudinem Stellæ observatam.

Datur ad hoc tempus per Probl. 2. Cap. 1. hujus, Ascensio Recta Solis gr. 302 43′ 40″. Longitudo Cordis ♌ in gr. 24 39′ 26″ ♌, Latitudo gr. 0. 26′ 30″. Borea, quare etiam invenitur Declinatio ejus gr. 13 46′, & Ascensio Recta gr. 147 7′.

In adscripto Schemate sit R F P M Meridianus, R Z M Horizon, O Z A Ecliptica, H locus Stellæ F Mundi polus, P Zenith. Quocirca in Triangulo P F H dantur omnia latera, (1.) P F Complementum latitudinis *Oxonii* gr. 38 14′. (2) F H Complementum Declinat. Stellæ gr. 76 14′. (3.) P H Complementum altitudinis gr. 49 44′. Hinc per *Probl.* 11. *Triang. Sphæric. Obliquang.* dabitur angulus H F P gr. 40 4′ 12″.

Exemplum.



Ablato autem hoc angulo ab Ascensione Recta Cordis ♌ gr. 147 7′, relinquitur A. R. Medii Cœli gr. 106. 57′ 48″. ex quibus si auferatur Ascensio Solis Recta (toto circulo priùs addito) gr. 302 43′ 40″, remanet

remanet arcus inter medium Cœli & Solem gr. 164 14′ 8″, qui in horas & minuta conversus, dat tempus à meridie, hor. 10 56′ 57″.


Problema 21.

Dato tempore Diei & Elevatione Poli, Cuspides 12. Domiciliorum Cœlestium in Ecliptica, juxta modum rationalem Jo. Regiomontani *reperire.*

De Erectione Thematum Cœli juxta modum rationalem.

QUamvis veteres Astrologi (viz. *Julius Firmicus, Campanus & Gazulus, Porphirius, Avenesra & Regiomontanus*) quinque easq; diversas methodos Cœlestis Figuræ erigendæ commenti sunt, nihilominus nunc temporis doctrina *Regiomontani* veluti rationalior & observationi convenientior imbibitur, quapropter (cæteris omissis) huic demonstrationem nostram applicabimus, ubi Æquator in 12. æquales partes dividitur, per sex magnos circulos per mutuas sectiones Meridiei & Horizontis ductos, cujus intervallum in Æquatore 30. gradus esse computatur, in quibus duo præcipui & principales sunt *Meridies* & *Horizon*, per quos Cœlum in 4. Quadrantalia divisum est, quorum unusquisque rursus dividitur in tres partes æquales, quæ Zodiacum in partes inæquales secant, velut sequenti Figurâ evincitur.

In Diagrammate apposito sit Meridianus N Z S, linea W Z E orientalis & occidentalis Azimuth, quæ Meridianum intersecet ad angulos rectos in puncto Zenith Z. Quinetiam esto Horizon loci N W S E, dimidium Æquatoris supra terram W D E, pars altera infra eam W N E. Præterea arcus 7. ♈ 1. repræsentat dimidium Eclipticæ supra Horizontem, 7 ♎ 1. dimidium illud infra eum, sitq; intersectio Meridiani & Horizontis borea N, Sectio autem Austrina S, & ab hisce punctis transeunt arci, vel circuli Positionum per Æquatorem, perstringentes eum in 12. æquales partes, quarum unusquisque complectitur gradus 30. & ubi Eclipticam intersecant, Domiciliorum cuspides signentur.



Ascensiones Domiciliorum.

Hoc præmisso, proximo loco, priusquam Figuram erigamus, demonstrare oportet uniuscujusq; domi ascensionem reperire. Primùm itaq; Rectam Solis Ascensionem inveniendam esse per *Probl.* 2. cui tempus pomeridianum addito in gradus & minuta reductum, & summa est Recta Ascensio Medii Cœli, seu decimæ domûs, ad quam si addantur gradus 30. Ascensionem undecimæ domi dat. Rursus Ascensioni 11. domûs adde grad. 30. & Ascensio duodecimæ domi invenitur, & sic per continuam additionem 30. graduum, Ascensiones singularum celerrimè habeantur. Denuò ad investigationem angulorum, quos circuli Positionum faciunt cum Æquatore ad F & B, observandum ibi est, quod in Triangulo E O F, angulus ad E datur, & Latus E F, à quibus angulus ad F inveniatur. Eodem modo in Orthogonio E X B, angulus ad E, & latus E B habentur, ad inveniendum angulum ad B.

Supponamus erigendam esse Figuram Cœlestem die 25 *Junii* ad hor. 6. tempore

tempore matutino, in Horizonte *LONDINI*, quo momento verus locus Solis est grad. 13. 26. 10. Cancri, & ejus recta Ascensio grad. 104 36′ 14″. cui si addatur tempus pomeridianum in gradibus æquatoris conversum grad. 270. 0′. proveniet Ascensio recta Medii Cœli gr. 14. 36′ 14″. (circulo 360°. rejecto) hinc dantur Ascensiones obliquæ cæterorum domiciliorum in hunc modum.

Do.	Ascensiones.		Dom.	Ascensiones.
8	314° 36′ 14″.	♈A Compl. 45° 23′ 46″.	2	134° 36′ 14″.
9	344 36 14.	♈C Compl. 15 23 46.	3	164 36 14.
10	14 36 14.	♈D	4	194 36 14.
11	44 36 14.	♈B	5	224 36 14.
12	74 36 14.	♈F	6	254 36 14.
Asc.	104 36 14.	♈C	7	284 36 14.

Priusquam erigamus Figuram, angulos acquirere oportet, quem Circuli Positionum 12. & 11. domiciliorum cum Æquatore faciunt, quarum ille angulo E F O hic verò E B X repræsentatur, quibus æquales sunt anguli W A α & W C π. (De Circulis Positionum, & eorum angulis cum Æquatore investigandis.)

In Orthogonio itaque E O F datur angulus O E F grad. 51 32′. elevatio Poli loci, cum latere E F grad. 30. ergò habetur E F O gr. 42 31′ 59″. cui æqualis est angulus E P O & W A α.

Eodem modo in Trigono E B X habetur angulus X E B grad. 51 32′. cum latere E B gr. 60. hinc datur angulus E B X grad. 57 48′ 58″ (qui angulo W C π æqualis est) cujus complementum ♈ B H est gr. 122 11′ 2″. Hisce ita inventis praxis reliqua erit pro inquisitione cuspidum domiciliorum.

1. Pro cuspide octavæ domus.

In triangulo ♈ A 8. habentur ♈ A gr. 45 23′ 46″, ♈ A 8. gr. 42 31′ 59″. A ♈ 8. gr. 23 31′ 30″. ergò datur ♈ 8 gr. 33 25′ 13″. per operationem sequent. (Inquisitio Cuspidum Domiciliorum.)

(Per Probl. 9 Triang. Sphæric. Obliquang.)

1.	*Semissis Summæ angul.* ad ♈ & A	gr. 33 1′ 44″.	s.	Ar.co. 0. 263554.
	Semissis differentiæ	gr. 9 30 14.	s.	9. 217785.
	Semissis lateris comprehensi ♈ A	gr. 22 41 53.	t.	9. 621456.
	Semis. differ. reliquorum laterum	gr. 7 13 16.	t.	9. 102795
2.	*Semissis Summæ angulorum*	gr. 33 1′ 44″.	cs.	0. 076551.
	Semissis differentiæ	gr. 9 30 14.	cs.	9. 993997.
	Semissis lateris comprehensi	gr. 22 41 53.	t.	9. 621456.
	Semissis Summæ laterum	gr. 26 11 57.	t.	9. 692004.

gr. 26 11′ 57″. Semissis Summæ lat. } à Circulo gr. 360 0′ 0″.
gr. 7 13 16. Semis. differentiæ lat. } aufer. gr. 33 25 13.
gr. 33 25 13. Latus ♈ 8. } Restat. 326 34 47.

Ergò Cuspis Octavæ domus cadit in grad. 26 34′ 47″. ♒.

2. Pro cuspide nonæ domus.

Eodem prorsus modo Cuspidem nonæ domus acquirimus; nam in Triangulo ♈ C 9. quærendum est latus ♈ 9.

Δεδομένα sunt { ♈ C 15° 23′ 46″. *Complementum Ascens. obliquæ 9. domus.*
♈ C 9 57 48 58. *Angulus circuli Positionis cum æquatore.*
9 ♈ C 23 31 30. *Obliquatio Eclipticæ.* }

Ergò datur ♈ 9. grad. 13 9′ 49″. quod si subducatur à Circulo gr. 360. relinquit cuspidem nonæ domûs in gr. 16 50′ 11″ ♓.

3. *Pro cuspide decimæ domus.*

In Triangulo ♈ D 10. cogniti sunt anguli 10. ♈ D grad. 23 31′ 30″. ♈ D 10. gr. 90. unà cum latere incluso D ♈ gr. 14 36′ 14″. ergò innotescet latus ♈ 10. grad. 15 51′ 49″.

Illustratio Trigonometrica.

Δεδομένα sunt	*Radius gr.* 90.		10.
	D ♈ *gr.* 14 36′ 14″.	*Ascensio Recta* 10. *domus.*	ct. 10. 584103.
	10. ♈ *D gr.* 23 31 30.	*Obliquit. Ecliptica maxima*	ct. 9. 962315
	♈ 10. *gr.* 15 51 49.	*Elongat. cuspid.* 10. *dom. à* 0 ♈	ct. 10. 546418.

4. *Pro cuspide undecimæ domus.*

In Triangulo ♈ B 11 pro latere ♈ 11.

Δεδομένα sunt:
- ♈ *B* 11 *gr.* 122 11 2. *angulus quem facit Circulus positionis cum æquatore*
- *B* ♈ 11 *gr.* 23 31 30. *obliquatio Ecliptica maxima.*
- ♈ *B gr.* 44 36 14. *ascensio obliqua* 11. *domus.*

Ergò habetur latus ♈ 11. grad. 60 14′ 2″, quod ostendit cuspidem undecimæ domûs quæsitam in gr. 0 14′ 2″. ♊.

5. *Pro cuspide duodecimæ domus.*

Nec dissimili inductione Cuspidem duodecimæ domus reperitur, nam in Triangulo obliquangulo ♈ F O quoniam

Δεδομένα sunt:
- *A F* 12. *gr.* 137 28′ 1″. *Angulus circuli Positionis cum æquatore.*
- *F* ♈ 12. *gr.* 23 31 30. *Obliquitas Ecliptica maxima.*
- ♈ *F gr.* 74 36 14. *Distantia in æquatore ab æquinoctio.*

Ergò datur latus ♈ 12. quæsitum gr. 101 14′ 36″. Quapropter Cuspis duodecimæ domus incidit in grad. 11 14′ 36″. dodecatemorii ♋.

Denique pro cuspide Ascendentis.

In Triangulo ♈ E 1. habentur anguli ♈ E 1. grad. 141. 32′. excessus latitudinis loci supra Quadrantem, E ♈ 1. gr. 23 31′ 30″. Obliquitas Eclipticæ cum latere ♈ E gr. 104. 36′ 14″. Ergò datur ♈ 1 grad. 127 9′ 53″. quod est elongatio primæ domus à vero verno Æquinoctio, ideoq; cuspis Ascendentis, seu primæ domus erit in gr 7 9′ 53″. ♌.

Jam si oppositæ domus ex oppositis constituantur signis, singulæ domus sic se habent.

	Sig.	gr.	′	″.
Octava	♒	26	34	47.
Nona	♓	16	50	11.
Decima	♈	15	51	49.
Undecima	♊	0	14	2.
Duodecima	♋	11	14	36.
Prima	♌	7	9	53.

Ex quibus reliquæ domus his oppositæ ita se habent.

	Sig.	gr.	′	″.
Secunda	♌	26	34	47.
Tertia	♍	16	50	11.
Quarta	♎	15	51	49.
Quinta	♐	0	14	2.
Sexta	♑	11	14	36.
Septima	♒	7	9	53.

Figura

Figura Cœli juxta modum Regiomontani *Rationalem.*



Caput Secundum.

IN Capite præcedenti de præcipuis Problematibus Solem respicientibus breviter disserui, quæ frequentiora ac usitatiora sunt praxi Matheseos; hæc autem subsequentia rariora sunt, immò & jucundiora prioribus, (ut ita dicam) conveniuntq; tàm *Lunæ*, *Planetis*, *Cometis*, *fixisq; Stellis*, quæ latitudinem habent ab Eclipticâ, quàm Soli, qui in eâ verti videtur; insertaq; sunt illorum gratiâ, qui studiosiùs Observationes Cœlestium Corporum Instrumento facere desiderant, ut hâc operâ, loca eorum vera in Cœlis secundum Longitudinem & Latitudinem inveniant, quæ cum necessariis aliquibus Propositionibus hic inseram.

Problema I.

Datâ Longitudine & Latitudine alicujus Stellæ aut Planetæ, unà cum Obliquitate Eclipticæ maximâ, ejusdem Declinationem & Ascensionem Rectam venari.

UT autem hæc Doctrina per vestigandi Stellarum Declinationem & Ascensionem Rectam à Longitudine & Latitudine datâ, & Longitudinem ac Latitudinem è Declinatione & Ascensione Rectâ, *Astrophilo* fiat jucundior, placet huic Problemati apponere Exemplum, ex quo ille ad hosce labores faciliùs progrediatur.

Modus investigandi Declinationem & Ascensionem rectam alicujus Stellæ, aut Planetæ.

In adjuncto Diagrammate repræsentet ☉ locum Stellæ cujus Longitudo data sit arcus A Z, Latitudo Z O, Declinatio M O, & Ascensio recta A M.

Sit eruenda Declinatio mediæ & lucidæ Pleiadum, cum Ascensione ejus rectâ ad annum Christi 1665. *Jan.* 1. quo tempore Longitudo ejusdem Stellæ data est gr. 25 17′ 33″. ♉.

Latitudo verò grad. 4. 0′. borea. Quibus præsuppositis facilè possint investigari ejusdem Declinatio & Ascensio Recta, hoc pacto.

1.	*D L* 23° 31′ 30″. *Obliquitas Eclipticæ.*	cs.	10. 361180.
	Radius gr. 90.		10.
	DLO gr. 34 42′ 27″. *Compl. Longit. Stellæ ad gr.* 90:	cs.	9. 914908.
	L Q gr. 19 41 27.	s.	9. 553728

Ex LO gr. 86 0′. aufero L Q gr. 19 41′ 27″. & relinquit Q O gr. 66 18′ 33″.

2.	*L Q gr.* 19 41′ 27″. *arcus antè inventus.*	cs.	9. 973831.
	L D gr. 23 31 30. *Eclipticæ obliquatio.*	cs.	9. 962315.
	Q O gr. 66 18 33. *arcus alter nuper inventus:*	cs.	9. 604012.
			19. 566327.
	D O gr. 66 57 55. *Complementum Declinationis Stellæ*	cs.	9. 592496.

Ergò datur M O gr. 23 2′ 5″. Declinatio quæsita.

2. *Pro Ascensione Rectâ.*

In eodem Triangulo L D O, omnia tria latera sunt cognita, 1. D L gr. 23 31′ 30″.

2. D O gr. 66 57′ 55″. Complementum Declinationis Stellæ.

3. L O gr. 86 0. Complementum latitudinis; Ergò etiam datur angulus L D O. gr. 141 53′ 18″.

Operatio.

Summa 3. laterum.	gr. 176 29′ 25″.		
Semissis Summæ	88 14 42.	s. 9. 999796.	18. 592778.
Dif. 1: *Basis L O & ½ Summæ*	2 14 42.	s. 8. 592982.	
Dif. 2. *lateris D O & ½ Sum.*	21 16 47.	s. 9. 559813.	19. 516093.
Dif. 3. *lateris D L & ½ Sum.*	64 43 12.	s. 9. 956280.	
		Logarith. Radii duplicatus	20.
		Sum.	39. 516093.
			18. 592778.
gr. ′ ″.		*Differentia.*	20. 923315.
70 56 39. *dat arcus.*		*Semissis differentiæ.*	10. 461657.

Hujus arcûs duplum gr. 141. 53′ 18″. est angulus quæsitus L D O, in æquatore verò à Solstitio hiberno numeratus, qui repræsentatur per arcum R M, subducto itaque Quadrante gr. 90 à dicto arcu, relinquitur gr. 51 53′ 18″. Ascensio Recta & *lucida Pleiadum* quæsita.

Probl.

Problema 2.

Datâ Declinatione & Ascensione Rectâ, Longitudinem & Latitudinem reperire.

HOc Problema est prioris conversio, ut infra apparebit, nam in Triangulo dato Diagrammatis oblati, dantur latera D O gr. 66 57′ 55″. Complementum Declinationis Stellæ D L gr. 23 31′ 30″. Obliquitas Eclipticæ, cum angulo comprehenso O D L gr. 141 53′ 18″. hinc datur L O grad. 86 0′. Complementum latitudinis, & D L O gr. 34 42′ 25″. cujus complementum ad Quadrantem gr. 55 17′ 35″. est Longitudo à o gr. ♈. Pro longitudine & latitudine Stellæ.

Radius gr. 90.		10.	
D L gr. 23 31′ 30″.	t.	9. 638820.	
L D O gr. 141 53 18.	cs.	9. 895870.	
Segm. 1. 18 54 27.	t.	9. 534690.	à gr. 66 57′ 55″.
			adde 18 54 27.
Segment. 1. gr. 18 54′ 27″. ar.	c.	0. 024090.	Sum. 85 52 22.
D L gr. 23 31′. 30″.	cs.	9. 962315.	
Sum. gr. 85 52 22.	cs.	8. 857160	
L O gr. 86 0 0.	cs.	8. 843565	

Ergò datur Latitudo Stellæ grad. 4. 0′.

2. *Pro Longitudine.*


L O grad. 86 0′. *Complementum latitudinis*	ar. co. s.	0. 001059.
L D O gr. 141 53′ 18″. *Ascens. Recta à Solstitio biberno.*	s.	9. 790423.
D O gr. 66 57. 55. *Compl. Declinationis.*	s.	9. 963915.
D L O gr. 34 42 24. *Compl. Longit. ad Quadrantem.*	s.	9. 755397.

Compl. A Z gr. 55 17 36. est Longitudo Stellæ à o ♈, ergò locus mediæ & lucidæ Pleiadum cadit in gr. 25 17′ 36″ ♉, ut priùs ex *Tabulis nostris* computatur.

Problema 3.

Datâ Longitudine & Declinatione Stellæ, Latitudinem & Ascensionem ejus Rectam acquirere.

1. *Pro Latitudine.*



IN eodem Diagrammate hic retento datur L B E X. Colurus Solstitiorum, R A ♈ Æquator, B A X arcus Eclipticæ, D & C Poli æquatoris, L & E Poli Eclipticæ, O locus Stellæ A Z ejus Longitudo, Z O Latitudo, & O M Declinatio. Pro latitudine & Ascensione Rectâ.

In Triangulo D L O dantur, D L gr. 23 31′ 30″. ob iquitas Eclipticæ.

D O gr. 66 57′ 55″. Complementum Declinationis lucidæ Pleiadum.

D L O gr. 34 42′ 24″. Complementum Longitudinis Stellæ ad Quadrantem.

Ergò habetur O L gr. 86 0′. Complementum latitudinis.

Illustratio

Illustratio per numeros.

1.				2.		
Radius gr. 90.		10.		*DL gr.* 23 31′ 30″.	*cs. ar. co.*	0. 03769.
D L gr. 23 31′ 30″.	*s.*	9. 63882.		*L* ♋ *gr.* 19 41 27.	*cs.*	9. 97383.
D L O gr. 34 42 24.	*cs.*	9. 91498.		*D O gr.* 66 57 55.	*cs.*	9. 59249.
L ♋ *gr.* 19 41 27.	*s.*	9. 55373.		♋ *O gr.* 66 18 33.	*cs.*	9. 60401.

Segmentum. { 1. gr. 19 41′ 27″.
2. gr. 66 18 33.

Ergò datur L O gr. 86 0 0. Complementum Latitudinis.

2. *Pro Ascensione Rectâ.*

Ad inveniendam Ascensionem Rectam, hæc sunt data.
1. O L gr. 86 0′ Complementum Latitudinis.
2. L D gr. 23 31′ 30″. Eclipticæ obliquitas.
3. DLO gr. 34 42 24. Complementum Longitudinis ad Quadrantem.
Ergò datur Angulus L D O gr. 141 53′ 18″. à quo subducatur gr. 90. & relinquit Ascensionem Rectam gr. 51 53′ 18″.
Operatio verò hic non ponitur, cum planè eadem sit eâ in Problemate primo hujus Cap. traditâ.

Problema 4.

Datam Ascensionem Rectam & Longitudinem, in Latitudinem & Declinationem convertere.

Pro latitudine & Declinatione.

IN eodem Triangulo L D O dantur Anguli L D O gr. 141 53′ 18″. Ascensio recta à Solstitio hiberno numerata, D L O gr. 34 42′ 24″. Compl. longitudinis ad Quadrantem, cum latere D L gr. 23 31′ 30″. Obliquit. Eclipticæ maxima.

1. *Pro Complemento Latitudinis L O.*

Semissis Summæ angulor. ad L & D.	gr. 88 17′ 51″.	ar. co. s.	0. 00019.	ar. co.	cs.	1. 52710.
Semissis differentia	gr. 53 35 27. ...	s.	9. 90568.	....	cs.	9. 77345.
Semis. lateris inclusi L D	gr. 11 45 45.	t.	9. 31854.	....	t.	9. 31854.
Semis. differ. reliquorum lat.	gr. 9 31 2.	t.	9. 22441.	gr. 76 29 0.	t.	10. 61909.
Semis. Summæ laterum ad.	76 29 0.			Semissis Summæ laterum.		

Latus L O 86 0 2. quod est complementum Latitudinis.

2. *Pro Complemento Declinat. D O.*

L D O	*gr.*	141 53′ 18″.	*Ascensio recta à Solstitio hiberno ar. co.*	*s.*	0. 209577.
L O	*gr.*	86 0.	*Complementum Latit. Stellæ.*	*s.*	9. 998941.
D L O	*gr.*	34 42 24	*Compl. longitudinis ad Quadrantem.*	*s:*	9. 755398.
D O	*gr.*	66 57 56.	*Complementum Declinat. Stellæ.*	*s.*	9. 963916.

Probl.

Problema 5.

Datâ Latitudine & Declinatione, Longitudinem & Ascensionem rectam reperire.

HOc Problema est conversio prioris, nam in Triangulo D L O dantur Latus L O grad. 86 0′. Complementum Latitudinis Stellæ. — Pro longitudine & Ascensione Rectâ.

O D gr. 66 57′ 56″. Complementum Declinationis.

D L gr. 23 31 30. Obliquatio Eclipticæ.

Ergò dantur { D L O gr. 34 42′ 24″. Compl. longitudinis ad Quadrantem.
L D O gr. 141 53 18. Rect. Ascensio à Solstitio hiberno.


Operatio erit eadem cum eâ in Problemate 1.

Problema 6.

Datâ altitudine meridianâ & Distantiâ Planetæ, vel ignoti sideris novi ab aliquâ fixarum, ignoti Longitudinem & Latitudinem perscrutari.

HUnc modum indagandi longitudinem & latitudinem Stellæ excogitavit nobilis ille *Tycho*, eumq; passim proponit, *Lib.* 1. *Progymnasm. Astron. pag.* 157. & 192. necnon Lib. 2. pag. 27. Et quoniam sit omnium evidentissimus, nec lapsui facilè obnoxius, operæ-pretium erit si methodum calculi ostenderimus, itaq; accipiemus observationem à D. *Tychone* factam, qui distantiam Stellulæ in Pectore *Pegasi*, quæ est duarum borealior, à lucida vulturis sub finem anni 1577. accipit gr. 45 31′. declinationemq; ejus ex altitudine meridianâ ad idem tempus, gr. 22 26′. boream, quibus præcognitis, cum declinatione lucidæ vulturis, Longitudo & Latitudo hujus Stellulæ in hunc modum inquiruntur. — Quomodo Longitudo & Latitudo Planetæ, vel ignoti Sideris novi colligantur. Observatio Tychonis Brahæi.

Primùm itaq; in Triangulo F O L dantur omnia tria latera F L Complementum Declinationis lucidæ *Vulturis*, gr. 82 8′. F O Complementum declinationis Stellæ in pectore *Pegasi* gr. 67. 34′. O L distantia utriusq; Stellæ gr. 45 31′. Ergò per *Cap.* 6. *Prob.* 11. *Trigonometriæ nostræ* inveniatur Angulus L F O, qui mensurat arcum D H differentiam Ascensionis Rectæ. Res ita perficitur. — Modus primus inveniendi locum Stellæ, per Observationem.



		gr.			
Latera	F O	gr. 67	34′	0″.	
	O L	gr. 45	31	0.	
Basis	F L	gr. 82	8	0.	
Summa Laterum		113	5	0.	Πρᾶξις.
Differentia Laterum		22	3	0.	
Semissis summæ Laterum		56	32	30.	
Semissis Differentiæ laterum		11	1	30.	
Semissis Summæ Basium		41	4.	0.	

1. Tan-

1.	*Tangens semissis Summæ Basis*	41. 4′ 0″.	9. 940183.
	Tangens semissis summæ Laterum	56 32 30.	10. 179903.
	Tangens semissis differentiæ Laterum	11 1 30.	9. 289664.
			19. 469566.
	Tangens ½ differentiæ Basium	18° 41′ 38″.	9. 529383.

Semi-Summa Basium gr. 41 4′ 0″. } Segmentum majus gr. 59 45′ 38″
Semi-differentia Basium gr. 18 41 38. } Segmentum minus gr. 22 22 22.

2.	*Radius gr. 90.*		10. 000000.
	Co-tangens F O gr. 67 34′.		9. 615793.
	Tangens F a gr. 59 45′ 38″.		10. 234379.
	Co-sinus anguli quæsiti O F L gr.	44 54′ 33″.	9. 850172.


Addito autem hoc angulo O F L = arcui D H gr. 44 54′ 33″. Ascensioni rectæ Vulturis gr. 292. 35′, eò quòd hæc Stellula in Pectore Pegasi fit orientalior & promotior lucidâ Vulturis, emergit Ascensio Recta Stellæ gr. 337 29′ 33″. Postremò, datâ declinatione hujus Stellulæ gr. 22 26′. borea, & Ascensione Rectâ gr. 337. 29′ 33″. invenitur per Prob. 2. longitudo hujus Stellæ in Pectore Pegasi in gr. 18 36′ 18″ ♓, & latitudo gr. 29 24 53″. borea.

Problema 7.

Modus secundus. *Dato Azimutho atque Altitudine Novi Sideris, cum articulo temporis & insuper loco Solis atq; latitudine loci, Declinationem ejus & Ascensionem Rectam, & ideo quoque Longitudinem & Latitudinem invenire.*

Observat. T. B. sub finem an. 1577. IN hujus rei inquisitionem accipiemus Observationem *Tychonicam Lib. 2. Progymnasm. Pag.* 23. sub finem anni 1577. factam, ubi deprehenditur altitudo Stellæ in dextro genu *Pegasi* grad. 28 24′. & Azimuthum ab Occasu versus Septentrionem gr. 8 53′. idq; sub altitudine Poli gr. 55 54′.

In adjuncto Diagrammate sit Meridianus B L N P, Horizon L A N, Æquator H K G, cujus Polus sit P, Polus autem Horizontis B, locus novi Sideris in E, altitudo ejus supra Horizontem C E per Quadrantem observata, Azimuthus verò ipsius ab Occasu versus plagam septentrionalem A C, Declinatio Stellæ E I, & deniq; angulus H P I differentia Ascensionis Rectæ Novi Sideris, & Medii Cœli, quæ hoc pacto inquiri potest.



In Triangulo B E P dantur duo latera, B P, Complementum latitudinis loci gr. 34 7′. B E Complementum altitudinis observatæ gr. 61 36′, cum angulo ab iisdem comprehenso P B E, quem metitur complementum Azimuthi In Horizonte C N gr. 81 7′. Innotescit ergò *per Lib.* 2. *Cap.* 6. *Prop.* 6. *Trigonom.* tertium Latus P E quod est Complementum Declinationis Stellæ in dextro genu Pegasi gr. 61 58′ 7″. ideoq; Declinatio gr. 28. 1′ 53″. borea.

Deinde

Deindè in eodem Triangulo B E P jam nota sunt omnia latera unde dabitur angulus B P E gr. 79 55′ 52″. qui æqualis est arcui Æquatoris H I, præcisè mensurans differentiam Ascensionis Rectæ Medii Cœli in H, & rectæ Ascensionis Stellæ I. Sublato autem hoc arcu ab Ascensione Rectâ Medii Cœli gr. 55 45′. (addito primùm Circulo, gr. 360. quia aliter subductio commodè fieri non potest) relinquitur Ascensio Recta Stellæ in dextro genu *Pegasi* gr. 335 49′ 8″. & Declinatio borea gr. 28 1′ 53″. Tandem ex Declinatione & Ascensione Rectâ, datur quoque longitudo hujus Stellæ (per *Probl.* 2. hujus) ad finem anni 1577. in gr. 19 51′ 44″ ♓ & Latitudo gr. 35 6′ 53″. borea, qui locus ab ultimâ restitutione *Tychonicâ* insensibiliter discrepat.

Si Lector plura exempla ad calculum velit revocare, consulat *Lib.* 2. *Tychonis Brahei de recentibus mundi ætherei phænomenis, & Lib.* 2. *Sphæric. Longomontani* Cap. I X, vel *Uranodromum Crugeri* de Cometâ anni 1618. & alios autores.


Problema 8.

Datâ Distantiâ ignotæ alicujus Stellæ, vel Planetæ, à duabus Stellis fixis quarum Longitudines & Latitudines notæ fuerint, ignotæ quoq; Stellæ ab Æquinoctio Verno, longitudinem & latitudinem perquirere.

DE hoc Problemate egerunt *Regiomontanus lib.* 4. de Triangulis Sphæricis, Prop. 28. & ult. & Lib. 7. Prop. 9. & 10. Epitomes ad Almagestum *Ptolemæi, & Longomont. Lib.* 2 Sphæric. quem sequutus est *Eichstadius in Pædiâ Astron. contin. Probl.* 11 *pag.* 107. Sed Nobilis ille *Danus*, *Tycho Brahæus*, Astronomorum facilè princeps, id egregiè illustravit & in usum Astrophilorum aptè accommodavit. Ut autem hic modus indagandi longitudinem & Latitudinem Stellæ fiat lectoribus jucundior, necesse foret, si ostenderimus quomodo ex ratiociniâ Triangulorum hoc Problema efficiendum & solvendum sit. Modus tertius.

Anno 1595. die 26 *Novembris* hor. 5. ante meridiem, *Cassellis*, *Saturnus* observatus à *Corde Leonis* gr. 13 46′. à *Dorso Leonis* gr. 12 50′ 15″. tunc fuit locus Cordis ♌ in gr. 24. 12′ 24″. ♌, latitudo gr. 0 26′ 30″. borea, locus autem Dorsi Leonis in gr. 5. 36′ 24″. ♍, latitudo gr. 14 20′. similiter borea, ex quibus quomodo *Saturni* longitudo inquiri potest, docebimus. Observatio ♄ Cassellis facta An. 1595.

In hoc Schemate sit D locus Cordis Leonis, B locus Dorsi ♌, C *Saturnus*, C D distantia *Saturni* à Corde ♌ gr. 13 46′, C B distantia *Saturni* à Dorso Leonis gr. 12 50′ 15″, & L M N portio Eclipticæ. Quinetiam repræsentet A Polum Zodiaci boreum, à quo tres Quadrantes descendant in Eclipticam per hæc tria loca ante memorata, connectanturq; per arcus circulorum Sphæræ maximorum, ut D B, B C, C D, ex quibus manifestatur locus longitudinis *Saturni* esse in N, & D C esse differentiam longitudinis *Saturni* à Corde Leonis; & tandem C N erit arcus latitudinis, seu distantia *Saturni* ab Eclipticâ. Hisce ita præsuppositis, proximè ad investigationem tùm longitudinis, tùm latitudinis *Saturni* progrediemur.



Ratio calculi longitudinis & latitudinis Planetæ observati.

I. In Triangulo Sphærico D A B, quia habentur
D A gr. 89 33′ 30″. *Complementum latitudinis Cordis ♌.*
B A gr. 75 40 o. *Complementum latitudinis Dorsi Leonis.*
D A B gr. 11 24 o. *Differentia Longitudinum.*
Ergò datur B D gr. 17 53′ 25″. distantia earundem Stellarum per Cap 6. Probl. 6. *Trigonometriæ nostræ.*

II. In Trigono D A B dantur omnia tria latera.
D A gr. 89 30′ 33″.
B D gr. 17 53 25. } Ergò dabitur Angulus A D B gr. 38 33′ 8″.
B A gr. 75 40 o.

III. In Triangulo B C D habentur omnia latera.
D B gr. 17 53′ 25″. distantia duarum fixarum.
D C gr. 13 46 o. distantia Saturni à Corde leonis.
C B gr. 12 50 15. distantia Saturni à Dorso Leonis.
Ergò datur BDC gr. 46 5′ 36″, cui addito angulo A D B gr. 38 33′ 8″. emergit totus Angulus A D C gr. 84 38′ 44″.

IV. In Triangulo A C D, quoniam dantur
A D gr. 89 33′ 30″.
D C gr. 13 46 o.
A D C gr. 84 38 44.
} Ergò *per Cap. 6. Probl. 6. Trigonometriæ*, dabitur A C gr. 88 17′ 54″, cujus Complementum N C gr. 1 42′ 6″. est ipsa latitudo *Saturni* quæsita.

V. In eodem Triangulo omnia tria latera sunt cognita.
D A gr. 89 33′ 30″. *Complementum latitudinis Cordis ♌.*
C A gr. 88 17 54. *Complementum latitudinis Saturni.*
D C gr. 13 46 o. *Distantia Saturni à Corde Leonis.*
Ergò innotescit Angulus C A D gr. 13 42′ 42″, cui æqualis est arcus L N, qui est differentia longitudinis Saturni à Corde ♌, secundum Signorum successionem.

	gr. ′ ″.
Longitudo Cordis Leonis	24 12 24. ♌.
Differentia longitudinis L N *Add.*	13 42 42.
Longitudo Saturni quæsita	7 55 6. ♍.

Si plura Exempla desiderat Astrophilus, ea inveniat sub finem Cap. 2. Lib. 1. *Progymnasm. Tychonis Brahei*, ubi per similia ratiocinia Trigonometrica, Stellæ Cassiopeæ per Observationes rectificatæ sunt.

Problema 9.

Ignoti Sideris locum, per lineas à quatuor aliis Stellis, quorum loca sunt cognita, in transversum ductas, Regulâ, aut filari modò extensione, secundum Longitudinem & Latitudinem inquirere.

Modus quartus.

INter varias rationes perquirendi loca ignoti Sideris, quas hactenus excogitarunt Astronomi, non parvi momenti est illa, quam *Longomontanus* adducit, & in praxin revocavit; nam accidit interdum ut Planeta, vel nova aliqua Stella à quatuor fixis in lineis rectis intercipiatur, quod adminiculo Regulæ, vel fili extensione (nudo oculo) explorari potest.


Ad illustrandum hoc Problema accipiemus duo exempla. Primum est id quod habet *Longomontanus Astron. Danic.* Lib. 2. Sphæric. Cap. 9. Probl. 5. cujus Demonstratio ita sese offert.

Anno

Observatio Longomontani anno 1610. facta.

Anno Christi 1610. die 6 *Decembris* circa horam 9. Vespertinam, videbatur Stella *Martis* in rectâ lineà, quamproximè primùm cum lucidâ Arietis, ac posteriore in dorso Cete. Deinde in aliâ rectâ lineâ cum extremâ alâ Pegasi, & eâ quæ in cuspide narium Cete, prima numero.

Sint in hoc Schemate, A & C poli Eclipticæ, B D O Zodiaci medio interlabens, K Stella Martis; Fixæ autem cum suis locis ita signantur.



	Longitudo.	Latitudo.
E *Extrem. alæ Pegasi*	gr. 3 46'. ♈	gr. 12 35'. B.
D *Dorsi Cete*	gr. 6 20. ♈	gr. 16 55. A.
H *Lucidæ Arietis*	gr. 2 14. ♉	gr. 9 57. B.
G *Rostri Cete*	gr. 9 39. ♉	gr. 7 50. A.

Praxis Calculi Trigonometrici.

I. In Triangulo E A G, pro E G δεδόμενα

Sunt { E A Complementum latitudinis alæ Pegasi gr. 77 25'.
G A Excessus latitudinis Rostri Cete. gr. 97 50.
E A G Differentia Longitudinis gr. 35 53. }

Ergò datur G E. gr. 41 5.

II. In eodem Triangulo pro E G A, datis omnibus lateribus, datur Angulus A G E gr. 60. 30.

III. In Orthogonio G D L pro D L G & D L δεδόμενα sunt.

D G Latitudo Rostri Cete gr. 7 50'.
L G D, id est A G E gr. 60 30' modò inventus.
D Angulus Rectus gr. 90.

Ergò datur { D L G gr. 30 26'. Per Probl. 11.
D L gr. 13 33. Per Probl. 4. } Triang. Sphæric. Rectang.

IV. Similitèr in Triangulo F C H pro F H & H F C, vel ipsius Compl. ad Semicirculum H F A.

δεδόμενα { F C Complementum latitudinis Dorsi Cete gr. 73 5'.
C H Excessus latitudinis lucidæ ♈ ultra 90. gr. 97 57.
F C H Differentia longitudinis harum Stellarum gr. 25 54. }

Ergò datur { F H gr. 37 7'. Per Probl. 6.
H F A gr. 45 29. Per Probl. 5. } Triang. Sphærici Obliquangulorum.

V. In Orthogonio M F N, pro M N F & M N.

δεδόμενα { F M Latitudo Dorsi Cete gr. 16 55'.
M F N idem cum invento H F A gr. 45 29.
M Angulus Rectus gr. 90. }

Ergò datur { M N F gr. 46 59'. Per Probl. 11.
N M gr. 16 29. Per Probl. 4. } Triang. Sphæric. Rectang.

Porrò addantur latera D L & M N, Summaq; subtrahatur à M D, & relinquitur latus N L gr. 3 17'.

VI. In Trigono N K L, pro N K.

δεδόμενα anguli ad latus { N gr. 46 59'.
L gr. 30 26.
N L gr. 3 17. }


Ergò datur N K gr. 1 38', Per Probl. 9. Triang. Sphæric. Obliq.

VII. & ultimò, in Orthogonio NKP, pro KP & NP.

Διδόμενα sunt { KNP gr. 46 59′.
KN gr. 1 38.
KPN Rectus.

Ergò datur { KP gr. 1 12′. ipsa latitudo *Martis* borea.
NP gr. 1 10. cui addito MN gr. 16 29′ efficitur arcus MP gr. 17 39′, qui si addatur longitudini Stellæ in F, quæ est penes M gr. 6 20′ ♈, emergit simul quoque longitudo *Martis* gr. 23 59′ ♈.

Stella Nova anni 1572. Alterum Exemplum assumamus à Doctissimo *Eichstadio* Ped. Astro. Pag. 113. (idem quod *Tycho* habet Progym. pag. 550.) ubi ex demonstratione *Michaelis Mæstlini*, ille in locum verum novæ Stellæ ad annum 1572. fulgentis invenire provenit. Quare considera subjectum Schema à M. *Mæstlino* aptè delineatum, in quo sit H Polus Eclipticæ boreus, F K L G portio Zodiaci nostro proposito satisfaciens, in cujus medio interlabatur E Nova Stella, cum & ex Polo H demittantur Circuli ad quatuor fixas, quarum loca secundum Tychonicam restaurationem ad an. 1572. sic se habent.



A *Quinta Stella Cassiopeæ*, quæ genu dicitur in gr. 11 57′ ♉, cum latitudine gr. 46 22′. boreâ.

B *Octava Cephei*, quæ alias est Sinistrum Brachium ejus, obtinet. gr. 27 35′ 30″ ♈, cum latitudine gr. 62 35′ 30″.

C *Duodecima Cassiopeæ*, seu lucida Cathedræ gr. 29 11′ 30″ ♈ cum latitudine boreâ gr. 51 14′ 30″.

D *Vigesima Ursæ majoris*, vel in lucido pede Ursæ erat in gr. 13 34′ ♌, cum latitudine gr. 29 51′ 30″.

Porrò duæ circumferentiæ HB & HC descendant ad Zodiacum in I & K, continuetur etiam DC & BA in punctis F & G. Tandem ex E ducatur EL ad rectos ipsi FG.

Praxis Calculi.

I. In Triangulo BHA pro BA.

Synopsis Calculi ex ratiocinio Triangulorum.

Διδόμενα sunt { BH *Complementum latit. sinistri brachii Cephei gr.* 27 24′ 30″.
HA *Compl. latitudinis genu Cassiopea gr.* 43 38′.
BHA *Differentia longitudinis utriusq; gr.* 14 26′ 30″.

Ergò dabitur BA gr. 18 30′ 34″. per Probl. 6. Triang. Sphæric. Obliq.

II. In Triangulo eodem, datis omnibus lateribus, datur quoq; per Cap. 6. Probl. 11. Trigonometriæ nostræ, Angulus HBA gr. 146 27′ 20″. quo à duobus rectis sublato, relinquitur Angulus IBG gr. 33 32′ 40″.

III. In Orthogonio BIG pro BGI & GI.

Διδόμενα sunt { BI *Latitudo sinistri brachii Cephei gr.* 62 35′ 30″.
IBG *Angulus modò inventus gr.* 33 32′ 40″.
BIG *Angulus Rectus.*

Ergò datur { Angulus BGI gr. 75 15′ 50″. } Per Probl. 11. } Triang. Sphæ-
Latus GI gr. 30 28 47. } Per Probl. 4. } ric Obliq.

Cum autem addatur arcus GI Longitudini Stellæ Cephei in I, emergit Longitudo puncti G gr. 27 59′ 17″ ♉.

IV.

IV. In Triangulo C H D δεδομένα sunt pro D C & H C D:
H C Complementum latitudinis lucidæ Cathedræ gr. 38 45′ 30″.
H D Compl. latitudinis sinistri pedis Ursi majoris gr. 60 8 30.
C H D Differentia longitudinum harum fixarum gr. 164 22 30.

Ergò elicitur { D C gr. 75 19′ 10″. per Probl. 6. / H C D gr. 60 16 52. per Probl. 5. } Triang. Sphær. Obliq.

V. In Orthogonio C F K pro angulo ad F & latere F K inventa sunt.
K C Latitudo lucidæ Cathedræ gr. 51 14 30″.
F C K Angulus æqualis suo verticali H C D, prius invento, gr. 60 16′ 52″.
K Rectus gr. 90.

Ergò invenitur { C F K gr. 57 3′ 53″. } Per Probl. 11. / F K gr. 53 47 44. } Per Probl. 4. } Triang. Sphæric. Rectang.

Subducto autem hoc arcu gr. 53 47′ 44″. à longitudine loci K, respondente loco Stellæ in *Cathedra Cassiopeæ* gr. 29 11′ 30″ ♈, relinquitur longitudo puncti F à principio Æquinoctii verni numerati in gr. 5 23′ 46″ ♓.

Deinde si hic locus à prius invento loco in G gr. 27 59′ 17″ ♉ subducatur, reliquus erit arcus F G gr. 82 35′ 31″.

VI. In Trigono F E G, pro E F.

δεδομένα sunt { *E G F idem cum angulo B G I gr.* 75 15′ 50″. / *E F G idem cum C F K gr.* 57 3′ 53″. / *F G gr.* 82 35′ 31″.

Hinc dabitur E F gr. 73 29′ 14″. *Per Probl. 9. Triang. Sphæric. Obliq.*

VII. Tandem in triangulo rectangulo F E L pro L E & F L.

Data sunt { *E F L gr.* 57 3′ 53″. / *E F gr.* 73 39 14. / *F L E Rectus.*

Itaq; dabitur { L E gr. 53 38′ 42″. Latitudo novæ Stellæ *Per Probl. 2. Triang. Sphæric. Rectang.* / F L gr. 61 39 16 Differentia longit. novæ Stellæ à puncto F.

quâ additâ Longitudini Puncti F anteà inventæ gr. 5 23′ 46″ ♓, ostendit Longitudinem novæ Stellæ quæsitam in gr. 7 3′ 2″ ♉, cum latitudine boreà gr. 53 38′ 42″.

Problema 10.

Datis duabus Stellis in rectâ lineâ cum ignoto Sidere, & simul distantiâ unius notæ Stellæ ab eodem ignoto sidere, Longitudinem & Latitudinem novi Sideris explorare.

Cum volueris hoc Problema aggredi, tunc habeas Planetam, aut Sidus ignotum in rectâ lineâ cum duabus saltem fixis, & similitèr distantiam ejus ab una earundem, quibus prælibatis, jam ad demonstrationem perveniemus, & ad Diagramma penultimum recurremus, ubi in Triangulo A G E pro Angulo A E G Modus quintus.

Dantur { *A E gr.* 77 25′. *Complementum latitudinis alæ Pegasi.* / *A G gr.* 97 50. *Excessus latitudinis rostri Ceti ultra gr.* 90. / *E A G gr.* 35 53. *Differentia Longitudinum.*

Ergò datur Angulus A E G gr. 117 57′. *Per Probl. 5. Triang. Sphæric. Obliquang.*

II. In Trigono A E K δεδομένα sunt.
A E gr. 77 25′. *Compl. latitudinis alæ Pegasi.*
E K gr. 23 2. *Distantia Martis ab alâ Pegasi.*
A E K gr. 117 57. *Angulus nuper inventus.*

Ergò

Ergò datur $\left\{\begin{array}{l}\text{A K gr. 88 48'. ferè Compl. latitudinis Stellæ } \textit{Martis},\\ \text{E A K gr. 20 13. qui ſi addatur loco Stellæ in E gr. 3 46'} \ \Upsilon.\end{array}\right.$
Locum Martis verum in gr. 23 59'. ♈. Hactenùs de hoc Problemate.

Problema II.

De Ortu & Occaſu Signorum.

Ortûs & Occaſûs Signorum definitio.

Signorum Ortus & Occaſus duobus modis accipiatur, ſcilicet quantum ad Poëtas & quantum ad Aſtronomos. *Aſtronomicus Ortus* & *Occaſus* eſt Signorum Zodiaci Aſcenſus vel Deſcenſus cum Æquatore collatus, unde Aſcenſio & Deſcenſio dicitur. Sed de hoc Ortu, & Occaſu Aſtronomico anteà amplè diſſeruimus, nunc remanet ut aliquid diceremus de Ortu & Occaſu Poëtico.

Atqui priuſquàm ad hujus Problematis explicationem deveniatur, operæpretium eſſe videtur, ut omnes varietates & differentias Ortuum & Occaſuum Signorum, quas Poetæ & recentiores Aſtronomi in medium contulerunt circa hoc Problema, conſideremus.

Ortus & Occaſus Siderum triplex. Ortus Coſmicus quid.

Sunt autem hi triplices; *Coſmici*, *Acronychi*, & *Heliaci*. Coſmicus, Mundanus, ſeu verus Ortus matutinus eſt (Græcè ἰδία συνατολὴ ἀληθινή) quando aliquod Signum vel Stella ſupra Horizontem cum Sole & iiſdem Zodiaci gradibus, in quibus Sol eſt, emergit. Ut in menſe *Aprilis*, in quo manè unà cum *Sole Taurus* ſupra Horizontem aſcendit cum eo tempore *Sol* exiſtat in *Tauro*. De hoc ortu Coſmico canit *Virgilius Lib*. I. *Georgic.* carmine illo,

Candidus auratis aperit cùm cornibus annum
Taurus; &c.

Polybius Lib. 5. in initio ait *Achæos* auſpicari annum à vere circa ortum Pleiadum juxta traditionem *Arati Sicyonii*, ejus ſcilicet cujus in officiis mentio fit apud *Ciceronem*, hiſce verbis,

Τὸ μὲν ἔν, κατὰ τὴν Ἀράτε τῦ νεωτέρε, ἔτος ἐτύγχανε διεληλυθὸς περὶ τὴν τῆς πλειάδος ἐπιτολήν· αὐτὴ γὰρ ἦγε τοὺς χρόνους τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος.

Occaſus Coſmicus quid.

Occaſus verò Coſmicus ſeu matutinus eſt, quando tempore matutino, Sole oriente, Stella per diametrum oppoſitam infra Horizontem occiduum deprimitur. De hoc coſmico Occaſu loquitur *Virgilius* Lib. I. *Georg.* in his carminibus,

Ante tibi Eoæ Atlantides abſcondantur,
Debita quam ſulcis committas ſemina, quamque
Invitæ properes anni ſpem credere terræ.

Heſiodus Libro Secundo.

—αὐτὰρ ἐπὴν δὴ
Πληϊάδες θ' ὑάδες τε, τό, τε, σθένος ὠρίωνος
Δύνωσιν τότ' ἔπειτ' ἀρότου μεμνημένος εἶν.

Tempore enim Autumni occidunt *Pleiades* & *Hyades* in ♉, quod fit Sole in Signo ♏ oppoſito, exiſtente. Porrò hujus occaſus Pleiadum Coſmici multa exempla extant apud Poetas & Hiſtoricos, ut apud *Polybium* de tranſitu *Annibalis* in *Italiam*, lib. 5.

Τῆς δὲ χιόνος ἤδη περὶ τὰς ἄκρες ἀθροιζομένης διὰ τὸ συνάπτειν τὴν τῆς Πλειάδος δύσιν.

Cui

Cui loco alludit *Livius* libro primo decadis tertiæ, his verbis. *Fessis tædio tot malorum, nivis & jam casus occidente jam vergiliarum sidere ingentem terrorem injecit.* Citantur ab *Athenæo* versus ex *Astrologiâ Hesiodi* de eodem.

Χειμέριαι δύνεσι πελειάδες
αἵ τοι θέρεος καὶ χείματος ἀγγελιῶτιν.

Ortus acronychus, serotinus & *vespertinus* dicitur, quando vesperi, Sole infra Horizontem descendente, Stella ex parte Orientis supra Horizontem emergit. De ortu acronycho scribit *Ovidius Lib.* 1. *de Ponto Elegia* 9. ubi exilii sui moram describit, a vespertino ortu Pleiadum autumnali.

Ortus Acronychus quid.

Ut careo vobis Scythicas detrusus in oras,
Quatuor Autumnos Pleias orta facit.

Occasus acronychus, qui alias dicitur Occasus vespertinus, verus est, quando vesperi, Stella aliqua unà cum Sole sub Horizontem descendit. De hoc occasu Acronycho locutus est *Lucanus Lib.* 4.

Occasus Acronychus quid.

——— *Nam Sol Ledæa tenebat*
Sidera, vicino, cùm Lux altissima Cancro est;
Nox tum Thessalicas urgebat parva sagittas.

Notandum est quod omnia Sidera quæ cum Sole vel paulo post dilabuntur, occidunt ἀχρονυχῶς; Stellæ autem quæ ascendunt supra finitorem orientalem cum Signo soli opposito, eodem tempore, emergunt acronychè; ita Stellæ cosmicè orientes acronychè occidunt, & orientes acronychè descendunt cosmicè, dummodo non habeant magnam latitudinem ab ecliptica, juxta versus.

Chronicè descendit sydus quod Cosmicè surgit;
Cosmicè descendit sydus quod Chronicè surgit.

Ortus Heliacus est cum Stella aliqua radiis Solaribus ad aliquod tempus tecta, rursus se profert in conspectum. De hoc ortu canit *Ovidius lib.* 2. *de Fastis.*

Ortus Heliacus quid.

Jam levis obliqua subsedit Aquarius urna:
Proximus æthereos excipe Piscis equos.

Circa finem *Januarii* cum Sol existat in Aquario, illum ingenti splendore obscurabat, sed circa medium *Februarii*, Sole signum ♓ ingrediente, apparebat Aquarius tempore matutino ante Solis exortum, & sic Heliacè oriri dicitur.

Declaratio.

Virgilius etiam eundem ortum intellexit in *Georg. Lib.* 1.

Ante tibi Eoa Atlantides abscondantur
Gnossiaque ardentis decedat Stella Coronæ,
Debita quam sulcis committas semina, &c.

Occasus Heliacus est, cum Stella antea conspicua, ob accessum & propinquitatem Solis, cerni ampliùs non possit; & de hoc occasu, *Virgilius* sic inquit in ultimo horum 2. carminum.

Occasus Heliacus quid.

Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus, & adverso cedens Canis occidit astro.


Cum enim seculis superioribus *Canis major* existeret in Geminis, occidebat ille heliacè, quando Sol erat in Tauro, non procul à Pleiadibus.

Probl.

Problema 12.

Datâ latitudine & declinatione Stellæ alicujus orientis, vel occidentis, unà cum latitudine loci, punctum Eclipticæ cum quo Stella eadem oritur & occidit, scrutari.

CÆterùm ut res illustrior fiat, non inconveniens erit, eam apposito Schemate explanare, in quo sit B O X P Meridianus, B O X Z Colurus Solstitiorum, S K L Horizon, O H N P Æquator, U K R Ecliptica, B Polus Mundi boreus, C Polus Eclipticæ, y Polus Horizontis, D locus lucidæ Pleiadum, ♈ M Longitudo lucidæ Pleiadum à verno Æquinoctio gr. 25 24′ ♉, M D ejus latitudo ab ecliptica gr. 4 0′, N D Declinatio ab Æquatore gr. 23 3′ 30″. ♈ N Ascensio Recta gr. 52 0′. id est ad annum Christi 1671.



Exemplum Lucidæ Pleiadum ad annum 1671.

Quare in Triangulo B D C dantur omnia latera, videlicet B D complementum declinationis lucidæ Pleiadum gr. 66 56′ 30″, D C complementum latitudinis gr. 86 0′, B C distantia Poli Eclipticæ à Polo mundi gr. 23 31′ 30″, ergò innotescit angulus B D C gr. 14 15′ 51″. *Per Probl.* 11. *Triang. Sphæric. Obliq.*


2. In Triangulo Sphærico Rectangulo B L D habetur L B Elevatio Poli *Londinensis* gr. 51 32′, & B D Complementum Declinationis lucidæ Pleiadum gr. 66 56′ 30″, tum angulo recto B L D gr. 90, itaq; dabitur angulus B D L gr. 58 18′ 57″. Jam si huic angulo, angulus prætinventus B D C gr. 14 15′ 51″. addatur, conflatur angulus C D L gr. 72 34′ 48″. cui æqualis est angulus K D M.

3. In Triangulo Rectangulo K M D habetur M D Latitudo Stellæ gr. 4 0′. Borea, & angulus nuper inventus K D M gr. 72 34′ 48″, ergò datur K M gr. 12 32′ 3″. Porrò cum auferatur hic arcus à longitudine lucidæ Pleiadum gr. 25 24′ ♉, relinquit punctum Eclipticæ, cum quo ascendit lucida Pleiadum gr. 12 51′ 57″ ♉. quando igitur *Sol* ad idem punctum pervenit, quod circa diem 23 *Aprilis* nostro seculo contingit, tunc cognoscitur Ortus verus, Mundanus, seu matutinus lucidæ Pleiadum cum Sole. Sive vespertinus, Sole in puncto opposito occidente, quod evenit circa diem 26 *Octobris*, juxta ea quæ supra tradidimus.

Exemplum ejusdem Stellæ.

Porrò ut punctum Eclipticæ, cum quo Stella occidit, investigemus, eandem lucidam Pleiadum in Exemplo subjiciemus, ubi ferè superioris Diagraphæ inversio è Sphærâ in hunc modum repræsentatur.

Esto



Esto in Schemate (ut priùs) B F X K R Meridianus B O X ♋, Colurus Solstitiorum, L H K Horizon, ♈ E S Æquator, F H ♋ R Ecliptica, B Polus Mundi Boreus, C Polus Eclipticæ, D locus Stellæ, ♈ M Longitudo Stellæ ab Æquinoctio verno ad annum 1671. gr. 25 24′. ♉, M D Latitudo gr. 4 0′. Borea, N D Declinatio gr. 23 3′. ½.

Quoniam autem in hoc & superiori Diagrammate, angulus B D C inventus est gr. 14 15′ 51″. & angulus B D L gr. 58 18′ 57″, itaq; Si auferatur (contrario modo priori) ille ab hoc, relinquitur angulus C D L gr. 44 3′ 6″, cui æqualis est angulus H D M.

Itaq; in Triangulo Rectangulo D M H quoniam datur latus D M, Latitudo Stellæ gr. 4 0′, cum angulo nuper invento H D M gr. 44 3′ 6″, ergò habetur latus M H gr. 3 51′ 38″. Hic arcus si fuerit adjectus Longitudini Stellæ ♈ M gr. 55 24′, constituit locum in Eclipticâ, cum quo descendit lucida Pleiadum in gr. 29 15′ 38″ ♉.

At quoniam Tabulæ Primi mobilis *Regiomontani* tantùmmodò Ascensiones obliquas Signorum continent, absque descensionibus illorum obliquis; ideo ut eædem Tabulæ huic nostro proposito inserviant, addendus est Semicirculus gr. 180. loco opposito, si locus cujus quæritur descensio fuerit in secundo Semicirculo. Si vero fuerit Locus in primo Semicirculo, subtrahendus est Semicirculus è loco opposito, & quod conflabit, erit obliqua descensio. *Quomodo Descensiones obliquæ per Tabulas Primi mobilis inveniantur. Duo Exempla.*


Exempli gratiâ, Si quæratur Descensio obliqua gr. 10. ♒, sub Altitudine *Poli Londinensis* gr. 51 32′, sumenda est Ascensio obliqua loci oppositi, scilicet gr. 10. ♌, quæ est gr. 108. 37′ 16″. cui si addatur gr. 180. proveniet Descensio obliqua gr. 288. 37′ 16″.

Sub eâdem Poli Elevatione quæratur Descensio obliqua gr. 10 ♌, accipienda est igitur Ascensio obliqua gr. 10. ♒, quæ est gr. 336. 18′ 20″. à quibus si auferatur gr. 180. remanet Descensio obliqua gr. 156 18′ 20″.

Aliud Exemplum ad inveniendum verum ortum & occasum Sirii, seu Canis majoris.

Assumamus hìc Schema ex *C. S. Longomontani Libro* 2. *Sphæric. Cap.* 4. *Probl.* 1. depictum, in quo Longitudo *Sirii* in M ad annum 1671. constituitur in gr. 9. 35 ½ ♋, Latitudo D M gr. 39 30′. Austrina, Declinatio D N gr. 16 14. ½. etiam Austrina, Ascensio Recta gr. 97. 42′. *Exemplum pro indagatione veri Ortûs Sirii, seu Canis majoris ad Annum 1671.*

N Ergò



Ergò δεδόμενα sunt in Triangulo obliquangulo B D C pro angulo ad D.

1. D C gr. 50 30′. Complementum latitudinis Stellæ.

2. B D gr. 73 45′ 30″. Complementum Declinationis.

3. B C gr. 23 31′ 30″. Distantia Poli Eclipticæ à Polo Mundi.

Ergò datur B D C gr. 4. 2′ 53″.

Secundò, in Triangulo Rectangulo B L D, pro Angulo L D B.

δεδόμενα sunt { L B gr. 51 32′ ″. Depress. Poli antarctici.
D B gr. 73 45 30. Complementum declinationis.
L gr. 90. Angulus Rectus. }

Hinc invenitur Angulus L D B gr. 54 38′ 18″, à quo sublato B D C, relinquitur Angulus M D H gr. 50 35′ 25″.


Tertiò, in Orthogonio M D H pro M H. δεδόμενα sunt. M D gr. 39 30′. Latitudo *Sirii*, M D H gr. 50 35′ 25″. Angulus modò inventus, D M H Rectus, ergò datur M H gr. 37 44′ 37″, quo longitudini Stellæ in gr. 9. 35′ 30″ ♋ adjecto, emergit gradus Eclipticæ cum quo oritur Sirius gr. 17 20′ 7″. ♌.

Reperiatur etiam gradus Ecliptica cooriens cum Stella, hoc pacto.

Alitèr. Primùm datur Ascensio Recta & Declinatio, tum pro inveniendâ Ascensionali differentia, dabuntur in Triangulo Rectangulo D N K Latus D N gr. 16 14′ 30″. Declinatio Stellæ, Angulus N K D gr. 38 28′. Complementum altitudinis *Poli Londinensis*, Angulus D N K gr. 90. ergò K N erit Differentia Ascensionalis gr. 21 30′ 38″. quæ addita Ascensioni rectæ datæ gr. 97 42′, aggregatum est Ascensio Stellæ obliqua gr. 119 12′ 38″, cui respondet (in nostrâ Tabulâ Ascensionum Obliquarum ad latitudinem *LONDINI* supputatâ.) punctum Eclipticæ gr. 17 25′ ♌, cum quo Sirius attollitur supra Horizontem, quando Sol ad hoc punctum pervenit, quod circa 31 diem *Julii* huic seculo contingit, quo tempore *medium Canicularium* colligimus.

Progredimur nunc ad investigationem puncti Eclipticæ occidentis cum Syrio, ubi Schematis præcedentis inversio ita repræsentatur.

Aliud Exemplum pro investigatione puncti Eclipticæ occidentis cum Sirio ad annum 1671.



In Triangulo Obliquangulo C D B datus est angulus C D B gr. 4, 2′ 53″. qui si addatur angulo etiam dato L D B gr. 54. 38′ 18″, conflatur angulus M D H gr. 58 41′ 11″.

In hoc itaq; Orthogonio D M H pro M H. quia dantur D M Latitudo Sirii gr. 39 30′, Angulus M D H modo inventus gr. 58 41′ 11″. Angulus rectus D M H gr. 90. ergò dabitur latus M H gr. 46 16′ 37″.

Hic arcus à longitudine Sirii ablatus, scilicet gr. 9. 35 ½ ♋ relinquit punctum H in Eclipticâ in gr. 23 18′ 53″ ♉.

Quoniam verò punctum *Ortus Sirii cum Sole* in Ecliptica inventum erat gr. 17 20′ 7″ ♌, erit Ortus Vespertinus seu Acronychus quando Sol oppositum Eclipticæ punctum tenebit, nempè gr. 17 20′ 7″ ♒, ita quoniam punctum occasûs hujus Stellæ vespertini seu Acronychi repertum fuit ex nostro calculo in gr. 23 18′ 53″. ♉, erit occasus matutinus sive Cosmicus ejusdem, cum Sol oppositum Eclipticæ locum occupaverit, *viz.* gr. 23 18′ 53″ ♏. — Notandum.

Problema 13.

Dato angulo Eclipticæ & Horizontis, & mensurâ depressionis Stellæ sub Horizonte, unà cum puncto ejus ortûs & occasûs in Eclipticâ, Ortum & Occasum ejusdem stellæ heliacum perscrutari.


COgnitio *Heliaci Ortûs* & *Occasûs* Stellarum, præcipuam utilitatem præbet, unde sumerentur temporum Anni discrimina, quæ declarari multis exemplis apud *Poetas* posset, & apud *Astrologos* suâ in cierido aere significatione non caret; nam quando Sol Arietem percurrit, suâ naturâ, aliquantulum desiccat Terram, & sic tempus aptum sationi facit; sed seminibus paulò post opus est humore, quare cum ad *Pleiades* & *Hyades* pervenerit, ordo naturæ affert pluvias; & ut prodest hæc de ortu & occasu Stellarum doctrina ad exercendas Agriculturæ tempestates, ita valdè conducit ad explicationem multorum Scriptorum, quorum aliqui ex Poetis eruditè recensent, idcircò ὑπό-δειξιν hujus rei in hisce exemplis ostenderimus.

De Ortu & occasu heliaco.

Usus hujus Ortûs & Occasûs multiplex.

In Schemate apposito sint omnia ut prius, & consideretur Triangulum D M H, in quo sit Ortus verus Sirii in D, cui respondet punctum Eclipticæ H: Sitq; Z T A circulus altitudiris, T V distantia Solis ab Horizonte, & M V distantia puncti Ortus Heliacà Longitudine *Sirii* in M.

De investigatione veri Ortûs heliaci alicujus Stellæ.



1 In Triangulo igitur Rectangulo D M H datis lateribus D M gr. 39 30′. latitudine *Sirii*, & M H gr. 37 44′ 37″, dabitur angulus M H D gr. 53 24′ 12″, cui æqualis est angulus T H V.


Exemplum in Sirio.

2. In Triangulo Rectangulo T H V, quia dantur T V depressio Solis sub Horizonte gr. 12. T H V angulus nuper inventus gr. 53 24′ 12″. H T V angulus rectus, reperitur itaq; latus H V gr. 15 0′ 32″: Hic arcus cum addatur H M arcui gr. 37 44′ 37″. erit totus M V gr. 52 45′ 9″. quo etiam addito longitudini Stellæ in gr. 9 35′ 30″ ♋, ostenditur punctum V in Eclipticâ gr. 2 20′ 39″. ♍, quod cum *Sol* tenuerit, *Sirius* emergit Ortu heliaco, quod hodie in *Angliâ* circa [illegible] *Augusti* factum est, & tunc dies Caniculares desinere dicuntur.

Exemplum pro indagando vero heliaco Pleiadum Occasu.

De indagatione veri Occasûs heliaci.

Esto Diagramma adjectum, in quo sit Z L F K Meridianus, L E K Horizon, F O R Ecliptica, Y E S Æquator, Z vertex seu Zenith loci, B Polus Mundi, C Polus Eclipticæ, D locus lucidæ Pleiadum, ♈ M ejus longitudo in Ecliptica ab Æquinoctio verno, M D Latitudo ab Ecliptica, N D Declinatio ejusdem, & Z O P, pars verticalis circuli.



Cæterùm quoniam ex prioribus datum est latus M H gr. 3. 51′ 38″. invènitur Ortus Stellæ verus ad H in gr. 29. 15′ 38″. ♉.

Aliud Exemplum.

Exemplum pro occasu Pleiadum heliaco.

Jam in Triangulo Rectangulo D M H dantur latera M H gr. 3. 51′ 38″. M D Latitudo Stellæ gr. 4 0′, ergò reperitur Angulus D H M gr. 46 5′ 7″. Huic æqualis est angulus O H P.

Dein in Orthogonio O P H datur angulus O H P gr. 46 5′ 7″, cum latere O P gr. 14 0′. (quod æquale est depressioni Solis sub Horizontem, quamvis hoc in loco arcum in tantum supra Horizontem elevari posuimus, ut hic punctum Solis oppositum acquiramus) ergò innotescit H O gr. 19 37′ 23″. cui addito puncto Oriente H gr. 12 51′ 57″. ♉, proveniet punctum in Ecliptica ad O in gr. 2 29′ 20″. ♊, quando igitur Sol in Ortu ad contrarium Eclipticæ punctum pervenit, nempè gr. 2 29′ 20″ ♐, *Atlantides Eoæ* in crepusculo matutino in occasu absconduntur, quod secundum nostrum Calendarium circa 14 *Novembris* factum est.

De hoc Occasu dicitur *Virgilius Lib.* 1. *Georg.* ubi docetur tempus serendi triticum in fine *Autumni* ex heliaco occasu matutino *Pleiadum*, his versibus:

At si triticeam in messem, robustaq; farra,
Exercebis humum, solisq; instabis aristis;
Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur,
Gnossiáque ardentis decedat stella Coronæ,
Debita quàm sulcis committas semina, quamq;
Invitæ properes anni spem credere terræ.

CAP.

CAP. III.

IN prioribus 2. Capitibus talia inseruimus Problemata Sphæræ, quæ primò *Solem, Lunam, Planetas, & Stellas fixas* respiciunt, quibus nulla tradidi, nisi quæ triti ususfunt praxi Astronomiæ, quæ ob eximium, & præstantissimum usum perquam idonea inseri judicavi; ut autem miranda prorsùs Doctrina Parallaxeôn nostrum nè prætereat scrutinium, in hoc Capite (quantum fas est) hujus efficiendæ Methodum per Doctrinam Sphæricorum Triangulorum ostendero.

Problema 1.

Dato Puncto in Eclipticâ Cœlum mediante, Altitudinem ejusdem puncti investigare.

1. PRiusquàm sciamus quid Signum & gradus est in Medio Cœli, Rectam ejus Ascensionem invenire oportet, quod ad agendum, addamus Rectam Solis Ascensionem tempori pomeridiano in gradus & minuta æquatoris reductam, & summa est Recta Ascensio Medii Cœli, prout in *Problemate* 13. *Cap. primi* docuimus. De altitudine Medii Cœli.

2. Ascensio Rectæ Meridianæ sectionis sic inventa, citò exhibebit punctum Medii Cœli in Eclipticâ, juxta doctrinam in Problemate 5. primi Capitis traditam.

3. Declinatio Medii Cœli quoque inquirenda est per Problema primum, quæ addito Altitudini Æquatoris, si Sol sit in signis borealibus, & habebis altitudinem Medii Cœli; alioquin subtrahe eandem ab altitudine e usdem, si fuerit Sol in Signis australibus, & invenies altitudinem Medii Cœli quæsitam.

Exemplum. Sit Tempus datum 1665. *Junii* 24 dies, hor. 18. P M, quo tempore verus locus Solis est in gr. 13. 26′ 10″. ♋.

		gr. ′ ″.	
Tempus Diei hor. 18. *in grad. æquatoris conversum facit*		270 0.	Modus inveniendi altitudinem medii Cœli.
Ascensio Recta Solis per Probl. 2. *Cap.* 1.		104 36 14.	
	Summa	374 36 14.	
Circulus integer	Subtr.	360.	
Relinquitur Ascensio Recta Meridianæ sectionis		14 36 14.	
Ergò per Problema 5. datur Medium Cœli in Eclipticâ		15 51 49. ♈.	
Declinatio hujus puncti borea per Probl. 1.		6 15 50.	
Elevatio Æquatoris LONDINI.		38 28.	
Altitudo igitur Medii Cœli erit.		44 43 50.	

Problema 2.

Datâ obliquitate Eclipticæ maximâ, unà cum Longitudine angulum intersectionis Eclipticæ cum Meridiano, seu circulo Declinationis depromere.

SIt in Diagrammate apposito Meridianus Z L D H P, Horizon L V H è Polo Z, Æquator G S B è Polo P, Zodiacus X N D. Sit autem L G elevatio Pro angulo Eclipticæ cum Meridiano.

Expositio.


elevatio æquatoris ab Horizonte, X Punctum Medii Cœli in Ecliptica, G X Declinatio ipsius borea, & L X altitudo Medii Cœli.

In Problemate præcedente Medium Cœli in Eclipticâ ad X invenitur in grad. 15 51′ 49″ ♈. In Triangulo itaque Sphærico ♈ G X dantur.

1. *X ♈ G gr. 23 31′ 30″. Obliquitas Ecliptica maxima.*

2. *♈ X gr. 15 51′ 49″. Longitudo M.C. in Ecliptica.*

3. *♈ G X gr. 90. Angulus Rectus. Ergò datur angulus ♈ X G gr. 67 16′ 42″. quæsitus.*



Operatio.

Per Probl.	Radius gr. 90.		10.
16 Triang.	X ♈ G gr. 23 31′ 30″.	t.	9. 638820.
Sphæric.	♈ X gr. 15 51 49.	cs.	9. 983137.
Rectang.	♈ X G gr. 67 16 42.	ct.	9. 621957.

Problema 3.

Datâ altitudine medii Cœli, unà cum angulo Eclipticæ & Meridiani, Nonagesimum gradum Eclipticæ, cum ejus altitudine venari.

De nonagesimo gradu Eclipticæ inveniendo, cum ejus Altitudine.

PRimùm. In Triangulo Sphærico Rectangulo Z X L pro inveniendis lateribus X L & Z L, Δεδόμενα sunt. (1.) Z X L angulus. Eclipticæ & Meridiani, per Problema 2. grad. 67. 16′ 42″. inventus (2.) Z X gr. 45 16′ 10″. Complementum altitudinis Meridianæ Sectionis. (3.) Z L X angulus rectus gr. 90. hinc inveniuntur latera X L & Z L.

1. Pro X L *distantiâ Nonagesimi à Meridiano.*

Radius gr. 90.	10.	Med. Cœli ad X gr.	15 51′ 49″ ♈.
Z X gr. 45 16′ 10″.	t. 10. 004085.	Arcus L X add.	21 18 4.
Z X L gr. 67 16 42.	ct. 9. 586874.	Nonagef. grad. ad L.	7 9 53. ♉.
X L gr. 21 18 4.	t. 9. 590959.		

NOTA. Hæc distantia Nonagesimi à M. C. semper est addenda Medio Cœli à Capricorno ad Cancrum, & subtrahenda à Cancro ad Capricornum, & gradum Nonagesimum producit.

2. Pro L Z. *Complemento altitudinis Nonagesimi gradus.*

Altitudo Nonagesimi quomodo investigetur.

Per Probl.	Radius gr. 90.		10.
2. Triang.	Z X L gr. 67 16′ 42″.	s.	9. 964915.
Sphæric.	Z X gr. 45 16 10.	s.	9. 851518.
Rectang.	Z L gr. 40 56 30.	s.	9. 816433.

Ergò dantur Z L gr. 40 56′ 30″. cujus Complementum R L gr. 49 3′ 30″. est altitudo Nonagesimi quæsita.

Probl.

Problema 4.

Datâ altitudine Nonagesimi gradûs unà cum distantiâ Solis ab eodem, Angulum Eclipticæ cum circulo verticali indagare.

De angulo Eclipticæ cum Circulo verticali.

REtento eodem Ultimo Diagrammate, habemus, in Triangulo L Z N (1.) Z L gr. 40 56′ 30″. Complementum altitudinis Nonagesimi gradûs (2.) L N gr. 66 16′ 17″. Distantia Solis à gradu Nonagesimo (3) Z L N angulus rectus gr. 90. ex hisce Δεδομένοις inquirendus est angulus Z N L hoc pacto.

L N gr. 66 16′ 17″.	*Distantia Solis à gradu 90.*	s.	9. 961640.
Z L gr. 40 56 30.	*Compl. altitudinis Nonagesimi*	t.	9. 938270.
Radius 90.			10.
Z N L gr. 43 27 33.	*Angulus Eclipticæ cum Verticali*	t.	9. 976630.

Problema 5.

Datâ eâdem Altitudine Nonagesimi ac Distantiâ Solis ab eodem; Altitudinem Solis invenire.

Quomodo vera Solis Altitudo supra Horizontem in omni regione, & in quâlibet datâ horâ aliter quàm superius inveniatur.

IN eodem Triangulo Z L N dantur latera Z L gr. 40 56 30. L N gr. 66. 16′ 17″. ergò datur Z N hoc pacto.

Radius gr. 90.			10.
Z L gr. 40 56 30.	*Compl. altitudinis Nonagesf.*	cs.	9. 878164.
L N gr. 66 16 17.	*Distantia Solis à gradu 90.*	cs.	9. 604663.
Z N gr. 72 18 14.	*Compl. altitudinis Solis*	cs.	9. 482827.

Ergò datur V N grad. 17 41′ 45″. *Altitudo Solis quæsita.*

Problema 6.

De Parallaxi Solis, Lunæ, aliorumq; Planetarum.

Parallaxis Astri quid


L*Ocus verus Astri* est punctum Firmamenti per rectam lineam à centro Terræ per centrum astri ductam demonstratum, visus autem seu apparens locus per lineam ab oculo per centrum astri ductam determinatur, quapropter Παραλλάξις, (seu diversitas aspectus) astri est arcus circuli magni per Zenith & verum locum astri transeuntis, nempè arcus ejusdem circuli, inter verum & apparentem interceptus.

Omnes Planetæ Parallaxin pariunt.

Omnes Planetæ parallaxin pariunt, præcipuè ij Terræ propiores. Planetâ autem in Zenith existente, nulla datur parallaxis, sed visus & verus locus semper coincidunt, & hoc tantùm in Zonâ torridâ contingere potest, Si verò fuerit Planeta à Zenith remotus, differunt inter se locus verus & apparens.

In

Demonstratio. In hâc Figurâ repræsentet A centrum *Terræ*, B locum *Observationis* in superficie *Terræ*, Z O Quadrantem Octavæ Sphæræ, quæ propter immensam distantiam Parallaxeωs egens est, D H C orbem unius Planetarum, A H P, vel A K L lineam veri loci Planetæ, B H M, & B K N lineas apparentium locorum; hinc observatu facile est quòd cum Planeta est in H, angulus Parallaxeωs adæquat angulum B H A, qui idem est cum angulo P H M, secundum 15. *primi Libri De Elementis*.



Παραλλάξις Astri quando nulla, quandoq; maxima. Per hanc Demonstrationem vobis, visu facillimum est quòd cum Planeta est in D nulla omninò Parallaxis est altitudinis, cùm autem in K maxima est, idcircò quantò propior Planeta horizonti, tantò major est illius Parallaxis. Indè manifestum est quòd angulus Parallaxeωs maximus fit in Horizonte.

Problema 7.

Datâ Distantiâ Planetæ à Terrâ unà cum Terræ semidiametro, Parallaxin Planetæ in Circulo verticali reperire.

Parallaxis Planetæ in circulo verticali. Sit in Schemate præcedente, A B Semidiametrus Terræ, D H distantia Planetæ à Zenith, A H distantia illius à centro Terræ, & B H A vel P H M Parallaxis planetæ in eodem circulo verticali.

Ad tempus supra datum 1665. diem 25 Junii hor. 6 A.M. Altitudo Solis invenitur gr. 17 41′ 46″. & distantia ejus à Terrâ 101783. Quocirca in Triangulo A B H dantur A H distantia Solis è Terrâ 101783.

A B Semidiameter Terræ 68 5.

B A H Distantia *Solis à Zenith* gr. 72 18′ 16″.

Ergò per solutionem Trianguli, datur Angulus Parallaxeωs A H B hoc pacto,

AH	101783 0.		
AB	68 5.		
Summa	101851 5.	Co. ar.	4. 992033.
Differ.	101714 5.		5. 007382.
Tang.	53 50′ 53″.		10. 136314.
Tang.	53 48 40.		10. 135729.

Ang. BHA . PHM. 2 13. qui est Parallaxis Solis in Circulo verticali, tempore dato quæsita.

Problema 8.


De Parallaxi Solis, Lunæ, aliorumq; Planetarum secundum Longitudinem & Latitudinem.

Parallaxis longitudinis quid. Parallaxis *longitudinis* est arcus Eclipticæ seu circuli paralleli eidem inter duos magnos circulos interceptus, quorum unus à Polo Eclipticæ per verum locum præterit, alter ab eodem Polo per locum apparentem; ita Parallaxis longitudinis differentia tantùm est veri & apparentis loci secundum longitudinem Eclipticæ.

Parallaxis

Parallaxis verò *latitudinis* est arcus circuli magni prætereuntis Polos Zodiaci ad locum astri visum inter duos circulos æquidistantes interceptus, quorum unus præterit verum locum astri, alter apparentem. Parallaxis latitudinis quid.

In hoc Diagrammate repræsentet B verum locum Planetæ, O apparentem, O B Parallaxin altitudinis, R B Parallaxis Longitudinis, & O R Parallaxin latitudinis.



Expositio

His ita præmissis, ad rem nobis propositam festinabimus, & cursim breves aliquas directiones, quibus cùm Planeta Parallaxin longitudinis solùm, & cùm Parallaxin latitudinis solùm, & cùm Parallaxin & longitudinis & latitudinis habet, sciamus, inferemus.

Regulæ quinq;

1. *Si linea verticalis, seu linea à Zenith ad Planetam transiens sit Signifer, nulla datur Parallaxis latitudinis, sed solùm longitudinis.*

2. *Si linea verticalis Planetam transeuns in Signiferum directè cadat ad angulos rectos, nulla est Parallaxis Longitudinis, sed solùm latitudinis.*

3. *Si linea verticalis Planetam prætereuns, in Signiferum cadat cum obliquis angulis, Planeta Parallaxin & Longitudinis & Latitudinis habet.*

4. *Nobis ultra gradum 30. Poli Elevationis habitantibus, Planeta semper apparent Australiores, propterà quòd illorum Parallaxes semper in Austrum cadunt.*

5. *Ab Ortu usq; ad gradum Nonagesimum Planetæ apparent Orientaliores, sed à Nonagesimo gradu ad Occasum apparent Occidentaliores locis eorum veris; hoc est, illic locus visus præcedit, hic autem sequitur verum secundum seriem Signorum.*

Problema 9.

Datâ Parallaxi Altitudinis, unà cum angulo Eclipticæ cum Circulo verticali, Parallaxin Longitudinis & Latitudinis numerare.

IN Diagrammate præcedente repræsentet O B R Angulum Eclipticæ cum Verticali, O B Parallaxin Altitudinis, B R Parallaxin Longitudinis, & O R Parallaxin Latitudinis. Modus inquirendi Parallaxin Longitudinis & Latitudinis.

Ad tempus supra datum 1665. Junii 25 diem, Hor. 6. A. M. Parallaxis Altitudinis Solis est 2′ 13″. & Angulus Eclipticæ cum verticali gr. 43 27′ 33″. ergò dantur latera B R & R O hoc pacto.

I. In Triangulo Rectangulo O R B, pro R B Parallaxi Longitudinis.

Radius gr. 90.			10.
O B Parallaxis Altitudinis Solis	2′ 13″	t.	6. 80918.
O B R Angulus Ecliptica cum Verticali, gr. 43	27 33	cs.	9. 86085.
B R Parallaxis Longitudinis Solis	1 37	t.	6. 67003.

2. In eodem Triangulo, pro R O Parallaxi Latitudinis.

Radius gr. 90.			10.
O B Parallaxis Altitudinis Solis	2′ 13″.	s.	6. 80918.
O B R Angulus Ecliptica cum Verticali, gr. 43	27 33.	s.	9. 83748.
R O Parallaxis Latitudinis Solis	1 31.	s.	6. 64666

Eodem modo exerceat se Astrophilus in inquirendis aliorum Planetarum Parallaxibus, ut infra (Deo favente) demonstrabimus.

Problema 10.


Datâ altitudine Planetæ latitudinem Sensibilem habentis, & ejus Distantiâ à 90. gradu, unà cum Altitudine Orbitæ Planetæ in eodem gradu, Parallaxin Longitudinis & Latitudinis investigare.

Modus inveniendi Parallaxin Planetæ, latitudinem ab Eclipticâ sensibilem habentis.

IN *Lunâ & cæteris Planetis*, qui Latitudinem habent ab Eclipticâ, cùm illa gradum unum, aut duos excesserit, præmissa Doctrina huic nostro negotio accuratè non subserviet, quia Angulus Parallacticus Eclipticam solùm respicit, in Solaribus tamèn Deliquiis doctrina præcedentis Capitis prælatu dignissima est; nihilominùs quomodo hoc efficiatur, cum Luna aut Planeta sensibilem habet latitudinem demonstravero, ad quod faciendum, applicabo exemplum tempori insignis illius Observationis *C. S. Longomontani*, *Lib.* 1. *Cap.* 6. *Theorie.* quâ usus sum *Part.* 4. *Cap.* 11. in rectificatione motûs Lunæ; viam igitur præesse aliis existimo, ostendam.

Expositio.

Esto in hâc Figurâ Meridianus integer A H L P, Horizon H C L, Æquator E O F. Sitq; A Zenith, seu Vertex *Haphniæ in Dania*, N D O portio Orbis Lunæ, A D C Circulus verticalis, in quo Phænomenon hæreat, A B K Gradus Nonagesimus Eclipticæ, D verus Locus *Lunæ*, X locus apparens, K B Altitudo Orbis Lunæ in Nonagesimo gradu, C D Altitudo Lunæ supra Horizontem, D X Parallaxis Altitudinis, D Z Parallaxis Longitudinis, Z X Parallaxis Latitudinis.



Illustratio.

Longomontanus Theoric. Lib. 1 Cap. 6. & 8.

Anno 1608. die 12. *Februarii*, hor. 8. 43′. vesperi, observavit *Longomontanus* illustrem Conjunctionem superioris cornu *Lunæ* cum *Aldeboran*; quo tempore verus Solis locus (juxta Tabulas nostras) erat in gr. 3 43′ 30″. ♓. Lunæ in gr. 4 46′ 53″ ♊, Nodus Lunæ boreus, Sig. 4. gr. 23 54′ 9″. Latitudo Lunæ gr. 5 11′ 14″; Austrina.

Datur etiam		gr.	′.
Ascensio Recta Medii Cœli		106	24.
Medium Cœli in Ecliptica	♋.	15	6.
Gradus Nonagesimus	♋.	10	55.
Nodus Lunæ boreus	♌.	23	54.
Latitudo Orbitæ Lunæ in Nonagesimo Merid.		3	24.
Angulus Orientis		57	11.
Ergò habetur Altitudo Nonagesimi in Orbitâ Lunæ		53	47 = K B.
Distantia Lunæ à gradu 90.		36	9 = B D.
Altitudo Lunæ supra Horizontem		38	50 = C D.

Per Probl. 11 Triang. Sphæric. Obliquan.

Quoniam jam in Triangulo A B D dantur omnia Latera, A D gr. 51 10′. B D gr. 36 9′, A B gr. 36 13′, ergò dabitur Angulus B D A æqualis angulo X D Z gr. 49 10′.

In

In Triangulo DZX pro lateribus DZ & ZX inveniendis, data sunt primò DX Parallaxis Altitudinis Lunæ 46′ 8″, secundò Angulus Parallacticus XDZ gr. 49 10′, ergò secundum 9. hujus, datur Parallaxis Longitudinis DZ 30′ 10″, & Parallaxis Latitudinis ZX 34′ 54″. Jam si auferatur Parallaxis Longitudinis 30′ 10″, ex vero loco Lunæ gr. 4 46′ 53″. ♊, relinquit locum Lunæ visum gr. 4 16′ 43″ ♊. Additâ verò Parallaxi Latitudinis Lunæ 34′ 54″. ad veram *Lunæ* latitudinem, gr. 5 11′ 14″, conflatur Latitudo *Lunæ* visa gr. 5 46′ 8″. austrina. Fuit autem Aldeboran in gr. 4 18′ 12″ ♊, cum Latitudine australi gr. 5 31′. Differentia itaq; Longitudinum Lunæ & Aldeboran erat 1′ 29″, & differentia Latitudinum 15′ 8″, quæ est ferè æqualis Lunæ Semidiametro 16′ 9″. Erat ergò visibilis Conjunctio superioris cornu Lunæ cum *Aldeboran*, omnibus modis ut *C. Longomontanus* observavit.

In Parallaxibus aliorum quinq; Planetarum investigandis, quamvis Orbes illorum singuli ad Eclipticam inclinati sint, veruntamen quia Parallaxis Sideris, præcipuè *Saturni* & *Jovis*, semper est perexigua, & sæpe nulla, hic igitur sit modus inquirendæ Parallaxeos. Modus facilior.

Exemplum. Anno 1644. die *Julii* 28 Ho. 2. manè, cum Stella Martis esset in orientali quadrante Cœli, sub radiis ♃ vibrantibus, Inquirenda est Parallaxis ♂ in Longitudine & latitudine, & primùm ad hoc tempus datur ex Tabulis.

	gr.	′.
Ascensio Recta Medii Cæli	347	20.
Medium Cœli in Ecliptica	16	14. ♓.
Angulus Meridianus	67	4.
Altitudo M. C. Lussenbamiæ	31	53.

Primùm inquirendus est angulus Eclipticæ cum Horizonte, juxta doctrinam in Probl. 3. traditam. Sic in nostro Exemplo hic angulus invenietur gr. 38 33′ 18″.

II. Si conjiciantur in unam summam hi duo Logarithmi. 1. Cosinus anguli meridiani. 2. Cotangens Altitudinis Medii Cœli, dabitur Tangens distantiæ Gradûs Nonagesimi à Medio Cœli, quæ si addatur M.C. à Capricorno ad Cancrum, vel auferatur à Cancro ad Capricornum, prosiliet Gradus Eclipticæ Nonagesimus.

Exemplum.

									gr.	′	″.
Angulus Meridianus	gr. 67	4′	0″.	cs.	9. 590685.	Medium Cœli		16	14	0 ♓.
Altitudo Medii Cœli	gr. 31	53	0.	ct.	10. 206180.		Add.	32	3	50.
Distantia 90^{ni} à M.C.	gr. 32	3	50.	t.	9. 796865.	Grad.	90.	18	17	50 ♈.

III. Ex distantia ♂ è Terra 125248. datur Horizontalis ♂ Parallaxis Scr. 1′ 53″. per doctrinam in *Probl. 7. hujus.*

IV. Quocirca si conjiceris in unam summam tres numeros Logarithmicos, 1. Logarithmus Logisticus Parallaxeos ♂ Horizontalis, 2. Sinus Anguli Orientis, seu Eclipticæ cum Horizonte, 3. Sinus Elongationis Martis à Nonagesimo, conficies Logarithmum Logisticum Parallaxeos Longitudinis. Modus inveniendi Parallax. in ♂ (vel alterius Planetæ) in Longitudinem.

Exemplum.

Parallaxis ♂ Horizontalis	1′ 53″.	L. L.	8. 49677.
Angulus Eclipticæ cum Horizonte,	38°. 33′ 18″.	S.	9. 79467.
Elongatio ♂ à Nonagesimo gr.	40 0′ 24″.	S.	9. 80813.
Parallaxis Longitudinis ♂	0′ 45″.	L. L.	8. 09957.

V. Si addantur Logarithmus Logisticus Parallaxeos ♂ Horizontalis, & Cosinus anguli Orientis, proveniet Logarithmus Logisticus Parallaxis latitudinis.

Modus inquirendi Parallaxin quinq; minorum Planetarum in Latitudinem

Exemplum.

Parallaxis ♂ Horizontalis	1′ 53″.	L.L. 8. 49677.
Angulus Orientis, seu Eclipt.cum Horiz. gr. 38	33′ 18″.	cs. 8. 89321.
Parallaxis Latitudinis ♂	1′ 29″.	L.L. 8. 38998.

Ad supplendum Paginam vacuam, placet hoc *Problema Longomontani*, annectere, in quo redduntur rationes refractionum Siderum.

Problema II.

De Refractionibus Siderum.

Doctrina Refractionis Siderum, esti in opticis *Vitellionis*, & *Albazeni* quodammodo sit indicata: nostrâ tamen ætate primùm per *Tychonem Brahe* ab experientiâ cœlesti est reperta, & causæ ejusdem luculenter cum *Rothmanno* disceptatæ. Has postea *Johannes Keplerus* numeris demonstrationi alligatis explicare conatus est, sed non satis generali modo, quum in locis maritimis ac Polo Arctoo vicinioribus, pro crassiore aeris constitutione refractiones in immensum varientur, adeo ut duplo, aut etiam triplo majores ibidem fiant, quam in ulteriore *Germania*, aut cæteroquin in locis aerem per Radios Solis efficaciores depuratum habentibus. Duo itaq; ad varietatem refractionum Siderum indicandum occurrunt, natura *Soli*, & *Solis* radiorum gemina inter feriendum superficiem Terræ obliquatio, una appropinquationis poli respectu; altera horizontis in singulis locis. Quibus consideratis, & quod ultra semiquadrantem à finitore vix in ullis locis, quibus hactenus in *Norvegiâ* & alibi degeram, *sensibiles Refractiones* deprehendantur, causas ejus adjuncto Diagrammate breviter cum Domino *Tychone* exponam. In quo à centro A tres Orbes describuntur; extimus cœlestis, cui sidera inhærere intelliguntur B C D, terrestris globus H N, & Sphæra aerea M K L, circa *Terram* undique fusa. Sit autem ætherea regio quæ intra hanc sphæram & extimum orbem continetur, tam subtilis materiæ ac essentiæ, (sicut illa à nobis in præcognitis ostensa est, & amplius doctrina Parallaxium, ac Refractionum ostenditur) ut nullam per se siderum aut Refractionem aut vibrationem causetur. Constat itaque quod Refractionum causa penes solam aeream Sphæram sit consideranda, modo, quo superius dixi; adeo ut ratione crassioris diaphani, & obliquioris projectionis radiorum efficacius sidera refringantur, sive per visum nostrum, sive per radios suos sese nobis insinuent, unde accidit, quod maximæ Refractioni Stella in maxime declivi situ obnoxia fiat. Veluti in L. Sideris existentis in Horizonte G, ob incidentiam obliquiorem radii in L, & crassius diaphanum H L, quod in P pene evanescit.

Refractionum variatio.

CAP. IV.

IN hoc Capite ostendemus quomodo Distantia duorum locorum positorum supra Terram solutione Triangulorum Sphæricorum inveniatur, quod quidem priusquam aggrediamur, necessarium erit, ut definiamus; quid si Urbis Longitudo & Latitudo, & quâ viâ Distantia unius loci ab altero ad oculum repræsentatur secundum Sphæræ projectionem.

1. *Longitudo loci* est ejusdem distantia ab insulis Fortunatis ultra Portugalliam, quæ vocantur *PRIMARIUS MERIDIANUS*, undè Longitudo omnium locorum supra Terram in Æquinoctio Orientem versus numeratur. Longitudo Urbis quid.

2. *Latitudo Loci* est Distantia ejusdem ab Æquinoctiali Circulo, quæ in Meridiano alterum Polorum versùs numeratur. Latitudo loci quid.

3. Distantia duorum locorum est arcus magni Circuli Terrestris per utrosq; locos prædictos transiens, & brevissimum inter eosdem spatium est supra Terræ superficiem. Distantia locorum in Terrâ quid.

Longitudo loci multis etiamsi modis, facillimè tamen Eclipsi Lunari investigetur. Supponendum est itaq: Lunaris Eclipsis *LONDINI* initium fore Horâ octavâ, Scrup. 55′ post Meridiem, & eâdem nocte *ROMÆ* incipisse observatur Horâ nonâ, Scrup. 46′, differentia erit Scrup. 51′, sive gr. 12 45′, quæ addita Longitudini *LONDINI* gr. 24 20′, denotat Longitudinem *ROMÆ* gr. 37 5″. Longitudines locorum in Terrâ ex Eclipsibus Lunæ adamussim inveniuntur.

Latitudinem loci quovis die habere liceat altitudine Solis meridianâ, & ejusdem Declinatione; Si enim Sol habeat Australem Declinationem, addendum est Altitudinem Quadrantis observatam (quam Parallaxi & Refractione corrigere liceat) vel si Borealem habeat Declinationem, subtrahenda est eadem ab Altitudine observatâ, & habebis Elevationis Poli Complementum. Investigatio latitudinis loci ex Altitudine Solis meridianâ extra tempus Æquinoctii.

E. G. Die 10 *Aprilis* 1661. Sol Meridianus erat in gr. 0 52′ ♉, Borealem habens Declinationem gr. 11 49′, quo temporis articulo Meridiana ejus Altitudo *Luffenhamiæ* observaretur gr. 49 9′, itaq; secundum Regulam, quia Boream habet Declinationem, ex Altitudine Declinatio subtrahitur, & manent gr. 37 20′, Poli scilicet Elevationis complementum. Exemplum.

Sed quoniam jam extant particulares Catalogi Longitudinis & Latitudinis plurimarum Civitatum, & locorum supra Terram, de hâc re non ampliùs differendum est, sed in his quæ sequuntur Problematis docebimus, quomodo itineraria Distantia duorum locorum supra Globum Terrestrem fit accuratè investiganda.


Problema 1.

Quo inveniri potest Distantia duorum locorum Longitudine solâ differentium. Quâ arte distantiæ locorum inveniantur.

AD explicandum hoc observare licet, quod in adjuncto Diagrammate, Circulus extremus literis P C M L insignitus denotat *Primarium* Terræ *Meridianum*, C B D L Terræ Æquinoctialem, P Boreum ejusdem Polum, M verò Austrinum, &c. Expositio

In hoc Problemate duo sunt Casus.

1. Si uterq; locus sub Æquinoctiali sit, tunc differentia Longitudinum est Quando Civitates sub Æquatore sitæ sunt.



distantia quæsita. E. G. Supponas B esse Insulam S. *Thomæ*, quæ Longitudinem habet gr. 33 10′, & D Insulam *Sumatræ*, cujus Longitudo est gr. 137 10′. Differentia Longitudinum gr. 104 0′. in Anglica Milliaria conversa, pro distantiâ dat 6240.

Quando uterq; locus est Borealis, vel Australis, estq; eadem latitudo utriusq;.

2. Si duo loci non sint positi sub Æquinoctiali, sed sub Parallelo aliquo intra Æquinoctialem & alterutrum Polorum, hinc hoc sit in Exemplum.

In hoc Diagrammate α denotet urbem Compostellam in Hispaniâ, cujus Latitudo est 43° 0′, & y urbem Constantinopolin, quæ eandem habet Latitudinem, sed in Longitudine differt gr. 44 0′. Distantiam si velis investigare α y dimidiam differentiam Longitudinum capias α λ, sive λ y gr. 22 0′. Tunc in Triangulo Rectangulo α λ P = y λ P, notavimus (1) α P Complementum Altitudinis Poli gr. 47 0′. (2.) Angulum α P λ Semidifferentiam Longitudinum Urbium earundem gr. 22 0′, (3.) P λ α Angulum Rectum gr. 90. Hinc ut inveniatur α λ analogia est.

Radius gr. 90.		10. 000000.
Sinus α P λ gr. 22 0′ ″.		9. 573575.
Sinus P α gr 47 0		9. 864127.
Sinus α λ gr. 15 54 2.		9. 437702.

Ita vera Distantia α y est gr. 31 48′ 4″. Anglica scilicet milliaria 1908.

Problema 2.

Distantiam duorum locorum latitudine solâ differentium investigare.

Quando uterq; locus est etiam Borealis vel Australis, estq; eadem longitudo utriusq;.

IN *hoc Problemate duo sunt etiam Casus.*

1. Si duo loci solâ latitudine distant, & ex eâdem parte Æquinoctiali positi sint, subtrahenda est minor Latitudo à majori, & residuum est distantia quæsita.

Supponas itaq; Locum X habere latitudinem gr. 22 30. Boream, & locum O gr. 45 30′, differentia est gr. 23 20′, quæ in Anglica Milliaria conversa,

(60 milliaribus ad gradum numeratis) dat Distantiam duorum locorum prædictorum 1400. milliaria.

2. Si duo loci positi sint, hic ex Boreali, ille ex Australi Æquinoctialis parte, tunc addendæ sunt duæ Latitudines, & summa dabit debitam Distantiam.

E. g. Supponas locum O habere gr. 45 30′. Borealis Latitudinis, & locum Z habere gr. 21 0′, Australis Latitudinis; aggregatum gr. 66 30. in Anglica milliaria conversum, dat Distantiam 3990. milliaria.

Quando loca eandem habent longitudinem sed unus est Borealis, & alter Australis.

Problema 3.

Ad inveniendam Distantiam duorum locorum & Longitudine & Latitudine differentium.

Quando Civitates habent contrariam & longitudinem & latitudinem.

IN hoc Problemate sunt & duo Casus.

1. Si hoc locus sub Æquinoctiali positus est, & ille ad Polorum alterum, *Exemplo* sit. Denotet ♪ urbem *Arim* (quæ ab Astrologis Arabicis, *Medium Mundi* appellatur) cujus longitudo est gr. 109 5′, directè posita sub Æquinoctiali, Q verò Urbem *Quinsai*, quæ Longitudinem habet gr. 152 20′, & Boream Latitudinem gr. 40 0′, quarum distantiam ostendit arcus ♪ Q. itaq; In Triangulo Rectangulo ♪ E Q dantur (1) ♪ E differentia Longitudinum gr. 43 15, (2.) E Q Latitudo *Quinsai* gr. 40 0′, (3) ♪ E Q Angulus Rectus gr. 90, hinc inquirenda est Distantia ♪ Q.

1 Quando unus locus sub Æquinoctio positus est, & alter ad Polorum alterutrum.

Radius	gr. 90	0′	0″.	10. 00000.	Arcus ♪ Q numeratus supra Terræ superficiem gr. 56 5′. efficit 3365. Italica, sive Anglica milliaria, & hæc est Distantia *Quinsai* ab *Arim*.
cs. ♪ Q	gr. 40	0	0.	9. 88425.	
cs. ♪ E	gr. 43	15	0.	9. 86235.	
cs. ♪ Q	gr. 56	5	0.	9. 74660.	

2. Sin autem duo loci positi sint extra Æquinoctium; distantia eorundem solutione Sphærici Trianguli Obliquanguli inquirenda est, uti demonstrabunt hæc Exempla sequentia.

Quando Civitates extra Æquatorem sitæ sunt.

Exemplum 1. Supponatur S denotare *LONDINUM*, cujus Latitudo a S est gr. 51 32′, & T *Hierusalem*, cujus Latitudo C T est gr. 32 10′, differentia harum Longitudinum est gr. 45 30′. Quamobrem in Triangulo Obliquangulo S P T dantur (1.) P S complementum Latitudinis *LONDINI* gr. 38 28. (2.) P T complementum Latitudinis *HIERUSALEM* gr. 57 50′, (3) Angulus comprehensus S P T gr. 45 30′, quæ differentia est longitudinis horum locorum. Ad inveniendam itaq; Distantiam S T hoc modo procedendum est per *Problema* 2. *Triang. Spheric. Obliquang.*

Quando loca sita sunt extra Æquinoctialem versus Septentrionem, vel Meridiem.

Operatio.

Radius gr. 90.	10. 000000.	Ex arcu PT gr. 57 50′ 0″.	cs. PH gr. 29 6′ 43″.	9. 941348.
t. PS gr. 38 28′.	9. 900086.	Aufer P H gr. 29 6 43	cs. PS gr. 38 28′	9. 893745.
cs. SPT gr. 45 30′.	9. 845662.	Restat HT gr. 28 43 17	cs. HT gr. 28 43 17.	9. 942984.
t. PH gr. 29 6′ 43″.	9. 745748.			19. 836729.
			cs. ST gr. 38 11′ 37″.	9. 895381.

Hinc datur Distantia S T gr: 38 11′ 37″, & hoc efficit 2291. milliaria.

Exemplum 2. Supponamus etiam punctum a repræsentare urbem *COMPOSTELLAM* prædictam, quæ longitudinem habet gr. 15 20′, latitudinem gr. 43 0′, θ verò denotet Promontorium *BONÆ SPEI*, cujus Longitudo est gr. 49 20′, Latitudo gr. 35 0′, Austrina, & a θ. Demò Distantia inter hosce locos inquiratur.

Quando unus locus est Borealis, & alter Australis.

Quare

Quare in Triangulo Obliquangulo Pαθ dantur (1.) Pα complementum Latitudinis *COMPOSTELLÆ* gr. 47 0′, (2.) Pθ gr. 125 0′, (quod est aggregatum Rθ latitudinis Promontorii *BONÆ SPEI* gr. 35 0′, & PR gr. 90.) (3.) angulus inclusus αPθ gr. 34 0′, qui est differentia longitudinum eorundem locorum. Hinc Distantiam αθ (ut anteà) potes deprehendere.

(1.)

Per Probl 6 Triang. Sphæric. Obliq.	Radius	gr. 90 0′ 0″.	10. 000000.			gr. ′ ″.
	ts Pα	gr. 47 0 0.	10. 030344	Ex Arcu Pθ		125 0′ 0″.
	cs. αPθ	gr. 34 0 0.	9. 918574.	Aufer PK		41 38 17.
	t. PK	gr. 41 38 17″.	9. 948918.	Restat Kθ		83 21 43.

(2.)

Per idem Probl. 6.	cs. PK	gr. 41 38′ 17″.	9. 873528.
	cs. Pθ	gr. 47 0 0.	9. 833783.
	cs. Kθ	gr. 83 21 43.	9. 062946.
			18. 896729.
	cs. αθ	gr. 83 56 41.	9. 023201.

Ergò datur Distantia eorundem locorum milliaribus Anglicis 5036.

In animo nostro quandoq; fuit de umbrarum arte quasi in Synopsi aliquid disseruisse, ut enuclearemus Candido Lectori methodum, quâ Scioterica omne genus Horologia doctrinâ Sphæricorum Triangulorum in Plano, quovis modo inclinato, describerentur; sed cum alia mentem aliò negotia trahant, missum facimus, eâ tamen lege, ut si quando hæc Typis secundis committantur, non solùm nostro, sed voto forsitan tuo satisfacturi simus, ut & aliquid prœterea Operis aggressuri, quod Mathematicæ candidatis usui futurum esse arbitramur.

DOC-

DOCTRINÆ SPHÆRICÆ

APPENDIX.

De variis Propositionibus valdè necessariis.

QUamvis jamdudum Doctrinam Sphæræ per solutionem Sphæricorum Triangulorum abundè tractavimus, nihilominùs ut ad illius praxin expeditiùs perveniamus, hìc quomodo Propositiones maximè necessarias, ante hæc exhibitas, per Tabulas facillimas ad hoc supputatas expediamus, demonstrabimus; & in sequent. 2. Capitibus, de ASTRONOMICA CHRONOLOGIA, & COMPUTO ECCLESIASTICO disseremus. Usus Tabularum Primi Mobilis.

CAP. I.

POst Tabulam Logarithmorum Logisticorum sequitur Tabula *Declinationum* & Angulorum *Eclipticæ* & *Meridiani*, & sequen ibus paginis, Tabulæ *ASCENSIONUM Rectarum*, & *Differentiarum Ascensionalium*, in quibus non multum deest ad totam Doctrinam Sphæricam, quantum in his Tabulis necesse erit expediendam. Attendat igitùr *Astrophilus* ad sequentia hujus Capitis Præcepta, & exinde addiscat ut sequitur.

Sect. 1. *Declinationes* & *Anguli Meridiani* inveniuntur per Signum in fronte vel Calce, & gradum in latere dextro, si Signum sit in Calce, sinistro verò si sit in fronte; Angulus enim communis exhibet utrumq; quæsitorum sub suo titulo. Partem proportionalem & hic & ubicunq; opus erit adhibendo, ut in *Logisticâ* nostrâ *Astronomicâ* docetur, quod semel monuisse sufficiat. Quomodo Declinationes & Anguli Meridiani ex Tabulis dignoscantur. Tab. fol. 11.

Exemplum, Si ponatur gr. 0 0′ ♊ in Meridie, erit ex Tabulâ
Declinatio gr. 20 13′ 22″.
Angulus Meridianus gr. 77 42.

Sect. 2. *ASCENSIO RECTA* ex Tabula sequenti habetur, quærendo Signum in frontè, & gradum in margine sinistro; Angulus enim communis exhibet Ascensionem Rectam. Ascensio Recta, quâ methodo investigetur.

Exemplum. ♊ 0° 0′. dabit Ascensionem Rectam gr. 57 48′ 7″.

Sect. 3. *DIFFERENTIA ASCENSIONALIS* cujuslibet partis Zodiaci invenitur per gradum Declinationis in Margine Sinistro, & gradum Elevationis Poli in fronte: Angulus enim communis (duplici adhibitâ parte proportionali si opus fuerit) exhibet Differentiam Ascensionalem quæsitam. Differentia Ascensionalis, & quomodo inveniatur.

Exemplum. Differentia Ascensionalis ♊ 0. ex Declinatione priùs quæsitâ gr. 20 13′ 22″. sub Elevatione Poli gr. 51 32′. erit gr. 27 37′. Tabb. fol. 30.

Sect. 4. Poterit etiam per Ascensionem Rectam & Differentiam Ascensionalem, inveniri Ascensio Obliqua hoc modo. Si punctum Zodiaci cujus Ascensio obliqua quæritur sit in Borealibus Signis, Differentia Ascensionalis, Ascensioni Rectæ subtrahatur; si in Australibus addatur, & emerget Ascensio Obliqua. Ut in Exemplo, quæritur Ascensio Obliqua ♊ 0. datur ex prioribus ejus Ascensio Recta gr. 57 48′ 7″, & Differentia Ascensionalis gr. 27 37′. subducantur igitur gr. 27 37′ (quia Signum est Boreale) ex gr. 57 48′. & residuum gr. 30 11′, erit Ascensio Obliqua. Ascensio Obliqua, quomodo indagetur.

Descensio Obliqua.

Sin autem quæritur Descensio Obliqua, adhibeatur ut supra Differentia Ascensionalis, contrario tamen titulo. Ut in hoc Exemplo, peractâ operatione, emerget Descensio Obliqua, gr. 85 25.

Modus Convertendi Horas & Min. temporis, in gradus & min. Æquatoris, & è contra.

Hoc in loco etiam sunt alia docenda in sequenti Tabularum usu necessaria; Tabula igitur illa [convertendi horas & min. temporis in gradus & min. Æquatoris] quam anteà proposuimus, hic addiscat Calculator uti, & per eam tam tempora horaria in tempora Æquinoctialia convertere, quam hæc in illa; quam praxin ob facilitatem solis Exemplis docere sufficiet.

Exemplum. Convertantur gr. 40 1′ 0″, in Scrupula horaria. Hæc Tabula hujusmodi numeros exhibet.

	Ho.	′	″.	
Gr. 40.	2	40		
Scr. 1.		0	4	
Sec 0.			0	0.
Summa	2	40	4	0.

Vicissim si sint Horæ 2 40′ 4″. in tempora Æquinoctialia convertendæ, contrario modo procedendum est, & Operatio erit hujus modi.

	Gr.	′	
Ho. 2 40′.	40	0	
4.		1	0.
Summa.	40	1	0.

Aliis Exemplis opus non erit, respiciat tantummodò *Calculator* ad titulos in fronte Tabulæ expressos, hi enim titulos excerptorum indigitant.

Modus inveniendi ipsum Cœli medium.

His præmissis in proclivi erit Ascensionem Rectam *Medii Cœli*, & inde ipsum *Cœli* medium invenire. Additis enim horis à Meridie (in Tempora Æquinoctialia priùs conversis) ad Ascensionem Solis Rectam, conflatur Asc. Recta Medii Cœli, quæ inter areas Tabulæ Ascensionum Rectarum dabit *Medium Cœli*.

Exemplum. Sit Sol in gr. 13 26′ 10″. ♋. Sitq; tempus à meridie Hor. 18. 0′. Ascensio Solis Recta est gr. 104 36′. Tempus conversum est gr. 270 0′, His additis, emergit (post ablationem Circuli gr. 360.) gr. 14 36′. pro Ascensione Rectâ Medii Cœli, cui respondet in Tabula gr. 15 52′ ♈, vid. ipsum Cœli medium.

Punctum Ascendens, quâ methodo investigetur.

Sect. 5. Sin punctum Ascendens quæris, facilè quidem ad Ascensionem illius Obliquam pervenies, solâ additione 90. graduum ad Ascensionem Rectam Medii Cœli, inde autem Ascendens perquirere poteris ex Tabulis Obliquarum Ascensionum ad Elevationem Poli loci constructis.

Tabb. fol. 36.

Exemplum. Ascensio Recta Medii Cœli ex prioribus invenitur gr. 14. 36′. cui addatur gr. 90. proveniet Ascensio Obliqua Horoscopi gr. 104. 36′, cui respondet in Tabulâ (ad Elevationem *LONDINI* composita) gr. 7. 10 ♌, pro loco Ascendentis, illo tempore.

Altitudinis Medii Cœli, Investigatio.

Sect. 6. *Altitudinem Medii Cœli* hoc modo venabere. Ejus Declinationem per Sect. 1. inventam, in Borealibus Signis altitudini Æquatoris adde, in Australibus subtrahe, & emerget quæsitum.

Ut sit gr. 29 45′. ♐ in Medio Cœli; ejus Declinatio est gr. 23 31′ Meridionalis. Altitudo Æquatoris *LONDINI* est gr. 38 28′, à quâ Declinationem aufero, & relinquitur Altitudo Medii Cœli gr. 14. 57′.

Arcum Semidiurnum enucleare.

Sect. 7. *Arcus* etiam *Semidiurnus* ex *Differentiâ Ascensionali* sic inquiritur. In borealibus Signis addatur Differentia Ascensionalis 90. gradibus; in australibus subtrahatur, & emerget Arcus quæsitus, qui si in tempus convertatur, dabit tempus Semidiurnum. Sic in ♊ 0. *Differentia Ascensionalis* est gr. 27 38′. Addantur gr. 90. erit Arcus Semidiurnus gr. 117 38′, quod in tempus conversum facit Hor. 7 50′ 32″. pro tempore Semidiurno.

Per Tab. fol. 50.

Sect 8 Ex Tabulis Primi Mobilis *ANDREÆ ARGOLI* Tabulam Declinationum omnium punctorum Eclipticæ cum gradibus 9. Latitudinis, tàm Septentrionalis quam Australis transcripsimus.

Primùm

Primùm ingredere Tabulam Declinationum, inveniendo latitudinem in fronte, Signum & gradus in primâ Columnâ descendente, vel ultimâ ascendente, prout Signum monstrabit, & in angulo communi venabimur Declinationem puncti quæsiti.

Modus investigandi omnium punctorum Eclipticæ, Declinationem, Tabb. fol. 12.

Exemplum. Quæratur *Declinatio* gr. 15 ♌ cum latitudine Septentrionali grad. 1. intro Tabulam, & quia invenio Signum in calce, in Columnâ ascendente è regione gr. 15. reperitur *Declinatio* sub Columna latitudinis 1. gr. 17 21′, sub latitudine gr. 2. gr. 18 18′. sub Col. gr. 3. latitudinis, gr. 19 15′. Et sic procedendum est usq; ad gr. 9. latitudinis. Eodem prorsus modo invenietur *Declinatio* cum *Latitudine Australi*, nam è regione gr. 15 ♌, sub Columnâ gr. 1. latitudinis, Declinatio est gr. 15 26′, sub gr. latitudinis 2 gr. 14 28′, sub gr. 3. latitudinis, gr. 13 31′.

Sect. 9. Proximè post Tabulas *Declinationum*, Tabulam *Ascensionum Rectarum* ad gradus 9. latitudinis, tàm Septentrionalis, quàm Meridionalis subjunximus, quarum usus est valdè facilis, nam ingrediendo cum Signo & gradu in primâ Columnâ ad sinistram, & cum gradu latitudinis in fronte, in angulo communi venamur Ascensionem quæsitam.

Modus perquirendi Ascensionem Rectam. Tabb. fol. 18.

Exemplum. Sit inquirenda Ascensio Recta gr. 15 ♉, intro igitur Tabulam, & invenio Ascensionem Rectam cum latitudine gr. 1. Sept. gr. 42 13′. cum gr. 5. latitudinis meridionalis gr. 44 2′. Item gradus 10 ♌ cum Latitudine Sept. unius gradûs habent Ascensionem Rectam gr. 132 45′. cum latitudine 2. Sept. gr. 133. 2. Et sic deinceps in reliquis gradibus.

Sect. 10. Denique ut inveniatur *Ascensio obliqua*, utere hoc Exemplo.

Quæratur Ascensio Obliqua gr. 10 20′. ♊. sub Elevatione Poli *Londinensis* gr. 51 32′. è directo gr. 10. ♊, Ascensio est gr. 37 43′ 56″, in gr 11 ♊ Ascensio est gr. 38 33′ 19″, Differentia 49′ 23″, de quibus proportionalitèr pro min: 20. veniunt 16′ 28″, quæ addita Ascensioni sumptæ cum gr. 10. id est gr. 37 43′ 56″, constituent Ascensionem Obliquam gr. 38 0′ 24″.

Ascensionem Obliquam aliter invenire.

Descensiones Obliquæ indagantur sumendo Ascensiones Obliquas loci oppositi cum hâc conditione, quod si quæratur Descensio in Signis Borealibus, à datâ Ascensione loci oppositi subtrahatur Semicirculus, & relinquitur Descensio. In Signis verò australibus datæ Ascensioni loci oppositi addatur idem Semicirculus.

CAP. II.

DE CHRONOLOGIA ASTRONOMICA.

HActenus de Doctrinâ Sphæricâ in his Tabulis necessaria; quæ autem pleniùs desiderantur, sequentia Præcepta Libri 5. ubi de Luminarium Parallaxibus agemus, hanc lacunam supplebunt. Nunc de *Astronomicâ Chronologiâ* agendum est, quam ita hic accipi volo, ut Epocharum in Tabulis Astronomicis usualium capita indicet, & exterorum annos ad nostros Julianos & vicissim reductione absolvat, cui negotio Tabulas aliquot apposuimus, eâ facilitate exhibitas, ut operosâ praxi non indigeant. Primò enim Epocharum Celebriorum Synopsis præmittitur, quæ indicat, quo die Anni Juliani cujusq; Epochæ initium accidit; deinde Conversionem *Annorum* tàm *Julianorum*, quàm *Egyptiacorum*, *Persicorum* & *Arabicorum*, seu *Turcicorum* in Dies, quam seu communem omnium Annorum mensuram proponimus. Et cum iis, Anni Gregoriani anticipationem apposuimus; & hæc quidem brevitèr enunciare sufficiet. Pleniorem de his rebus notitiam qui velit, *ALSTEDII Encyclopædiam*, *KEPLERI Rudolphinas*, aliosq; Autores consulat. Nos ad Exempla transeamus.

Tab. fol. 78.

Tab. fol. 79.

Exemplum. Scire desidero quo tempore in Turcarum Computo *Junii* dies 10. Anni 1665. accidit. Praxis est hujus modi.

Tabb. fol. 79.

Anni completi sunt 1664. qui hoc modo convertuntur in dies.

Figuræ in Tabulâ annorum Julianorum post lineas sunt Decimæ Dierum, ideoq; quod superest omittendum erit.	1000	365250.
	600	219150.
	60	21915.
	4	1461.
	Maius Compl.	151.
	Dies	10.
	Summa	607937.

Ab hâc summâ subtrahatur dies Julii 15. Anno Christi 622. quod tempus in Dies conversum facit 227016. auferendæ à summâ

	Residuum	380921.
Anni Arabici 900. auferunt		318930.
	Residuum	61991.
Anni Arabici 150. auferunt		53155.
	Residuum	8836.
Anni Arabici 24. auferunt		8505.
	Residuum	331.
Mensis DULKADATI aufert		325.
Restat dies Mensis DULHAIATI seq.		6.

Ergò propositus 10. *Junii* Anni 1665. est dies 6. Mensis *Dulhajati*, Anni 1075. *Mahumetis*, seu Arabum *Hegyræ*.

Tab. fol. 79. *Exemplum.* 2. Scire cupio in quem diem Anni nostri Juliani incidit Dies 17 Mensis *Tyrma* in Anno 1069. completo Æræ Persicæ à *Jesdagirde*.

Hujus Epochæ principium est ab Epochâ Christi in diebus completis.

		230639.
1000. Anni Persici dant		365000.
60. Anni Persici dant		21900.
9. Anni dant		3285.
CHORTAT completus dat		90.
Dies completi		16.
	Summa.	620930.
1000. Anni Juliani		365250.
	Restant	255680.
600. Anni Juliani		229150.
	Restant	26530.
60. Anni		22915.
	Restant	3615.
9. Anni dant		3287.
	Restant	328.
October Completus		304.
	Restant	24.

Per Tab. convertendi Dies in annis Julianis fol. 79.

Accidit ergò in Anno Juliano à Christo 1670. die 24 *Novembris*.

Exemplum. 3. Scire volo in quem diem Anni Juliani incidit Dies 7. Mensis *PAOPHI* in Anno 1984. *Æra Ægyptiacâ* à morte *Alexandri*.

Hujus

Hujus Epochæ initium est ab Epochâ *Periodi Julianæ* in diebus completis.

	1603397.
1000. Anni Ægyptiaci exhibent	365000.
900. Anni	328500.
80. Anni	29200.
3. Anni	1095.
Mensis THOTH completus	30.
Dies	7.
Summa.	2327229.
6000. Anni Juliani exhibent	2191500.
Restant	135729.
300. Anni Juliani exhibent	100575.
Restant	26154.
70. Anni	25567.
Restant	587.
1. Annus Julianus exhibet	365.
Restant	222.
Julius completus	212.
Restant	10.

Per Tab. convertendi dies in Annis Ægyptiis fol. 79.

Per Tab. convert. dies in annis Julianis fol. 79.

Accidit igitùr Anno Julianæ Periodi 6371. die 10. *Augusti.*

Exemplum 4. Cupio scire in quem diem Anni Juliani à Mundi exordio, incidit Dies 2. Mensis Tybi in Anno 840. Æræ Ægyptiacæ à *Nabonassaro.*

Hujus Epochæ initium est ab Epochâ Mundi in diebus

	1169586.
Anni Ægyptiaci { 800. Exhibent	292000.
Anni Ægyptiaci { 30. Exhibent	10950.
Anni Ægyptiaci { 9. Exhibent	3285.
Mensis Tybi Completus	120.
Dies 2.	2.
Summa.	1475943.
Anni Juliani Completi à Mundo condito. { 4000.	1461000.
Restant	14943.
Anni Juliani Completi à Mundo condito. { 40.	14610.
Restant	333.
OCTOBER Completus	304.
DIES 29.	29.

Ergò accidit Anno Mundi 4041, die 29 *Novembris*, Stylo veteri.

Hæc qui intellexerit simili methodo convertere etiam potest aliarum Epocharum Annos, in Annos nostros Julianos, & vicissim.

Anticipatio Calendarii Gregoriani faciliùs obtinetur. Ingredienti enim cum Annis Christi Completis in Tabulam Anticipationis ejusdem Anni, apparet numerus Dierum tempori in Anno Juliano addendus, ut cum Gregoriano conveniat.

Anticipationem Calendarii Gregoriani determinare. Tab. fol. 78.

CAP. III.

DE COMPUTO ECCLESIASTICO.

PRæmissis iis quæ computationem in Annis variarum Nationum concernunt, jam Notas Annorum Julianorum vulgares, & quomodo ex iis Festa quæ vocantur Mobilia, indagentur, docebimus. Notæ quidem vulgares sunt quinq;

Notæ vulgares quinq;

quinq; *Cyclus Solis, Cyclus Lunæ*, qui & *Aureus Numerus* appellatur, *Indictio Romana, Litera Dominicalis*, & *Epacta*. Tres priores continuo unitatis incremento conficiuntur, reliquæ duæ ob diversam Anni Gregoriani à Juliano formam, suas sedes & ordines aliquando mutant.

Cyclus Solis quomodò investigetur. Sect. I. *Cyclus Solis* est curriculum 28. Annorum, quo peracto Festa quæ fixas in Calendario sedes habent, iisdem feriis occurrunt. Invenitur autem sic. Ad annum Christi currentem Numerum novenarium adde, summam per 28. divide, & quod divisione facta supereſt, erit Cyclus Solis in eo anno.

Exemplum. Ad Annum Christi 1665. addo *Novenarium*, & emergit 1674. hanc summam per 28. divido, & exibit in quotum 59. index scilicet Revolutionum hujus Cycli peractarum, residuum autem 22. est Cyclus Solis ad annum Christi, 1665.

Cyclus Lunæ. Sect. 2. *Cyclus Lunæ*, seu *Aureus Numerus* est Revolutio annorum 19. quibus peractis in eadem proximè Zodiaci puncta restituuntur Aſpectus Lunæ ad Solem. Ejus inventio talis est. Annis à Christo Deo addatur unitas, & summa per 19. divisa, residuum erit Aureus Numerus illius Anni.

Ut si quæratur Aureus Numerus anni 1665, additâ unitate prodit 1666. hoc numero per 19. diviso, exit quotus 87. qui Periodos hujus cycli transactas indicat, & residuum 13. est Aureus Numerus.

Indictio Romana. Sect 3. *Indictio Romana* est Periodus annorum 15. indicans annum quo Romanis Tributa ferri solebant, simulq; quot anni à solutione Tributi effluxerant. Hic numerus quamquam hodiè in Calendario locum retinet, nullius tamen est usûs, sed Romanis à rerum dominio cedentibus, jamdudum exolevit. Inquiritur autem sic. Annis Christi adde ternarium, summa per 15. divisa, residuum erit indictio illius Anni. Ut in anno 1665, si addatur *ternarius* prodit 1668. hâc summâ per 15. divisâ, exit quotus III. monstrans Revolutiones hujus Periodi transactas, & residuum 3. est Indictio illius Anni.

Duas reliquas non calculo sed Tabulis indagamus, & quidem duplici viâ, viz. quæ utriq; Calendario, tàm Juliano quam Gregoriano inserviat, quæ ut non omninò similem anni formam sortiuntur, ita in his Feriarum & Festorum indicibus variare necesse erit. Tabulæ autem indicant quomodo in utroq; Calendario *Literæ Dominicales, Cyclo Solis*, & *Epacta* Aureis numeris respondeant, in veteri quidem Calendario perpetuo, in novo autem ad annum 1700. exclusivè; in posteriori autem paginâ, pro Novo Calendario, ad annum 1900. exclusivè extenditur, nec difficile erit ope Tabulæ anticipationis etiam ulterius progredi, si emendati Calendarii rationem probè noveris.

Tab. fol. 80.

Litera Dominicalis. Sect. 4. *Litera Dominicalis* est una ex septem primariis Alphabeti literis, A B C D E F G, quæ indicat quo die anni Juliani unaquæq; Dominica accidit. Invenitur autem ex suâ Tabulâ cum Cyclo Solis, idq; in anno veteri perpetuo valet: ex Tabula autem sequente juxta annum Christi currentem in anno Gregoriano, & è regione Cycli Solis respondet *Litera Dominicalis*. Ut in Exemplo Anni 1665. quoniam *Cyclus Solis* est 22. erit *Litera Dominicalis* in Calendario Juliano A, in Gregoriano D.

Epacta. Sect. 5. *Epacta* est Numerus Dierum, quibus Annus Solaris 365. dierum, superat annum Lunarem 354. dierum; Epacta ergò primi Anni est 11. secundi 22, &c. abſectis 30. quoties excreverit. Invenitur cum Aureo numero non secus ac Litera Dominicalis cum Cyclo Solis. Ut in Exemplo anni 1665. quoniam *Aureus Numerus* est 13. *Epacta* erit in Anno Juliano 23. in Gregoriano 13.

Festa mobilia. Tabb. fol. 81. Explicatis Notis vulgaribus ad Festa accedamus, & primo Mobilia, inter quæ præcipuum locum obtinet Festum Paschatis; cui negotio Tabulam Paschalem exhibuimus, sequenti modo tractandam.

Pascha. Sect. 6. Si in anno Juliano *Festum Paschatis* invenire desideras, cum Literâ Dominicali & Aureo numero Tabulam ingredere, & è regione respondebit dies Anni Juliani, quo *Pascha* contingit. Sin autem hoc ipsum quæris

in

in anno Gregoriano, loco Aurei Numeri, Epacta Anni Gregoriani adhibenda erit, & procedendum ut priùs.

Exemplum. Anni Juliani 1665. *Litera Dominicalis* est A, Aureus Numerus 13. ergò *Pascha* erit *Mart.* 26. Anni Gregoriani Litera Dominicalis est D, Epacta 13, ergò Pascha *Apr.* 5.

Jam festo Paschatis invento, cætera Festa mobilia se statim expedient, ut vel hujus Computi imperitis notum est.

Sect. 7. Eodem introitu potest etiam Domini adventus haberi sub suo titulo. In præsenti Exemplo anni 1665. accidit in Calendario Juliano die 3. *Decembris*, in Gregoriano, die 29 *Novembris*.

Sect. 8. *Festa* quæ vocantur *fixa*, singulari Tabulâ exhibuimus unà cum literis ferialibus ad omnes dies Anni Juliani, unde ex notitiâ Literæ Dominicalis nullo ferè negotio constabat quâ feriâ unumquodq; Festum, seu dies Mensis contingat. Ut in anno 1665, si quæratur quâ Feriâ 10. dies *Martii* contingat, hoc modo est agendum. Cum literâ Dominicali illius anni, quæ in Computo veteri est A, in novo D, introeatur Tabula Festorum circa decimum *Martii* diem, & hoc modo invenietur Dies Dominica proximè antecedens, in anno veteri *Mart.* 5. in anno novo *Mart.* 8. unde non difficile erit statuere diem decimum *Martii* esse in Anni formâ Julianâ *die Veneris*, in Gregorianâ, die *Martis*. Et hæc methodus in reliquis valet. Tab. fol. 82. & 83.

DOCTRINÆ SPHÆRICÆ

FINIS.

THEORIA
PLANETARUM
NOVA.
Liber Quartus.

In quo, duo magna Mundi Systemata, nempè *Ptolemaica* & *Tychonica*, quæ Astronomi Seculis superioribus commenti sunt, facilè confutantur; veriq; motus Planetarum super Hypothesin *Copernicanam*, novâ methodo Geometricè demonstrantur.

Omnibus modis,
Observationibus exquisitissimis Nobilissimi Dani *TYCHONIS BRAHÆI* congruentes.

Authore
VINCENTIO WING Mathematico.

Præstantia Hypothesis Copernici hinc patet,
Quod unico Terræ motu diurno temperato, plurimos alios motus, genuinis & propriis Planetarum motibus in eodem subjecto contrarios, eosq; ineffabilis & insanæ celeritatis, è Mundo tollit, unico ejusdem Terræ motu annuo, omnes veterum *Epicyclos*, cæcâ ratione ad Solis motum alligatos, omnes præterea illorum *Eccentros Eccentrorum*, omnes *Inclinationum*, *Deviationum*, *Reflectionumq*; circulos dejicit.

LONDINI,
Typis *J. M.* pro *G. Sawbridge* 1669.

Manilius Lib. III. Astronomic. &c.

Fata quoque & vitas hominum suspendit ab Astris,
Quæ summas operum partes, quæ lucis honorem,
Quæ famam adsererent, quæ nunquam fessa volarent;
Quæ quasi per mediam Mundi præcordia partem
Disposita obtineant Phœbum, Lunamq; vagasq;
Evincant Stellas, necnon vincantur ab ipsa.
His Regnum Natura dedit, propriasque sacravit
Unicuique vices, sanxitque per omnia, summam
Undique ne Fati ratio traheretur in unam.

CAP. I.

DE SYSTEMATE MUNDI VISIBILIS.

QUoniam de motibus Planetarum hoc in Libro disserere constituimus, primò antequam totius operis fundamentum oculis subjiciemus probatum sibi Mundi Systema quod per se absq; quibuscunq; commentitiis subsidiis satis valet omnes motus & phænomena corporum cœlestium solvere. Si *PTOLEMÆI* Hypothesin respiciamus, qui annum Soli motum circa Terram supponit, Terramq; centrum esse circa quam rotatur, ineptissimam videbimus quippe excogitandi sunt innumeri tùm motus, tùm circuli fictitii, quibus impleatur Cœlum, quod à ratione, ipsâq; naturâ abhorret. Quod autem ad novam spectat *TYCHONIS* Hypothesin, ingeniosam magis inveniemus quàm veram, cum viderimus quibus subterfugiis uti coguntur, qui Phænomena Cœlestia ejus ope demonstrare conantur. Nos autem unicam illam Copernicanam sequimur ubi Sol est centrum Mundi circa quem omnia cœlestia corpora volvi evincemus, & ad oculum demonstrabimus; atq; annuam inæqualitatem, quæ in illorum motibus apparet, non esse verum aliquem in illis motum, sed merum Phænomenon ortum ex annuo Terræ motu: cum enim Terra (unde omnium Planetarum loci aspiciuntur) perpetuò in Eclipticâ circa Solem moveatur ut & cætera corpora cœlestia, necessariò sequitur (motibus illorum Terram non centrum suorum Orbium respicientibus) fieri non posse quin appareat nobis manifesta ratio dictæ inæqualitatis, præcipuè respectu perpetui motûs Terræ & revolutionis aliorum Planetarum motibus discrepantium. Nam cum quotidiè etiam sensui pateat Planetas aliquando progredi, aliquando regredi, aliàs subsistere videri, & quantitatem progressûs apparere majorem in *JOVE* quàm in *SATURNO*, in *JOVE* minorem quàm in *MARTE*, rursus majorem in *VENERE* quàm *MERCURIO*, nec ita modò, verùm etiam *SATURNUM* sæpiùs quàm *JOVEM* esse retrogradum, *MARTEM* rariùs quàm aut *JOVEM* aut *SATURNUM*, *VENEREM* autem quàm *MERCURIUM*, quid nisi motus Terræ est, aut esse potest hujus causa, Quæ omnia, & alia quamplurima ad motus & phænomena Planetarum pertinentia, per hanc Hypothesin ita dilucidè sensui demonstrantur, ut nemo sanus de hujus Hypotheseos veritate quoquo modo dubitare possit.

Hypothesis Ptolemæi naturæ aliena.

Videtur par absurdam corpori cœlesti affingere viam irregularis figuræ Ricciol. fol. 518.

Hypothesis Tychonis magis ingeniosa quàm vera.

Hypothesis Copernici omninò vera & legitima, ubi Sol in centro hæret.

Terram moveri, Solem stare.

Omnia Corpora cœlestia, circa Solem moventur.

Habet Hypothesis Kepleri & Bullialdi multas perfectiones, videlicet simplicitatem viæ Planetariæ per unicam lineam Ellipticam. Ricciolus Tom. 1. f. 535.

CAP. II.

DE DEFINITIONE, SUBJECTO FINE, & PRINCIPIIS Astronomiæ.

DOctrina Motuum Cœlestium, quam Græci ἀστρονομίαν appellant, est vel θεωρητικὴ, vel πρακτικὴ, de quibus ordine agemus, priùs de Theoretica; quæ est Doctrina per quam (quasi per Organa manufacta) motus Planetarum apertè ob oculos ponuntur. Nam veluti in *SPECULO* intuemur formam, speciem, & motum corporis, ita per hanc Doctrinam Theoreticam, non modò quâ formâ, quoq; ordine disponantur Orbes & Sphæræ Planetarum videre, sed & omnia Planetarum communia accidentia subitò apprehendere possumus, & exinde omnes motus apparentes solvere.

Astronomiæ definitio & divisio in duas partes.

Subjectum. Subjectum hujus Theoriæ Doctrinæ sunt proprii motus Planetarum, quos motus secundos appellamus, quia ex adverso apparentis illius motus ab Oriente versus Occidentem (qui est Phænomenon ortum ex diurno motu Telluris) proprii eorum motus, de quibus hic tractandum, ab Occidente tendunt Orientem versus.

Finis. Finis primarius hujus Scientiæ est solvere cœlestia Stellarum phænomena, & vero illorum locos quovis tempore proposito invenire. Secundarius est *Situm Ordinem* & *Formam* Mundi, & partium ejus investigare.


Principia. Principia hujus Scientiæ, quibus innitimur in Phænomenis proprii motus Planetarum solvendis, sunt sex sequentia.

Forma Mundi.

1. *Solem collocari in Mundi medio, in vel juxta Centrum Sphæræ octavæ, nullumq; habere motum circularem, præter unum centralem.*
2. *Singulos primarios Planetas in propriis Circulis moveri circa Solem, & periodicas Revolutiones suis statis & constantis temporibus perficere.*
3. *TERRAM esse ex numero Planetarum, & motu annuo circa Solem, suum Orbem medium describere inter Orbes MARTIS & VENERIS.*
4. *Secundarios Planetas rotari circa Primarios, respicientes illorum corpora tanquam communes suos NODOS, sive Centra.*
5. *Lunam secundarium Planetam moveri circa Terram, tanquam centrum proprium, unde annuus Terræ motus non modò ad Terram refertur, sed consequenter ad totam Sphæram sui Planetæ.*
6. *Ut Terra, primarius Planeta cingitur Lunæ Sphærâ, ita quosdam, si non omnes Planetas primarios, suas habere Lunulas, sive Comites.*

Systema Mundanum.

SYSTEMA MUNDI VISIBILIS.



Nimirum corpore Solis converso, virtus etiam ista convertitur, quemadmodum magnete converso, vis partis unius tractoria in plagas mundi alias atq; alias transfertur. Cumq; Sol illâ virtute sui corporis arripuerit Planetam, seu trahens illum, seu repellens, seu dubius inter utrumq; secum etiam circumducit illum, & cum illo fortè etiam omnem auram ætheream circumfusam. Trahendo quippe & repellendo, retinet, retinendo circumducit. *Kepler.* Epit. Astr. Lib. 4. fol. 519.

Sublato omni scrupulo de terræ motu, putemus, totam materiam cœli in qua Planetæ versantur, in modum cujusdam vorticis, in cujus centro est Sol, assiduè gyrare, ac ejus partes Soli viciniores celeriùs moveri quàm remotiores, Planetasque omnes (è quorum numero est Terra) inter easdem istius cœlestis materiæ partes semper versari, &c. Des Cartes princip. Philos. Part 3. Artic. 30.

De ordine Orbium Cœlestium.

IN hâc Figurâ lucis origo *SOL* in ipso Mundi nostri centro ponitur, circa quem in primo Orbe movetur *MERCURIUS*, tum *VENUS*, in medio autèm Orbe fertur *TERRA*, circa quam *LUNA* secundarius

Planeta

Planeta volvitur in Orbe parvulo instar Epicycli: supra TERRAM ponitur Orbis MARTIS, supra illum Orbis JOVIS quatuor Planetis Secundariis cinctus, supra JOVEM proximus ordine SATURNI Orbis, qui septem Planetarum altissimus. Deniq; supra sit Orbis fixarum Stellarum, inter quem & SOLEM, seu centrum Mundi (vel potius Systematis nostri Planetarii) immensa interjacet distantia.

In primâ hujusce 3. Libri parte, cuivis non cæcutienti patebit nos hic nihil vero dissimile docuisse. Primus omnium PHILOLAUS PHYTHAGORAS hanc opinionem tanquam veram amplexus est, cujus acumen, & concipiendi celeritas egregia fuit, quanquam in ætate barbarâ vixerit; at postquam magnus ille ARISTOTELES vana sua commenta Mundo obtrudisset, præclara Pythagoræ veritatis indagatio obscurari cœpit, & in tenebris per multas annorum centurias sepulta jacuit, imò ad hanc usq; postremam ætatem, cum DEUS excitavit inclytorum quorundam Heroum ingenia, quæ veritatem apertiùs expromererit, planiùsq; retegisse videantur, adeo ut hæc jam opinio ab omnibus Astronomiæ peritissimis pro verâ tenetur; nam sicut omnium ubiq; Astronomorum observationes hoc evidentèr confirmant, ita etiam rationi maximè consentaneum est *Solem* Planetarum dignissimum, dignissimum possidere locum, quem centrum esse neminem sanæ mentis dubitare.

Phythagoras primus fuit, qui hoc Systema mundanum amplexus est.

Solem in centro Systematis Planetarii esse.

Porro si Sphæricam Mundi formam priori Systemate expressam respiciamus, nonne maximè probabile est *Solem*, qui lucem & calorem ad omnes undiq; Planetas diffundit, nullibi potius quàm in centro collocari, undè facillimè radiorum ministerio alas in omnes peripheriæ paries emittere potest, quod aliàs, haud ita factu facile, si vel in ipso perimetro, vel ubivis præterquam in centro poneretur. Deniq; nonne certissimum est Planetas ♀ & ☿ nullum præter SOLEM centrum respicere, adeoq; cum intra Orbem TERRÆ centrum versus ferantur, nunquam nobis in hoc mediò Planetâ locatis apparere possunt in Quadraturâ, aut Opposito Solis. Atq; hoc præcipuè in causâ fuit quod Antiqui assignabant illis motum medium æqualem Solari, & motuum inæqualitatem ad fictos Epicyclos referebant. Idem dici potest de tribus cæteris Planetis primariis extra Orbem Terræ, quanquam à capitibus vulgaribus haud ita facile deprehendatur; atque ad hujus assertionis ulteriorem confirmationem plurimæ rationes Astronomicæ afferri possunt, sed missis illis, spero sequentes in hoc libro demonstrationes satis habituras virium ad pervicacissimos oppugnatores refellendos, Quum itaq; SOL unus sit *Mundi oculus*, & fons ipse puræ lucis, meritò illi centrum adscribitur, unde concavos Planetarum & Stellarum Orbes undiq; angulis rectis intueatur.

De officio Solis in Mundi centro.

Cur Planetæ inferiores nunquam nobis in Quadraturâ aut opposito Solis apparere possunt.

Sol mundi oculus & fons lucis.

Post brevem hanc in centro respirationem ad circumferentiam tendemus, ubi occurrunt observationi nostræ septem Planetæ (præter *Saturni*, *Jovisq;* comites) quorum Orbes sunt Circuli imaginarii, quibus lucida illorum corpora circumgyrantur (ut in priori Systemate descripsimus) primarios Planetas illos appellamus, quorum corpora simplicitèr circa *Solem* moventur, secundarios autem istos, qui circa Primarios vertuntur, unde fit ut præter proprium motum circa primarium Planetam, participent etiam motum primarii circa *Solem*: Hujusmodi Planetæ duo observantur *Saturnum* comitari, qui Telescopii ope aliquando propiores, aliquando ab illo remotiores inveniuntur. Circa *Jovem* videntur quatuor hujus generis Stellæ, quæ circa illius corpus tanquam centrum proprium volvuntur, prima distare ab illo videtur circa sex Terræ Semidiametros, secunda octo, tertia decem, quarta quasi 20. Hi Planetæ secundarii (juxta ordinem cæterorum) cum sunt supra *Saturnum* aut *Jovem*, ab Occidente versus Orientem moventur. Cum verò sub illis sunt è contra moventur respectu Terræ situs; atq; hoc pacto evenit ut aliquando interponant, interdum occultentur à Primariis Planetis circa quos volvuntur. Primus horum (qui est proximus ad centrum Stellæ *Jovis*) cursum circa *Jovem* adimplet uno die, horis 18. secundus tribus diebus, horis 13. tertius diebus septem, horis quatuor. Quartus isq; longissimè distans diebus 16. horis quinque.

Planetæ primarii quid? Planetæ secundarii.

Duo Planetæ secundarii circa ♄ & quatuor circa ♃ observationi nostræ occurrunt.

Quo tempore secundarii Planetæ Zodiaci Circulum circa primarios complent.

Luna, Planeta Secundarius circa Terram movetur.

quinque. Pariter *Terra* suum habet Planetam, quem Lunam vocamus, quæ propter vicinitatem magna sensui apparet, quanquam verisimile est, illam *Saturni* & *Jovis* comites mole non superare. Quod verò ad *Martem*, *Venerem* & *Mercurium* spectat, haud ita pronum est observare, utrum hujus generis aliquos circa se habeant necne; Sed nunc haud diutiùs his Planetis secundariis immorabimur, præterquam *Lunâ*, quippe cum illorum motus nec benè noti sunt, & à paucis observantur, hic itaq; tantùm agemus de illis, quorum certior est cognitio, & nunc Orbibus Planetarum peragratis, ab ipso centro ad immensam illorum circumferentiam; proximè Peripateticorum sententiam exagitabimus, & utrum dentur in Cœlis *Orbes Solidi* disquiremus.

Motus Planetarum secundariorum non benè noti sunt.

CAP. III.

Confutatio Peripateticorum circa Solidos Orbes.

Objectio.

OBtinuit inter antiquos opinio, quæ etiam adhuc quibusdam arridet, Orbes, quibus moventur Planetæ, solidos esse; quam assertionem leviculis quibusdam & inanibus argumentis suffulcire conantur, si enim (inquiunt) Orbes cœlestes solidi non sint, quî fit ut (quòd quotidiè videmus) Planetæ & Stellæ tàm exactè suos constantes & regulares motus observarent, nullâ admissâ varietate, cùm si tanquam volucres in aëre errarent, naturâ fieri non possit, quin ab æqualitate declinarent? Responsionis loco sciant isti motum Planetarum essentialem esse, & à *DEO* (omnium opifice) ab initio illis impressum, (quo æternæ legis decreto) certos, & constantes in Cœlo motus observare coguntur, ut quotidiè experiri est; istam autem de solidis Stellarum Orbibus sententiam omninò explodimus tanquam improbabilem, imò in rerum naturâ impossibilem, quod Nobilis ille *Tycho* (contra Orbium Cœlestium soliditatem disputans) trifariam probat. Primò à motu Cometarum; secundò à Stellarum radiis minimè refractis, & deniq; à situ Planetarum, & Orbium proportione; & certè si solidi supponantur Orbes, non possent Cometæ ab uno Orbe in alium transire propter Soliditatem, atqui contrarium deprehenditur, quod *Tycho* suo tempore diligentissimè observavit. Idem quotidiè confirmatur luce & apparentiâ Stellarum, cùm enim Terra sita sit extra centrum Orbium Planetarum, necessariò sequitur si Orbes essent solidi, lucem suam obscuriorem futuram, fulgentesq; illorum radios magis refractos nobis apparituros, indeq; secuturam Refractionum multiplicitatem, radiosq; Stellarum ab uno Orbe in alium jactos tàm variè multiplicandos esse, ut subitò magna videretur in motibus Planetarum & Stellarum irregularitas, ipsiq; aspicerentur in locis longè distantibus à veris suis in Cœlo locis, Ita ut in unâ revolutione hujus Planetæ terrestris, in quo versamur, appareret mira quædam varietas in illorum motibus, & distantiis. Postremò nobilis *Tycho* accuratissimis Observationibus deprehendens Planetam *Martem* in Acronychiis suis posituris propiorem esse *Terra*, quàm *Solem*, aliàs autem supra illam longè moveri, persuasit sibi hanc permutationem fieri nequaquam posse, si solidi essent Orbes, quoniam his suppositis, Orbis *Martis* penetraret & intersecaret Orbem *Solis*, atq; etiam si hæc *Tychonis* disputandi ratio non semper teneat de Orbibus se invicem intersecantibus, juxta tamen genuinam Hypothesin, & Systema Mundi, vera est in Planetis secundariis, ut in Lunâ Terram ambiente, quæ in uno circuitu bis intersecat Orbem terrestrem. Idem de Comitibus seu Satellitibus *Jovis* & *Saturni* dici potest, qui Orbes illorum ambiunt & intersecant, ut *Luna* Terræ orbitam. Jam si hoc non sufficiat ad probandam in Cœlis fluiditatem, tum aut concèdenda est mutua solidorum Orbium penetratio, aut negandus Cœlorum

Responsio.

Quædam rationes contra Orbium Soliditatem adductæ.

Confutatio hujus Sententiæ Orbium Solidorum ex transitu Cometarum de uno Orbe ad alium.

Confutatio ejusdem sententiæ ex irrefractis Stellarum radiis.

Confutatio hujus opinionis ex Planetis secundariis deducta.


lorum motus, quorum utrumq; ratio ipsa tanquam absurdum & impossibile respuit & condemnat.

CAP. IV.

De projectione Ellipseωs in quâ moventur Planetæ.

PROPOSITIO.

Sint tres Circuli concentrici, B A D C, O R Q P, X M N L, cum Diametris ad angulos rectos ductis, ut B D, A C, &c. ita ut medii circumferentia sit inter extremorum circumferentias, medio intervallo; ducantur horum Circulorum Semidiametri g E, i E, k E, in communi lineâ, ubi libuerit, ut in g E, tum inter utramq; circumferentiam extimam à centro in communi lineâ, & medii circumferentiâ ut i fiat Circulus minor g h k utrumq; extimum tangens. Fiat deniq; angulus ad Centrum minoris Circuli g i h in duplâ ratione ad angulum g E B, qui est ad centrum circulorum concentricorum, & ad easdem partes, numerando à g extremitate Semidiametri majoris Circuli; dico punctum h in circumferentiâ minoris Circuli esse in ἐλλείψει, cujus extremæ Diametri erunt B D major, M L minor, scilicet Diametri extremorum circulorum. De modo describendi Ellipsin.



PRÆPARATIO.

Ducatur g h & producatur ad F; ducatur etiam h k, ut in adjuncto Diagrammate videndum est.

DEMONSTRATIO.

Angulus g i h est in ratione duplâ ad g k h per Eucl. 20 3. ergò g k h = g E B, ideoq; h k & F E parallelæ sunt per Euclid. 28 1. quoniam igitur g h k est rectus, quia in Semicirculo, Euclid. 31 3. erit & g F E rectus. Euclid. 29. 1. Et ut E g (hoc est B E) : k E (hoc est E M) :: g F : h F. 6. 2. & componendo.

Ergò,

Ergò, ut B E Quadr. E M Quadr. : : { g F Quadr. / h F Quadr. / BFD Rectang. = g F Quadr. } { Quia Quadrata sunt in triplicatâ ratione laterum. / Euclid. 35. 3. }

Ergò punctum h in Ellipsi, quod erat demonstrandum.

Vide *Myderg.* Conic. Sect. Lib. 2. Prop. 38.

CAP. V.

Quomodo Motus Planetarum in Ellipsi perficiuntur.

ANtequam ostendemus quomodò motus Planetarum per Trigonometriam solvi possunt secundum nostram *Hypothesin Copernicanam*, hæc Axiomata deponemus.

Viæ Planetarum Ellipticæ.

I. *Quòd omnia Planetarum corpora in Ellipsi circa* SOLEM *moventur, ita ut* SOL *uno Foco ejus positus est, & medius motus in altero, circa quem firmè æquabilitèr Planeta volvitur, æquales angulos in temporibus æqualibus describens.*

II. *Quia medius Motus super unum Ellipseos focum perficitur & peragitur, motus super alterum, in quo* SOL *locatur, necessariò inæqualem appareat.*

III. *Quòd Absidum linea uniuscujusq; Planetæ, Orbem Planetæ in duos semicirculos adamussim dissecat, Observationes manifestum faciunt, quantitate & celeritate æquales, & per centrum Solis exactè transeunt.*

IV. *Uniuscujusq; primarii Planetæ Orbita est ad Eclipticam inclinata, & eandem in locis oppositis per centrum Solis, & non in ullo alio extra eum puncto intersecat.*

Demonstratio motûs Planetarum generalis.

Nunc ut hæc perfectè intelligantur, hoc Schema subjungemus, in quo Orbita Terræ, seu alterius Planetæ est Ellipsis P H R T, ubi sit P Aphelium, R Perihelium, A Sol unus Ellipseos focus, Nodusq; communis singulorum Planetarum, X focus alter, super quem motus medius quodammodo perficitur, B N D M Orbis alterius Planetæ, qui est ad Eclipticam O N E inclinatus, eamq; secat in punctis N & M, & transit per Solem in A, adeo ut M sit Nodus Planetæ Boreus, N Austrinus, O B Limes maximæ Inclinationis Planetæ ad Boream, B E ad Austrum, R P Linea Absidum, quæ transeuns per Solem in A, Ellipsin in duos Semicirculos, quantitate & celeritate æquales adamussim dividit.

Altera Planetarum inæqualitas, quæ accidentalis & relativa appellatur.

Præterquàm Planetæ in suo Orbe inæqualitas, quæ essentialis & realis est, nobis *TERRAM* habitantibus alteram inæqualitatem apparet, quæ accidentalis & relativa nuncupatur, hæcq; ab annuo Terræ motu assurgit, quæ secundum Terræ positum augmentatur & minuitur respectu Solis & Planetæ.


Quando tres Superiores Planetæ ab hâc Inæqualitate liberantur.

Ellipticæ Inæqualitatis quantitas, quomodò investigetur.

Longomontani Methodus.

Quia verò tres superiores Planetæ *Saturnus*, *Jupiter*, & *Mars* cum exactè Soli sunt oppositi (quod est circa Retrogradationis medium) ab hâc secundâ inæqualitate liberantur, tùmq; à Terrâ in vero loco Eccentri tantùm intrentur, tanquam ex Sole aspicerentur; sequitur ergò ut accuratis Observationibus veram quantitatem Ellipticæ Inæqualitatis investigamus, ad quod propositum Doctiss. ille *Copernicus* Lib. 5. *De Revolutionibus Orbium Cœlestium*, quomodo per tres Acronychias fulsiones efficiatur, demonstravit; & hisce nostris temporibus defectum ejus supplere abundantèr *Bullialdus* elaboravit, quem bene restauravit, quamvis in suâ methodo aliquid sit defectûs. Via verò per *C. S. Longomontanum* Lib. 2. Theoric. tradita, magis nostræ imitationis meretur, qui ab accuratâ *Acronychiarum fulsionum* fidelitèr factarum collatione inopinatò investigabat quò antecessores erraverunt, & quâ ratione locus *Aphelii* & *Eccentricitas* melius rectificentur, etsi verò via non tàm in seipsâ peculiaris est, attamen certior quàm illam per ullam regulam specialem determinare,

suppositione



ſuppoſitione 3. aut 4. locorum obſervatorum, ut *Longomontanus* agnoſcit *Lib. 2. Theoric. Cap. 2.* his verbis. “*Siquidem longè ſpecialior, & ideo quoq; “incertior eſt hac per trium locorum obſervatorum ſuppoſitionem, juxta veteres “πεςγμάτια, & labyrintho atq; ambage quamplurima, ob æquantis inſinuatio- “nem, involuta.* Itaq; deſiſtens ad faciendum ullam faſtidioſam inquiſitionem per Triangulorum doctrinam ad inveniendum *Aphelii* locos & Eccentricitates Planetarum, hâc methodo uſus fui. Poſtquam per optimas Tabulas, quæ nunc in lucem efferuntur, locum Heliocentricum omnibus in partibus Planetarum orbitæ ſupputaveram, tùm per auxilium admirabilium *Tychonis* Obſervationum confeſtim ubi defectus erat cognovi, & quomodò amplior reſtauratio faceretur, quam commutando *Aphelii* locum, *medium motum*, & *Eccentricitatem* ubi opus erat, peregi; Quò complures Planetariorum Orbium dimenſiones tàm veritati reſtituuntur, quòd fermè nihil addi remanet, ut per ſequentem Motuum Theoriam evidentèr apparebit, perq; *Cœleſtium Obſervationum Synopſin*, qui huic operi connectetur.

Modus inveniendi Abſides & Eccentricitates Planetarum in Elipſi abſq; Triangulorum auxilio.

CAP. VI.

De Parallaxi Solis, Diſtantiâ, & Tranſlatione Apheliorum & Nodorum Planetarum, contra cujuſdam Neotericorum ſententiam.

PRiuſquam me accingo ad inveſtigandum veros Solis & reliquorum Planetarum motus, conabor hocce Capitulo (quantum res poſtulat) objectiones aliquot nuperrimè allatas contra probe-definitas de Parallaxi Solis & erraticarum Stellarum Obſervationes apud nos & plerosq; hujus ſeculi Aſtronomos receptas, amoliri; paritèrq; ſententiam noſtram in medium proferre, videlicet *Aphelia* & *Nodos Planetarum* non ſemper ſub uno, eodemq; Cœli Stel-

lati puncto fixa cohiberi, sed reverâ moveri partim tardiùs, partim celeriùs, veluti ex Observationibus liquidissimè compertum est.

Non satis constat ex apparentiâ Veneris in Sole, Horizontalem Solis Parallaxin non excedere minuti quadrantem.

Primò igitùr dico, Observationem factam de *Venere* in *Sole*, existente, *Anno* 1639. *Novemb.* 24. non sufficere ad determinandum justam Parallaxe*n* *VENERIS*, & consequentèr *SOLIS* quantitatem, sicut enim infrà ostendam, Refractiones Stellarum interdum mirificè ac prodigiosæ obveniunt, cùm Horizonti propinquiores existunt: Quemadmodum in istâ Conjunctione, *VENERE* depressâ Scrup. 6′. per suam à Sole Parallaxin, ac proindè ab illius centro Scrup. 19′. distante, admodùm verisimile est, ejus Refractionis excessum supra Solem juxta Horizonta factum, tunc temporis exæquare potuisse, si non superare ejus Parallaxin, sicut quotidiè observatur in locis *Veneris* & *Mercurii*, quandocunq; Juxta Horizontem de iis experimentum tentatur. Unde censeo perquàm incongruum esse, imò prorsus impossibile, ex unicâ istâ Observatione colligere maximam *Horizontalem Solis Parallaxin* non excedere Minuti quadrantem.

Rationes contra Parallaxin Solis Keplerianam adductæ.

Et quamvis eruditus ille *Keplerus* discrepet aliquantulùm à reliquâ Astronomorum turbâ, quippè qui contrahat Horizontalem Solis Parallaxin usque ad unum minutum, prout collexerit ex quibusdam Observationibus de *Marte* in Acronychio ejus situ habitis; hoc tamen nimis impar, ac infirmum argumentum videtur ad determinandum tanti momenti negotium, quandoquidem maximum in hâc controversiâ quæsitum paulò tantùm superat unum minutum, ad quod *Keplerus* Observationibus suis per Instrumenta factis, nunquam pertingere potuit, in quam sententiam credo omnes sagaces Astronomos facilè conventuros.

Pernobilis autem *Tycho Brahe* (qui propter accuratissimas suas Observationes de veris Planetarum & Stellarum locis habitas, meritò omnium hujus seculi Astronomorum *PHÆNIX* cluet.) semper invenit Horizontalem Solis Parallaxin fuisse circitèr Scrup. 3′, quæ si reipsâ multò minor extiterat, id ipsum ille facile deprehendere potuisset per perita ista organica experimenta quotidiè de meridianâ Solis Altitudine à se aut famulis suis habita. Ob quas igitùr rationes quisquam ex hodiernis Astronomis (cui nullæ hactenus contigerunt æquè accuratæ Observationes ac Tychonicæ) nihilominùs constringeret eam usq; ad unam duodecimam, nempe ad *Minuti quadrantem*, omnibus Astronomiæ peritis cis & ultra marinis judicandum relinquo.

De Solis distantia.

Proculdubiò Solis à Terrâ distantiam per illius Parallaxin prope verum dignosci potuisse, parvitate verò ejus perpensâ septentrionalibus hisce plagis, ubi Refractionibus immunis est, methodum hanc admodùm difficilem sensimus, quod magis apparebit ex incertâ Solis parallaxi. Neq; ad amussim, doctrinâ Eclipsium demonstrari potuisse, dubiis adeò involutam Observationibus; perplurima verò experimenta rimantes, necnon accuratè comparantes, distantiam illius intra 1300. & 1400. Semidiametros Terræ reperimus, quæ à nostrâ limitatione paululum differt, utcunq; nihil ad eorum propositum accumulat, qui Solis Parallaxin Horizontalem ad *minutum*, multò minùs ad *minuti quadrantem* diminuerunt. Alii verò hæc minimè votis respondisse invenientes accuratiùs per *Lunam* in *Dichotomiâ*, cum bisecta, & exactè dimidiata videtur, dignosci autumant, cui proposito regero, cum tempus illius verum neque Telescopio, neq; nudo oculo ad amussim posset observari, hoc Problema omnimodò non valeat, nisi aliud medium ad opus peragendum coincidat; cujus rei gratiâ, meam proferam sententiam, & ad lucidiorem rei enucleationem hæc interfixam *Axiomata*.

I. *Quòd per virtutem Solis motùs suum circa Axem in centro Systematis Planetarii, tota materia cœlestis ab Occasu in Ortum, modo Vorticis circumvehitur.*

II. *Vi & motu hujusce materiæ cœlestis, Terra, cæteriq; Planetæ circa Solem circumferuntur.*

III. *Quanto*

III. *Quanto propiùs Centro, ac vi ☉ motrici eorum aliqui sunt, tantò rapidiùs moventur, quia materia cœlestis ibidem impulsa violentiùs est per illorum vim impulsivam, Solem.*

IV. *Dum Terra (sicut alii Primarii Planetæ) circumrotatur circa vim motricem, Solem, Secundarius Planeta, Luna [illegible] suam circa Terram peragit; & ratione Telluris rapidi motûs circum Axem suum, qui circumjacit Materiam Cœli intra Orbem, Vortex quasi in fluviis, sequitur, Lunam ratione vicinitatis ad Terram, Revolutionem suam paucis diebus peregisse.*

V. *Cum Luna Planeta sit secundarius, & Revolutionem suam circa Terram peragens, fit ut motus ejus (vi istius Materiæ Cœlestis (per vim primarii Verticis motæ) nunc intenditur, & nunc remittatur.*

Veluti in Figurâ, Luna movens à C ad X per motum Ætheris impellitur, & prona vehitur; magis verò in a, quàm in p, ut adstipulatur *Des Cartes*, quia pars crassioris ætheris interjacet (aliquo resistente impulsui alterius Materiæ Cœlestis, & posteà movente ☽ à D per q versus r) celeritatem motûs retardat, & ab hâc materiâ Cœli resistitur, sed plus apud r, quam ad a, quasi magis cœlesti huic materiæ resistenti opposita, ita fit ut Luna in a & P æqualitèr impulsa, veluti in q & r resistitur, Punctis, quibus hæc Æqualitas referetur, *Soli* obverti & opponi debuerit, videlicet in X & Z.

Itidem in eodem Diagrammate, repræsentet A Terram, E Solem in, aut prope Horizontem, X locum *Lunæ* in ☍ ☉, Z locum ejus in ☌ ☉, & C locum ejus cum in Quadraturâ fit. Porrò sit D locus Lunæ in *Dichotomiâ*, & C A D angulus Evectionis, æqualis tùnc temporis distantiæ ejus à Quadraturâ, quæ juxta *Tychonem* est gr. 2 30′.

Jam verò primarii Planetæ, cum aut in ☌ aut ☍ ☉, omnimodo ab aliquâ aliâ inæqualitate liberantur, quàm ab eâ, quæ naturalitèr ex Ellipsibus pro-manat, omninò ita hic fit in Lunâ, quæ in ☌ aut ☍ ☉, secundæ inæqualitati eximitur. Et quamvis ab eâdem non pendet causâ, sed ab angulo illius Evectionis, nihilominùs ista inæqualitas (veluti Primariis Planetis) major est in, aut prope Quadraturam ad Solem, & nihil cum in Conjunctione aut Oppositione est, quapropter verisimile videtur angulum ad Solem ab Orbitâ Lunæ subtensum angulo Evectionis æqualem esse, ut optimè monet Longomont. Lib. 1. Cap. 6. Theoric. qui juxta accuratiores *Tychonis* aliorumq; Observationes est gr. 2 30′, quod medium adæquatum est inter maximam Evectionem gr. 2 41′, & minimam gr. 2 19′, quæ postrema Tabulis nostris assecuti sumus, & idcircò prope numeros Doctissimi *Bullialdi* devenimus, etiamsi minori erroris suspicione, angulum illum Evectionis accipiemus esse gr. 2 30′, velut asserit *Longomontanus*, quo æquali mediæ distantiæ ☽ in *Dichotomiâ* à puncto *Quadraturæ*, ut *Telescopii* observationes testantur, idcircò donec limatiores hujusce rei ad determinandum inveniri possint Observationes, hisce præmissis astipulari nequaquàm absurdum esse autumamus. Et quamvis *Aristarchus* & *Reinholdus* hunc volunt esse angulum nimis magnum, nempè gr. 3 0′, cui *Athanasius Kircherus* in *Arte magnâ Lucis & Umbra*, eundem calculum addit, nihilominùs eruditus *Ricciolus* (sine ratione suffixâ) ad gr. 0 30′. diminuit, & *Wendelinus* ad gr. 0 14′ 30″. cum verò hæ nudæ sunt opiniones, & neutiquàm observationibus & principiis Astronomicis fundatæ, ut compertum nobis in 40. Eclipsibus est, Tabulis nostris *Bullialdum* presso, quod aiunt, pede subsecuti sumus, qui à doctrinâ Eclipsium

Kepleri Suppoſitio.

Solis diſtantiam 1460. Semidiametros facit, angulo Lunæ minoris Evectionis gr. 2 19′. adæquantem, qui apprimè reſpondet *Kepleri* ſuppoſitioni in *Ephemeride* anni 1618. ubi ait *Lunam apparere dimidiatam ſeu biſalcatam quatuor ferè horis ante primum, vel poſt ſecundum aſpectum quadratum*, quæ in motu pro eodem angulo faciunt gr. 2. Utcunq; ſingulos ſingulis ſuis ſententiis remittimus, & ad demonſtrandum Solis à Terrâ diſtantiam devenimus.

Priori igitùr Schemate ad Triangulum A D E recurrimus, ubi dantur (1.) A D media diſtantia Lunæ à Terrâ 59. Semid. (2.) angulus D A E gr. 87. 30′. (3.) A D E gr. 90. Hinc datur A E Solis diſtantia à Terrâ 1353. Semid. Terreſt. Si verò accipimus angulum Evectionis C A D gr. 2 19′, & quod omninò ſequitur angulum D A E gr. 87 41′, diſtantiam ejus A E 1460. Semid. reperiemus, ut in Tabulis noſtris, & *Bullialdi* videri liceat.

In Jove obſervationes veterum cum hodiernis collatæ, teſtantur Abſides ferè conſiſtere ſub iiſdem fixis, aut etiam parùm admodum retrocedere. In reliquis omnibus inveniuntur ſedibus ſuis priſtinis exceſſiſſe, tranſitu facto in fixarum conſequentiam, exemplo Apogæi Lunæ; ſed illis motibus omninò tardiſſimis, cum Lunæ Apogæum progrediatur valdè ſenſibilitèr. *Kepler. Epit. Aſtron.* Pag. 595.

Secundò quantum ad motus Aphelior & Nodorum Planetarum, dico, quod ſi non moveantur, alia lentiùs, alia velociùs, ſed fixum aliquod perpetuò obſervent Sphæræ octavæ punctum, tunc Planetarum motus per omnia ſecula nunquam accuratè colligi poteſt, aut calculo ſupputari, ſicut perito Lectori licebit protinùs experiri ex obſervationibus eorundem locorum, quas cumulatim inveniat congeſtas in Synopſi noſtrâ Obſervationum, ubi ſpectare poſſit mirabilem iſtam Tabularum noſtrarum per omnia ſecula cum Cœlis harmoniam; quod nullo modo adeò accuratè perfici poſſet, ſi eorum *Aphelia* & *Nodi* ſub Octavâ Sphærâ fixa manſiſſent.

Præterea etiam, ſi modò Stellæ octavi Orbis non moveantur, quæſo vos quomodò primarii Planetæ (qui ſinguli in ſuis Orbitis, ſeu Vorticibus convertuntur) imperia ab illis, legemq; ſuorum motuum recipiunt, non à Sole, qui centrum iſtorum vorticum exiſtit, & cui motum ſuum acceptum referre debeant? Quandoquidem ipſa L U N A, inferior & ſecundarius Planeta, & circa Terram ut proprium ſibi centrum converſa, nullâ iſtiuſmodi lege ex illis pendet, ſed quotidiè locos ſui Apogæi & Nodorum permutat, quod perſpicuè conſtat ex rapido ejus motu & propinquitate ad Terram, ad quam totus ſibi motus ſolummodò refertur.

Stellæ octavi Orbis planè defixæ ſunt tanquàm totidem centra variorum Planetarum Syſtematum. Et *Galilæus Dialogo* 3. de *Syſtemate Coſmico* non ſemel affirmat, Stellas fixas eſſe totidem Soles, noſtro Soli conformes.

Quinetiam ſi improbabile non ſit, omnes Stellas fixas, ſuos ſibi ſigillatim habere Planetas, ac circumgyratos vortices more noſtri Soli, cùm neceſſariò ſequetur Planetas hoc noſtro Syſtemate locatos, (qui Lucem, Virtutem, præcipuamq; ſui motûs Vim, à Sole accipiant) nullo modo pendere ex alio quocunq; corpore infinitis ſpatiis ab eodem diſtante, nèdum legem ullam aut imperium motûs haurire ab iſtiuſmodi corpore, quod centrum ſit alterius Syſtematis immenſo intervallo diſſiti, quod quidem naturalis ratio dictat eſſe abſurdum & impoſſibile.

Diſtantia Stellarum fixarum à Terrâ definiri non poteſt.

Parallaxis & Diſtantia fixarum non poteſt certâ & evidenti obſervatione humanitùs comprehendi, quod magis confirmabitur ex

Poſtremò, quandoquidem Parallaxis Terreni Orbis neutiquam deprehendi poſſit in Stellis fixis (ut præcipuæ Obſervationes teſtantur) idcircò prorſus impoſſibile eſt, ut quiſquam exinde illarum à terrâ diſtantiam definiat, nèdum juſtam magnitudinem & quantitatem comperiat. Utcunq; ſi Receſſio Æquinoctiorum miſſa fiat, & illorum motus in Longitudinem tantùm comprobentur (quod vix credo) tunc fieri poteſt, ut fixarum diſtantia ex circuitionum temporibus aliquatenus dignoſcatur. Axioma enim indubium eſt, Unumquemq; Vorticem Periodum ſuam abſolvere in juſto, debitoq; temporis ſpatio amplitudini, ſive diametro eorum convenienti, juxta illud *Ariſtotelis* Lib. 2. de *Cœlo* Cap. 18. *Nihil magis eſſe conſentaneum rationi, quàm ut reſpondeant cujuſq; Planetæ tempora converſionis, ejuſdem altitudini, ſeu Orbis amplitudini.* Quod quidem veriſſimè compertum habeo in Planetis, quanquam dubitari

poteſt

poteſt de ſtellis Octavæ (ut aiunt) Sphæræ, quoniam illæ locis ſuis planè defixæ videntur, & (quatenus mihi cognoſcere datur) totidem centra reipſâ exiſtant variorum Planetarum Syſtematum, quo etiam reſpectu *Sol noſter* in illarum *Catalogo* æſtimari poſſit, hæc autem aliorum judiciis relinquam, ſperan neminem præproperè de his ſententiam laturum, priuſquàm ad rectæ rationis Tribunal ſiſtit, quam ſolam æquum eſt moderatricem ac judicem in rebus hiſce Philoſophicis conſtituere.


ipſius Solis incertâ Parallaxi & altitudine. *Ricciolus* Lib. 6. de Stellis fixis fol. 414. Conſentit huic ſententiæ Nobilis ille *Tycho* Tom. 1 Progym. pag. 470. & Keplerus Epit. Aſtron. Lib. 1. part. 2. Aſſipulatur & *Galilæus* Dialogo 3. de *Syſtemate Coſmico*, dicens, Neq; enim credo Stellas eſſe diſperſas in Sphærica ſuperficie, diſtante æqualitèr à centro, ſed exiſtimo diſtantias earum à nobis adeò varias eſſe, ut aliæ aliis, bis, tervè remotiores eſſe queant, &c.

CAP. VII.

Theoria Nova partim ad Nicholai Copernici *mentem inſtituta, Æquinoctii Vernalis in antecedentiâ motum, paritèrq; mutabiles Fixarum Declinationes ad ſolvendum, in quâ Stellas fixas non loco moveri eſt Hypotheſis, ideoq; Phænomena iſta à retrogradâ Libratione Axis Terræ (lentiſſimo tamen motu) circa polos Zodiaci exoriri, Sententia eſt iſtius Philoſophi.*

IN appoſito Schemate ſit A B C D E Ecliptica, cujus Polare punctum ſit L, à quo circumſcribe Circellum F g h I K, cum Semidiametro æquali diſtantiæ *poli Ecliptica à polo Terræ*, erunt igitùr Semidiametri L K & L I æquales gr. 23 31′ 30″. circuli magni. Sunt etiam Circuli F g h I K, & A B C D E paralleli; inq; hoc circello F g h I K, in antecedentia Signorum Axim Terræ librationem præſtare deponimus, lento tamen motu circitèr 50″. ſingulis annis, unde annus ſyderius eſt, 25680. annorum Periodus: his præpoſitis, revocemus proximè annum ante Chriſtum natum 350. nimirum 2038. annis preteritis abhinc, quo tempore ſit K locus poli Terræ in prædicto circello F g h I K, erat igitùr Circulus L K E S P A F Colurus Solſtitiorum iſti periodo reſpondens; fuitq; K C arcus Coluri Æquinoctiorum, ſecantis illum Solſtitiorum ad


Receſſionis Punctorum Æquinoctialium Demonſtratio.



ad rectos angulos in puncto polari K; etiam quoq; punctum Eclipticæ E, punctum Solstitii æstivi, & C Æquinoctii verni, distantia quorum E C est semper Quadrantis arcus, ut probatur ex Sphæricâ solutione K C E, eratq; M T W C N O P Æquator, secans Eclipticam in puncto Vernalis Æquinoctii C, tali namq; obliquitate, quali Axis Terræ (Coluro Æquinoctiorum semper parallelus) à Polis Zodiaci declinat, hoc est gr. 23 31′ 30″, & sic habemus Thema Cœleste illis temporibus congruum. Notandum verò est, quâcunq; Eclipticæ parte Terra posita est, eandem Eclipticæ obliquitatem cum æquatore suo servat. Ratio tamen cur Sol, quando Terra est in Æquinoctiorum Coluro, æquatori Terræ perpendicularis est, infra in hoc Capitulo docebitur. Supputemus denuò ad hunc annum incarnationis D. Christi 1668. punctum Cœleste spectatum ab Axi Terræ in Circello F g h I K, secundum igitùr prædictum calculum; annis scil. 2038. exorietur arcus gr. 28 33′ 4″. librationis Axis Terræ in antecedentia à prædicto polari puncto K, hos igitùr gradus retrorsùm numero in circello F g h I K à K usq; ad I, est igitùr angulus I L K ejusdem quantitatis cum arcu E D in Eclipticâ. Et quoniam sit L I D N R arcus Coluri Solstitiorum, & I W B Æquinoctiorum, punctum itaq; nostri Solstitii est D, Vernalis Æquinoctii B, distantia quorum est gr. 90. ut ante, sequitur igitùr (1.) qualem istum angulum I L K in antecedentia parvi circuli F g h I K, talem esse arcum E D, nimirum gr. 28 33′ 4″. in antecedentia Eclipticæ, quia latera L D & L E sunt quadrantalia. (2.) Qualem esse arcum Solstitiorum E D, talem esse arcum C B, Æquinoctiorum Recessum. (3.) Ergò scil. temporibus ante Christum 370. punctum vernalis Æquinoctii C fuit in primo Arietis puncto, ut testantur Observationes, subtrahendo abhinc arcum B C, exorietur punctum nostri vernalis Æquinoctii gr. 1 26′ 56″ ♓, scil. gr. 28 33′ 4″. in antecedentia. (4.) Novissimè sequitur Stellas videlicet, M T W C N P olim in Eclipticâ positas, jam jam Septentrionalis, & Stellam P Australis esse Declinationis, & Stellam O iterùm esse in æquatore. Latitudines autem earum semper retinent eandem quantitatem, ut ex Schemate probetur.

Aliam Demonstrationem nunc addemus, ubi positâ in Æquinoctiali Coluro Terrâ; Solem æquatori Terræ perpendicularem esse.

In Diagrammate sit punctum S Sol, c c c C C Orbis Terræ, ♈ ♎ ♋, ♑, Ecliptica, sint figuræ, 1. 2. 3. globi Terræ variè positi in Orbe. Sintq; 1.2.3. Circuli secantes superficiem Terræ in plano Eclipticæ, seu viæ Solis; in omniquâq; figurâ supponenda sunt (1.) centrum C parallelum Eclipticæ axi, cum quo in Cœlis κατ' φύσιν conjungitur ob immensam fixarum distantiam. (2.) punctum B repræsentans boreum Polum Terræ ad eandem Cœli partem semper dirigi ob magneticam Terræ virtutem. Sitq; a b d Æquator terræ in qualicunq; sui Orbis parte positæ, secans Eclipticam cum eâdem Obliquitate, nempè aug. gr. 23 31′ 30″, ab his videre est, Terram positam in fig. 1. in Solstitio Brumali fore, ubi Sol perpendicularis est parallelo Terræ in O, maximæ scil. Declinationis ab Æquatore Terræ. Cum verò Terra remota est abhinc gr. 90. ut in fig. 3. usq; ad Colurum suum Æquinoctiorum, Sol ibi est perpendicularis parallelo O, qui cadit in ipso Æquatore, quod erat probandum.



CAP.

CAP. VIII.

De Theoriâ Terræ, ejuſq; motu annuo.

QUod hoc loco dicturus ſum fortaſſe nihilo melius quàm ſabula videatur, ni ſenſus & demonſtratio idem verum eſſe dilucidè evinceret, ſed tam apparens, certumq; eſt Solem viſibilis Mundi communem eſſe Nodum & Centrum, ut qui huic doctrinæ (nunc univerſalitèr receptæ) maxìmi ſunt adverſarii, non poſſint ullâ reali Demonſtratione contradicere. Cumq; veteres Terram in infimo Planetarum Syſtematis centro collocarint, nihil aliud erat, quàm ficta Suppoſitio, quod iis qui in Theoriis Planetarum verſati ſunt optimè apparebit, qui (mihi nil dubium eſt) quin Hypotheſin illam, quæ omnia Cœleſtium Phænomenon genera evidente demonſtratione ſalvat, longè meliorem, genuinam, & realem eſſe comperiant, quàm vel illas *Ptolemai*, vel *Tychonis*, quibus Cœli imaginariis circulis, & tali quidem motuum perplexitate implentur, quæ nullo modo ſimplicitati motûs à *Creatore* ordinatæ quadrat; ut igitùr Lectores ab hiſce veterum Aſtronomorum abſurditatibus liberem, illos in rectum callem ad perfectionem ſpectantem nunc introducam, atq; ideo in hoc capite & ſequentibus Geometricè demonſtrabo, non tantùm quòd, Terra annuum habet motum, ſed quòd motus ille nullo alio loco quàm inter Orbes *Martis* & *Veneris* perficitur, quæ præcipua eſt cauſa cur Planetæ (Terræ loci reſpectu) tam aſſiduè in motibus, viſibilibuſq; magnitudinibus variantes appareant, nobis aliquando propiores, deinde remotiores apparentes, jam in motibus directæ, mox (in ſpectantium admirationem) retrò curſum flectentes, quæ omnes inæqualitates non realitèr Planetarum motui inhærent, ſed tantùm ex annuo Terræ motu; cui motus Planetarum apparentes, in ſingulis ſuis circulis referuntur, exurgunt.

DE TERRA, ejuſq; motu.

Hypotheſis *Copernici* genuina.

Hypotheſes *Ptolemai* & *Tychonis* abſurdæ ſunt.

1. Jam verò cum *Ptolemaus* primùm à Sole ut omnium aliorum Planetarum moderatore exorditur, ergò etſi nullum orbicularem motum admittam, ejus tamen locum quaſi punctum affixum centris omnium ſuarum Orbitarum conterminum ſervans, retinens; cujus auxilio verus Terræ, aliorum Planetarum motus multa dexteritate & demonſtratione obtineri poteſt, non multum digrediar.

Hinc evidens cauſa redditur, cur Solis ſimplex motus, omnium quinq; Planetarum motibus peculiari ac certo tenore, neceſſariò commiſceatur, ita ut ad Solis normam omnes apparentiæ cœleſtes ſeſe dirigant, iſq; totam chori Planetarum harmoniam tanquam Apollo in medio Muſarum moderetur. *Tycho* in Tomo. 2. Pag. 188.

2. Cumq; Terra, omneſq; alii primarii Planetæ aſſiduè Solem ab occaſu in Ortum circumferuntur, manifeſtè oſtendit Solem hujus viſibilis Mundi indubitatum eſſe centrum, ad quem primariorum Planetarum motus præcipuè ſpectant, ad exactam Planetarum motuum inveſtigationem quatenus ad Terram referuntur, & quoad nos apparent, perveniri non poſſit, ideoq; hic initium à Terræ (vel Solis ſi magis placet) Theoriâ ſumam, omneſq; tales *lineas*, *Arcus*, *Angulos*, *Orbitas*, & *Puncta*, quæ ut ſciantur, neceſſe eſt & tequiruntur ad ejus motum calculandum, deſcribam. Deindè Trigonometriæ doctrinâ, vobis brevem Calculi Synopſin tradam.

Primarii Planetæ circumferuntur Solem ab occaſu in ortum.

3. In hoc Diagrammate, A denotat locum Solis, & centrum Mundi, qui unus eſt Focus Ellipſeos, X alterum Focum Ellipſis, cui medius motus vulgò refertur, D centrum Ellipſeos Telluris, & circuli I G L K, cujus Semidiameter D I, vel D G continet 100000. partes, cujus circumferentiâ, locantur quatuor Epicycli, primus in I, ſecundus in K, tertius in L, quartus in G, qui ibi deſcribuntur non ut Terræ motum in eorum perimetro oſtendam, ſicut prudens antiquitas cum alia auxilia deeſſent, affinxit, ſed ut Ellipſin deſcribam, & in eâ verum Terræ locum inveniam.

Planetæ iter eſt per lineam Ooidem, ſeu Ellipticam.

4. Ellipſis



Ellipsis Terræ quid?

4. Ellipsis literis P B Q R notata, Terræ Orbem repræsentat, cujus Transversa Diametrus, vel Axis Ellipseos literis P D Q notatur, & Conjugata Diametrus literis B D R. Porrò verus Terræ motus in hâc Ellipsi (à præcedente figurá) auxilio parvi Epicycli obtinenda est, cujus centrum in circumferentiâ punctati circuli ferri existimatur, & motus hujus Epicycli duplicem habet proportionem ad æquatum Terræ motum, etsi ad partem contrariam; adeo ut cum Terra est in Aphelio in superiore parte Epicycli, collocetur ad P, cum autem in B gr. 90. ab Aphelio distat, tùm in infimâ ejus parte est, hoc est gr. 180. ab Aphelio Epicycli, quia (ut supra dictum est) motus Epicycli ad motum Orbitæ duplicem habet proportionem.

Eccentricitas Terræ.

5. A D est vera Terræ Eccentricitas, vel distantia centri Orbitæ Telluris à Sole, quæ æquat D X alteram partem bisectæ Eccentricitatis, quæ continet 1788. partes. Et hîc notandum est, D commune esse centrum Orbis, & duo puncta X & A vocari Focos, vel puncta Ellipseos umbilicaria, quorum remotione à D, προσθαφαίρεσις Terræ colligitur, ut suo loco demonstrabitur.

Aphelium Terræ quid.

6. *Aphelium Terræ* est illud Orbitæ punctum, quod à Sole longissimè removetur, à quo loco distantia Terræ, ut ejus motûs inæqualitas inveniatur, recensetur.

Anomalia ☉ media.

7. *Media Anomalia Terræ*, vel *Solis*, ut hic appellare possumus, est media distantia ejus ab Aphelio, cujus angulus æqualitatis refertur ad punctum X, qui *Focus* medii motus vocatur.

Anomalia æquata quæ?

8. *Æquata autem Anomalia* est vera distantia Terræ, vel alterius Planetæ in Ellipsi suâ à puncto *Aphelii* sui, respectu centri Orbitæ, quod in secundâ Telluris figurâ, Cap. 8. ex angulo P D N intelligendum est, cujus inveniendi modus in sequenti exemplo manifestè docetur.

9. Cumq; hæc æquata Anomalia, ad veram Solis vel Terræ inæqualitatem determinandum non tantum insignis & valdè necessaria sit, sed etiam ad exquisitè veras inæqualitates aliorum Planetarum calculandas multum valet, primum idem manifestè demonstrabo, ut (hoc perfectè intellecto) Exemplum verum Solis locum calculandi, obscurum videri non possit. Et licèt Gallicus

ille

ille doctus, insignis, peritusq; *Ismael Bullialdus* in *Astronomiâ* suâ *Philolaicâ*, ex maxima Radii æquatione, omnium intermediorum Anomaliæ graduum Æquationem, secundum rectorum Quadrantis Sinuum proportionem, deducit, accuratæ tamen *Tychonis*, aliorumq; Observationes hanc, *Phænomena* non ad amussim repræsentare, sicut motus Martis in suâ *Acronichiâ-Phasi* declarat, dilucidè manifestant. Cumq; ex multis hujus generis observationibus exquisitis investigaverim, maximam æquatæ Anomaliæ à vero tum fieri variationem, quando Planeta ab Aphelio & Perihelio circiter 45. *gradus* elongatur; ut igitùr motuum Theoriam faciam Cœlis consentaneam, hoc *Diagramma* inserui, in cujus circumferentiâ Circulus variationis describitur, in quo ejus Anomalia (quæ duplo Anomaliæ æquatæ Orbis æqualis est) recensetur à C, secundum Signorum successionem, ex cujus motione percipiemus quod, cum Planeta vel *Diacentralis est*, vel in *Augis Eccentri* lineâ, tum ab hâc inæqualitate immunis est; cum autem ab his punctis discedit hæc variatio crescit, & maxima fit, cum ejus Anomalia est 90. gradus, duplum æquatæ Orbis Anomaliæ exæquans 45. gradus, adeo ut (sine ullâ explanatione) ex parvi circuli motu æquatæ Anomaliæ variationem, in primo prioris Semicirculi Orbis Quadrante, ad æquatam Anomaliam addendam esse percipiatis, sed in secundo Quadrante subtrahendam. Sic in secundi Semicirculi primo à Perihelio Quadrante, addenda, in secundo subtrahenda est. Sed in Epicycli æquatione contrarium observandum est, quia ejus motus est versùs partem contrariam, ut suo loco pleniùs declarabitur.

Bullialdi Methodus.

Maxima Anomaliæ æquatæ variatio.

Qualitas & natura Variationis.

Qualitas motûs Epicycli.

10. *Terrâ* in puncto *Aphelii* sui existente, nulla est æquatio, sed mediæ & veræ motiones ambæ una eademq; sunt.

Æquatio Terræ quando nulla.

11. Cum *Terra est Diacentralis* in lineâ F D P, Eccentrica *Æquatio* est *maxima*.

Æquatio Terræ maxima.

12. *Æquatio Terræ* ab Aphelio suo crescit usquedum ad punctum ubi maxima est, perveniat, & inde decrescit usquedum ad Augem, vel Aphelium perveniat.

Æquatio Terræ quomodo crescit & decrescit.



13. In priore ab *Aphelio* semicirculo, *absoluta Æquatio* à medio motu subtrahit, sed in posteriore secundum ipsius proportionem adauget.

14. In priore igitùr Semicirculo, verus motus semper medio motu minor est, sed in posteriore major. Hic autem notandum est, quod differentia inter mediam Anomaliam & angulum ad *Solem*, absoluta Eccentri Æquatio est.

Utrum verus motus sit major aut minor vero.

15. Cum *Terra* est in *Aphelio*, à *Sole* longissimè distat, & proxima est illi quando est in Perihelio.

16. Sole in Signiferi vel octavæ Sphæræ centro existente, sequitur, quòd *linea Terræ dibeliana* per *Solem* permeans Zodiacum in duos æquales Semicirculos, exactè dividit, adeo ut *major pars* Orbitæ Terræ uni Zodiaci semicirculo quàm alteri debeatur. Ut in priore Diagrammate; ubi percipiatis, quod maxima pars Orbis supra lineam T A M versus O, major est eâ subter

Sol centrum Signiferi.

Solis mora in Signis Borealibus major quàm in Australibus.

eandem versus Q, unde *Sol* diutius in unâ quàm in aliâ Cœli parte permanere videtur.

His sic breviter præmissis, in Capite proximo ad investigandum verum Terræ à Sole locum ex Doctrinâ Triangulorum procedemus.

CAP. IX.

De investigatione veri Solis loci in annuali ejus Orbitâ, ex doctrinâ admirabili Trigonometriæ.

DE SOLE.

Alia Hypothesis nuper excogitata est ab amico doctiss. *Nicolao Mercatore*, quâ distantia focorum secatur secundum extremam & mediam rationem; ut narrat ipse in Hypòthesi Astronomicâ Novâ, Cap. 1. fol. 2.

Quamquam hic motum *Solis* appellamus, perspicuè tamen apparebit in Cap. sequentibus quòd *Sol non movetur*; at quia per *Terræ motum*, è contrario, moveri ille videtur, itaq; *Phænomenon* sensui communi repræsentare, locum ejus verum breviter invenire docebimus.

Anno Christi 1650. die 28. *Julii* in Meridie observavimus Solem in gr. 14.49'. Leonis, quo tempore medius motus *Terræ* est in gr. 16 5' 6'' ♒, & Aphelium in gr. 6 34' 24'' ♑, ex quibus elicitur Anomalia Eccentri media, Sig. 1. gr. 9 30' 42''.

Theoria motûs Terræ.

Primùm describatur Circulus P R Q his motibus consentaneus, cujus Semidiameter DP erit 100000, sitq; X *focus*, seu *umbilicus*, ad quem medii motus vulgò referentur, A *Focus alter*, in quo Sol locatur, P X H, Anomalia media gr. 39 30' 42''. præinventa, ex quâ, quomodo Angulus ad *Solem* è datis inveniatur, novâ & accuratâ methodo demonstrabimus.

Per Probl. 1. Triang. Plan. Obliquang.

Primùm in Triangulo Obliquangulo D X H cognita sunt latera D H 100000. D X 1788. & Angulus DXH gr. 140. 29' 18'', notus igitùr erit Angulus X H D gr. 0 39' 6''. Jam si ab angulo P X H gr. 39 30' 42''. auferatur Angulus X H D nuper inventus, manebit Angulus P D H gr. 38 51' 36'', qui duplicatus dat Anomaliam variationis gr. 77 43' 12''.

Solaris calculi Geometrica forma.

Porrò recurremus ad *Diagramma penultimum*, ubi in circumferentiâ circuli O Z Q P describatur Circulus C S Z super centrum *a*, in quo, à puncto C numeretur Anomalia variationis ad S gr. 77 43' 12''. Tum dico,

Ut Radius *a* y gr. 90. ad Sinum maximæ variationis *a* y 1' 26'', ita Sinus *a* N gr. 77. 43' 12'', ad Sinum arcûs *a* N 1' 24'', qui in hâc figurâ, æqualis est arcui H S, vel Angulo H D S. Si autem addatur hic angulus H D S angulo P D H gr. 38 51' 36'', emergit P D S angulus gr. 38 53' 0''. cujus duplum est motus Epicycli Z N gr. 77 46' 0''.

In eodem Diagrammate fit, ut prius X *focus medii motûs*, A Sol, D centrum Ellipsis, S centrum Epicycli, & N locus Terræ in ejus Perimetro; Primùm itaq; pro ejusdem loci investigatione, numeretur Anomalia Epicycli à Z in N gr. 77 46' 0''. cujus complementum est angulus interior N S D gr. 102 14' 0''.

In Triangulo D S N dantur latera D S 100000. S N 8, cum angulo ab iisdem comprehenso D S N gr. 102 14' 0'', ergò innotescit angulus S N D gr.

gr. 77 45′ 44″, & angulus Epicyclicæ Æquationis N D S 0′ 16″, cum latere D N 100002. Si autem ab angulo P D S præinvento gr. 38 53′ 0″, auferatur angulus N D S, 0′ 16″, relinquitur Anomalia Coæquata P D N gr. 38 52′ 44″, quâ è Semicirculo ablatâ, remanet angulus A D N gr. 141 7′ 16″.

Rursùm in Triangulo D A N, quoniam jam data sint latera D N 100002. D A 1788, cum angulo comprehenso A D N gr. 141 7′ 16″. ergò dati sunt reliqui anguli D N A gr. 0 38′ 3″, & D A N gr. 38 14′ 41″, qui est Angulus ad Solem, quo ablato ab Anomaliâ Mediâ gr. 39 30′ 42″, manebit Æquatio absoluta gr. 1 16′ 1″. subtrahenda.

Æquatio Ellipseos, seu Eccentri, est differentia inter Anomaliam mediam, & Angulum ad Solem.

Ad hæc in eodem Triangulo ex angulis D A N gr. 38 14′ 41″, A D N gr. 141 7′ 16″, & latere D N 100002. habetur latus A N 101400, quod est distantia Terræ à Sole.

	gr.	′	″.
Medius Motus Terræ	16	5	6 ♒.
Æquatio Subtr.	1	16	1.
Verus Motus Terræ ex Sole	14	49	5 ♒.
Opposito in loco erat *Sol* visus, Viz.	14	49	5 ♌, omninò observationi consentiens.

CAP. X.

De Æquatione Dierum Naturalium.

Quanquam per se pateat, neminemq; latere possit (qui curiosam artem Astronomicam vel mediocritèr intelligat) dies naturales inæquales esse, attàmen istius inæqualitatis quantitas & proportio variè admodum à peritissimis omnium ætatum *Astronomis* definita est. *Æquationes Ptolemaicas* probàvere *Alphonsus*, *Copernicus*, *Lansbergius*, *Maginus*, author Tabularum Prutenicarum, *Reinboldus*; & pleriq; omnes usq; ad tempora *Phœnicis* istius Astronomici *Tychonis Brahæi*, cujus vestigiis *Longomontanus*, *Argolus*, & *Eichstadius* institerunt, admittentes inæqualitatem, quatenùs oritur à solâ differentiâ, sive discrepantiâ Rectarum Ascensionum arcuum Eclipticæ & circuli Æquinoctialis. Enimverò hæc *Æquatio Tychonica* (quæ omnium exactissima observatur) nec suo, nec *Ptolemæi* Systemati consentanea est; nam si Terra sit centrum Mundi (ut hi asserunt) necessariò sequitur Æquationem Dierum à duplici fonte manere, quorum unus scateat à differentiâ arcuum Eclipticæ & Æquatoris, alter ab inæquali *SOLIS* circa *Terram* motu, sicut nobis quotidiè apparet. Hæc sententia (quanquam hactenùs maximè æstimata) à veritate abhorret, sicut à *Tychonis* accuratis Eclipsium observationibus colligi potest, atq; aliis rationibus, quæ firmissimè evincunt *Ptolemæi Systema* absurdum esse. Atq; tametsi *Tycho* ob hanc causam, posteriorem ejus partem rejecerit, nullas tamen istius facti rationes reddidit, nec habent rationes *Longomontani Theoric. Lib.* 1. *Cap.* 2. quidquam in hâc re ponderis, quippè quæ rigori Demonstrationum minimè respondeant, attamen ex verbis liquet illum plurimos sui temporis doctos Mathematicos consuluisse, & ab illis per literas admonitum, ut firmiores causas Æquationis temporum investigaret, quàm quas *Tycho* reliquit in Appendice de motu lunari, id quidem tentabat, sed incassùm. *Et certè meritò affirmare possum* (inquit fol. mihi 182. Theoric.) *me nunquam in toto meo Astronomico studio majore quam hîc difficultate laboràsse* Hinc videre est hoc illum magis torsisse, quam omnia studia, nec mirum *Longomontanum* hic attonitum hæsisse, cum negando Telluris motu labyrinthum, sive mæandrum ingressus est, ubi nihil quam vagari, & à viâ aberrare licuit, quum de Cœlo quicquam demonstrare vel secundum proprium, vel *Ptolemæi*

Æquatio temporis variè definita est.

Cur *Tycho* posteriorem hujus Æquationis partem rejicit.

Causa Æquationis Dierum apud *Longomontanum* dubia.

S 2 *Systema*

Systema prorsus incapax esset; unde Doctissimus *Bullialdus* (cum nullam Demonstrationem *Tychonicæ* Æquationis inveniret) alteram inæqualitatem introduxit orientem ex æquato Solis loco, & Rectâ Ascensione veri loci, sicut applicari potest Bisectæ Eccentricitati, quâ & ipse aliquando usus sum, posteà verò merum figmentum esse deprehendens, nullo experimento, aut argumento valido munitum, duplicem hujus Demonstrationem feci (& in eorum gratiam, qui *Bullialdo* adhærent, & eorum qui veritatis Studiosi sunt) aliam juxta *Bullialdum*, aliam secundùm *Systema Copernicanum*, quod omnium maximè observationi congruum, solidisq; ἀποδείξεως fundamentis nititur, quam in omnibus calculis sequar, alterâ illis relictâ, quibus arridet. Interim hoc addere liceat, *Keplerum* magnum illum Astronomorum *Antistiten* suas obtulisse rationes pro illâ, quâ utitur, Physicâ Æquatione, ut videre est in Epit. Astron. Pag. 282. 283. & 721. & in *Tabulis Rudolphinis* fol. 33 & seqq. ubi fusè de eâ egit; at hæret mihi aqua an ulli satisfecerit, quippe cum *Empirica*, *Demonstrativa*, & *Physica* Æquationes omni prorsus ratione careant, nec Observationi congruæ sunt. Nulla Dierum Æquatio consentit experientiæ (uti ipse ingenuè fatetur) quod sua etiam ipsius verba clariùs ostendunt. *Veruntamen cum, quo plures ex eo tempore Eclipses Solis & Lunæ examino, hoc magis rem dubiam deprehendam, quænam ex tribus æquandi temporis ratio sequenda sit, Astronomica veterum,* Tychonis Empirica, *an mea physica & causalis, cum nulla harum sit, quæ non ab aliquibus Eclipsibus confirmetur, à cæteris redarguatur, fol 34. Tab. Rudolph.* Sed quoniam prolixè repetere nolim, quid hâc in re alii fecerint, ad demonstrandum accingar, ac primum secundum *Bullialdum*, quem pleriq; omnes scriptores hodie sequuntur.

Sententia Bullialdi.

Sententia Kepleriana.

Quoniam itaq; Theoriâ Terræ deprehendimus, illam ferri inæqualem in ἐλλείψει suâ quod fit propter realem ejus accelerationem & retardationem in eâ ortam ab Eccentricitate, à quâ motûs inæqualitate quædam etiam temporis inæqualitas efficitur, à Telluris in Axe propria turbinatione; cum enim motus annuus in suâ ἐλλείψει velox est, & augetur, tum diurnus etiam citus est, & vice versa, cujus hanc affert rationem. *Neque enim diversa est ratio in his motibus Terræ, quam in aliis motibus. Si etenim in plano aliquo inclinato Sphæra descendat, & interea turbinet circa axem proprium, si celerius descendat, celerius etiam revolvetur. In descensu enim velociori, fit velocior contactuum progressus, & proinde unius alicujus puncti ad contactum celerior reditus.* Hæc sunt ipsissima *Bullialdi* verba in *Astron. Philolaic.* Lib. 2. inde in sequentibus concludit cum Terra semper inæqualitèr revolvatur, supra Axem, necessariò futuram aliquam diversitatem in reditu Meridiani loci ad Solem. Secunda causa ab ipso alligata nascitur ab Eccentricitate Terræ. Tertia à simplici inæqualitate Rectarum Ascensionum Æquatoris & Zodiaci, quæ à distantia Polorum & obliquâ sectione Circulorum emergit. Jam ut hinc clarius intelligamus (secundum *Bullialdum*) unde Æquatio Dierum Naturalium, & mutua earum connexio & conjunctio inter se oriatur, hortatur nos ut revolvamus hæc sequentia.

Bullialdi Sententia.

I. *Differentiam rectæ Ascensionis Æquinoctialis & Zodiaci, & medias, sive æquas Revolutiones Terræ quotidiè supra Æquatorem distributas.*

II. *Differentiam Rectarum Ascensionum, prout Eccentricitate augentur, vel diminuantur.*

III. *Inæqualitatem Terræ Revolutionis, & quam differentiam in prioribus reddit.*

Unde colligi possunt duo consequentia.

Præfatam diversitatem ex utrâq; causâ colligere.

I. Differentiam inter medium locum Solis, & Rectam Ascensionem veri ejus loci esse in ἐλλείψεως priori Semicirculo æqualem differentiæ Æquationis Naturalium Dierum & Æquationis Circuli; ideoq; additâ Circuli æquatione ad differentiam inter medium locum Solis, & rectam veri loci Ascensionem, ostendit dierum quos quæris Æquationem. At in secundo semicirculo Æquatio

tio Circuli à differentiâ suâ subtrahenda est, & quod superest erit Æquatio Dierum, Vel,

II. Differentiam in verum locum Terræ in suâ ἐκλειπτικῇ, & R. A. veri à Sole loci esse Æquationem Naturalium Dierum, in gradibus & minutis Æquatoris.

Hucusq; doctrinam à *Bullialdo* traditam secutus sum, & eandem determinandi modum ostendi; sed quoniam neq; mihi, neq; aliis abundè satisfecisse noverim, modò aggrediendum est eam, quæ Observatione comperta est esse magis genuina & absoluta, scilicet *Tychonicam* Æquationem quam Systemate *Copernicano* demonstrare licebit, cum nec ipse nec alius unquam sive suo, sive *Ptolemaico* Systemate illud perficere possit negotium. Sed ad rem redeamus. *Æquatio Tychonica.*

Æqualitas motûs TERRÆ diurni (ut Observationes *Tychonica* rectissimè docent) vero Solis loco in Æquatore projecto semper referenda est, ita ut discrepantia veræ Longitudinis Solis & ejus Rectæ Ascensionis ostendit Æquationem Dierum Naturalium. *Æquatio temporis vera quæ?*

Sit in Diagrammate appositio A centrum Solis, X Terræ, ♈ X Longitudo Terræ à puncto Æquinoctiali in Ecliptica, cui æqualis est arcus ♈ y in Æquatore projectus, ♈ B Ascensio Terræ Recta, C B Meridianus apparentis diurnæ Revolutionis Telluris. Tum ducatur K M parallela ad A y, quæ repræsentabit Meridianum mediæ seu æquabilis diurnæ Revolutionis Terræ. *Demonstratio nostra.*

Hinc evincitur, quod angulus Librationis Terræ K X C = B A Y, differentiam longitudinis & rectæ Ascensionis commonstrans, est vera Dierum Naturalium Æquatio, vel differentia inter tempus medium & apparens. *Æquatio dierum naturalium semper æqualis est Terræ Librationi.*

CAP. XI.

De Theoriâ Secundarii Planetæ, LUNÆ, & de variis in ejus motu Inæqualitatibus.

LUNAM secundarium esse Planetam ex generali Mundi Systemate clariùs apparet, eò quòd Terra Orbis sui communis est Nodus & Centrum, circa quod Periodicam Revolutionem conficit. Et licèt Secundarius Planeta sit, & minor quam ullâ Planetâ magnitudine, Mercurio excepto, cum tamen Terram quasi comitatur, eiq; majorem lucem, quam ullus Planeta præbet, & menses Anni describit, ego igitur æquum esse puto ejus Theoriam proximè Terram, (vel Solem, ut vulgò existimatur) collocare, sicut omnes *veteres Astronomi* ante nos fuerunt. *De Luna.*

I. Porrò

Luna circa terram movetur.

1. Porrò ficut *Terra* & alii *Planetæ* finguli in peculiaribus fuis Orbitis circa *Solem*, ita & hic *Secundarius Planeta*, fcil. Luna circa Terram movetur, refpectu tamen fui Syftematis à Terrâ communi ejus Centro tranflationis, in Lunæ motu duplex oritur inæqualitas, una Periodica, altera Synodica. Periodica Æquatio ad modum aliorum Planetarum obtinenda eft, nam etfi in quantitate differt, eft tamen ejufdem qualitatis, ficut mox demonftrabimus; fed Æquatio ejus Synodica ab ejus à Sole Elongatione dependet, & Evectione Syftematis fui à Terræ centro caufatur. Hoc breviter præmiffo, jam ad demonftrandum omnes tales *Lineas*, *Circulos*, *Arcus*, *Orbitas*, & *Puncta*, quæ neceffe eft, ut ad ejus Motionem calculandam fciantur, procedam.

Apogæum Lunæ quid?

2. *Aux*, vel *Apogæum* Lunæ eft illud Orbitæ punctum, in quo, cum Luna locatur, longiffimè à Terræ centro removetur, Diurno ejus motu exiftente 6′ 41″. fecundum ordinem Signorum; à quo puncto Anomalia Orbis recenfetur.


Orbita Lunæ quæ?

3. Lunæ Orbita eft imaginaria Ellipfis (ficut & illa Terræ) quæ Lunam ab occafu in ortum, fecundum Signorum fucceffionem circumfert, etfi cum aliquâ inæqualitate circa ejus centrum effe obferveiur; Converfiones enim Orbis fui, centro æquante, regulares & æquales fiunt; quod eft alter Focus Ellipfeos qui vulgò ipfum æqualitatis punctum exiftimatur. Et quia hoc Centrum æquans, Terræ refpectu, eft punctum quod verfus *Apogæum* locatur, manifeftiffimè oftendit motum Lunæ in Orbitâ fuâ (fecundum Primariorum Planetarum curfum) tardiorem effe quando eft fupra *Diacentron*, vel in fuperiore fui Circuli parte, & citatiffimum effe, quando eft fupra *Diacentron*, vel in ejus parte inferiore.

4. Super punctum D, (quod eft Centrum Orbitæ, ficut Figura exprimit) *imaginarius Circulus* defcribitur, in cujus perimetro parvus Epicyclus, cujus *Motus duplus eft ad æqualem Orbis Anomaliam*, locatur, & recenfetur ab I ejus Aphelio, verfus N, &c. adeo ut cum eft in fuæ Ellipfeos Apogæo, vel Perigæo, femper fit in I Auge Epicycli. Cum autem in K gr. 90. ab Apogæo fuo diftat, tum in Z gr. 180. ab I Auge dicti Epicycli diftat, nam ut fupra dictum eft, motus parvi Circuli eft duplus ad majoris Circuli motum.

Medius motus.

5. *Medius motus Lunæ*, vel alterius *Planetæ* fuper Focum Ellipfeos conficitur, ficut puncto X repræfentatur; cumq; verus motus ad alterum Ellipfeos Focum à A refertur, quod punctum (in Primariorum Planetarum Syftemate) Solem, Centrumq; Mundi repræfentat. Hic autem in LUNA eft Centrum Terræ, quod eft Orbis fiti punctum Umbilicarium.



Anomalia media.

6. *Anomalia media* eft Angulus ad Focum Ellipfis, qui mediæ Diftantiæ LUNÆ à puncto Apogæi fui quadrat, ficut ex Angulo P X H in fequenti figurâ oftenditur.

Anomalia Æquata.

7. *Anomalia Æquata* eft Angulus ad Centrum Orbitæ, qui ex mediâ Lunæ à puncto Aphelii, diftantiâ, exurgit; Ut Angulus P D H in adjuncto Diagrammate perfpicuè repræfentat.

Æquatio Epicycli,

8. *Æquatio Epicycli* eft arcus inter locum *Lunæ* verum in Ellipfi, & Centrum Epicycli interceptus, & in figurâ proximè fequente, Angulo N D H intelligenda eft, adeo ut Angulus P D N Anomalia fecundò Æquata vocetur.

9. *Ano-*

Anomalia Coæquata.

9. *Anomalia* autem *Coæquata* est Arcus *Ellipsis* inter lineam Absidis & verum Planetæ in dictâ *Ellipsi locum* interceptus, quæ in secundâ Figurâ, Angulo P D N intelligitur.

Angulus ad Terram.

10. *Angulus ad Terram* (vel in Primariis Planetis, Angulus ad Solem) est vera Planetæ in *Ellipsi* suâ à linea Absidis Distantia, sicut ad Solem, vel Focum Ellipseos, cui verus motus refertur, videtur.

Motus Secundarii Planetæ ☽ primò & ex propriâ suâ naturâ circa terram alligatur.

11. *Luna* autem cum *secundarius Planeta* sit, cursumq; suum circa terram agat, eamq; pro communi suo centro retinet, sicut primarii Planetæ circa Solem qui centrum Mundi est; inde efficitur ut Luna, cum sit, in lineâ Solis syzygiacâ, sicut & primarii Planetæ in Eccentro suo, tantùm Inæqualitati subjecta sit; cum autem à Sole removeatur, & extra dictam lineam sit, totum ejus *Systema* à propriâ suâ sede removetur & transfertur, ut postea demonstrabitur; undè secundæ inæqualitati subjectam esse, necesse est.

Totum Systema Lunare à propriâ sedè transfertur.

Evectio Lunæ.

12. Super punctum R in priori Figurâ imaginarius circulus describitur prope centrum Orbitæ ipsius Lunæ, per quem digressio Lunæ à prioribus inæqualitatibus in quadraturas utrimq; determinatur, dum centrum orbitæ Lunæ in ambitu hujus circelli (cujus Diameter ϖ A lineæ Apogæi Lunæ P O, aut unitur, ut in *Luminarium Syzygiis*, aut παραλλήλως per eandem extenditur, ut alias perpetuò) ferri videtur, motu duplici Lunæ à Sole, eâ scilicet lege, ut in ☌ & ☍ verâ Lunæ cum vero loco Solis, centrum Orbitæ Lunæ sit in ϖ, in Quadraturis verò in A.

Variatio.

13. Deniq; *alteram inæqualitatem* habet *Luna*, ut à certissimis *Tychonis Brahei* observationibus clariùs evincitur, quæ aliquando se extendit ad 40′ 30″. de quâ ampliùs cum ad investigationem motûs lunaris è geometricis rationibus pervenerimus, differemus.

Dimensiones Orbitæ Lunaris.

Semidiameter circuli Eccentrici D P	4047.
Semidiameter Epicycli K I = B F	2.
Eccentricitas bisecta D A = X D	175.
Variatio Æquata Anomaliæ maxima 0° 0′ 0″.	
Semidiameter circelli Evectionis R A = R ϖ	87.
Semidiameter circelli Variationis ϖ E	48.

CAP. XII.

De veri loci Lunæ per Triangulorum ratiocinium investigatione.

Observatio *Longomontani* anno Christi 1608.

INter Neotericorum Observationes variis in locis Terrarum Orbis factas, insignis est illa, quam *Longomontanus* adducit, *Lib. 1. Cap. 6. Theoric.* qui anno Christi 1608. die 12 *Februarii*, hor. 8 43′. *Hafniæ* in *Daniâ* observavit *illustrem Conjunctionem* superioris Cornu *Lunæ* cum *Aldebaran*, quando *Luna* prope Quadraturam & maximam à lineâ Syzygiacâ digressionem extitit, undè non solùm *Prosthaphæresis Eccentri*, sed etiam *Evectio* optimè determinari poterit. Et quoniam hoc tempore verus *Solis* locus fuit in gr. 3 43′ 30″ ♓, erit Æquatio temporis 7′ 40″. addenda, ita ut tempus medium ibi erat horis à meridie 8 50′ 40″. *LONDINI* verò hor. 7 58′ 40″. Ad quod tempus congruunt hi motus.

	Sig.	gr.	′	″.
Medius motus Longitudinis Lunæ	1	27.	19	47.
Apogæum Lunæ	5	9	10	11.
Nodus Boreus	4	23	54	9.
Anomalia media	8	18.	9	36.

Pro

Pro Prosthaphæresi Eccentri Lunæ inveniendâ.

προσθαφαίρεσις Eccentrici Lunæ, quâ methodo investigetur.

Sit in Schemate apposito, Anomalia Eccentri media P Q H gr. 258 9′ 36″. cujus Complementum est angulus P X H gr. 101 50′ 24″. Sitq; X *Focus medii* motus, A *Focus veri*, in quo *Terra*, & D centrum Orbitæ.

Primùm in Triangulo obliquangulo X D H dantur duo latera, D H Radius Orbis Lunæ 4047. D X semissis Eccentricitatis 175. cum angulo D X H gr. 78 9′ 36″. (quia est excessus Anomaliæ mediæ super Semicirculum gr. 180.) innotescet igitùr, per triangulorum ratiocinium, angulus X H D gr. 2 25′ 32″, undè angulus alter X D H erit gr. 99 24′ 52″, ergò habetur hujus Complementum, Q D H gr 80 35′ 8″, quo duplicato, habebis Anomaliam Epicycli B Z N gr. 161 10′ 16″, cui æqualis est angulus B H N, erit itaq; angulus interior D H N gr. 18 49′ 44″.

Ratio inveniendi prosthaphæresin Eccentri Lunæ, per Triangulorum Analysin perfacilis.

In Triangulo D H N è datis lateribus, D H 4047. H N 2. & angulo comprehenso D H N gr. 18 49′ 44″. innotescit angulus H D N 0′ 33″ & H N D gr. 161 9′ 43″. unà cum latere D N 4045. Jam si angulus H D N auferatur ab angulo jamdudum invento Q D H gr. 80 35′ 8″. manebit angulus Q D N gr. 80 34′ 35″.



Deinde in altero Triangulo A D N habentur latera D N 4045, D A 175, unà cum angulo ab iisdem comprehenso A D N gr. 80, 34′ 35″. datur itaq; angulus ad umbilicum D A N gr. 96 57′ 43″, & latus A N. Dein subtrahatur hic angulus D A N ab Anomaliæ mediæ Complemento, & remanet Æquatio Eccentri absoluta gr. 4 52′ 41″. addenda.

	Sig.	gr.	′	″.
Medius motus Lunæ	1	27	19	47.
Prosthaphæresis Add.		4	52	41.
Locus Lunæ in Ellipsi	2	2	12	28.

Si autem è loco Lunæ Elliptico verus locus Solis auferatur Sig. 11 gr. 3. 43′ 30″, remanet distantia Luminarium, Sig. 2 gr. 28 28′ 58″, cujus duplum est Sig. 5. gr. 26 57′ 56″.

De Reflectione & Evectione Lunæ.

Secunda Lunæ Inæqualitas, ejusq; Hypothesis.

Prima harum Inæqualitatum à D. *Tychone* Variationem, à *Bullialdo*, Reflectionem appellatur, quando etenim proficiscitur Luna à Syzygiis ad Quadraturam, linea Absidum P C Q ex translatione totius Systematis Lunaris evehitur extra locum naturalem. Et dum Umbilicus C describit Semicirculum B C F, reflectitur Apogæum versus V secundum seriem Signorum. Quando autem describit alterum Semicirculum F O B, reflectitur Apogæum contra ordinem Signorum. Reflectente igitùr Lunæ Apogæo per Evectionem Centri Systematis lunaris C circa circulum B N C F O, Lunæ locus indies promovetur, aut retrahitur aliquantulum, ut rectissimè admonet vir clarissimus & eruditissimus *Ismael Bullialdus.*

Et quoniam ex Observationibus *Tychonicis*, maxima hujuscemodi Reflectio deprehenditur esse in Octantibus, Scrup. 40′ 30″, quam etiam *Longomontanus* Lib. 1 Cap. 6. *Theoric.* & *Bullialdus* Lib. 3. Cap. 7. *Astron. Philolaic.* retinent,

retinent, idcircò in eâ, donec hujus rei veritas ab Observationibus & experientiâ longiùs detecta erit, acquiescimus.

Quamvis determinetur hæc secunda Inæqualitas per Doctrinam *Trigonometriæ* in Lunari Hypothesi, ad modum nihilominùs *Longomontani* commodè hic super Circello demonstratur, cujus Semidiameter A L vel A F maximam Reflectionem in sese continet.

In nostro Exemplo, quæratur Reflectio duplicatæ distantiæ ☽ à ☉ gr. 176 57′ 56″. competens itaq; in eodem circello numeretur eadem Anomalia à P per L in H, cujus Complementum erit arcus H F gr. 3 2′ 4″. Quare instituitur talis Analogia.

Ut Radius A L gr. 90 ad A L 40′ 30″; ita A M = D H gr. 3 2′ 4″, ad A M Reflectionem quæsitam scrup. 2′ 9″. gr. ′ ″. Schema Reflectionis Lunæ propemodùm *Tychonico* consentiens.

Complement. Anom. æquat a C E	96	57	43.
Reflectio P C a			
Subtr.		2	9.
Anomalia correcta P C E.	96	55	34.
Complementum N C E	83	4	26.

Pro Evectione Lunæ inveniendâ.

Sit in hoc Diagrammate P Q E Orbis Lunæ, E locus Lunæ, C centrum Orbis lunaris, B locus Terræ, ex quo in circello B N C F numeretur duplicata distantia lunæ à Sole, à B per N in C gr. 176 57′ 56″, cui æqualis est Angulus C A B, hujus Complementum mensurat angulum F A C gr. 3 2′ 4″. Quoniam jam per 20. Prop. 3′ Element. erit angulus F B C dimidium anguli F A C, videlicet, gr. 1 31. 2″, idcircò si angulus B C N = C B F adjiciatur angulo N C E, Comp'. nimirum anguli ad Umbilicum N C E gr. 83 4′ 26″, prodit angulus E C B gr. 84 35′ 28″.

Primùm itaq; in Triangulo A C B æqualium crurium, dantur omnes anguli C A B gr. 176 57′ 56″, A C B = A B C gr. 1 31′ 2″, cum latere A B = A C Part. 87 50. innotescit igitùr B C 175. ferè.

Rursùm in Triangulo E C B, quoniam habentur duo latera C E 4020. C B 175. cum angulo ab iis comprehenso E C B gr. 84 35′ 28″, ergò habetur angulus Evectionis C E B gr. 2 29′ 31″, & distantia Lunæ à Terrâ B E 4006.

	gr.	′	″	
Reflectio	0	2	9.	Add.
Evectio	2	29	31.	Add.
Vera Æquatio Secundaria	2	31	40.	Add.


THEORIA nostra LUNÆ Secundaria.

Circitèr annum 1649. quando de motu Lunæ primùm agimus (antequàm opera *Tychonis* & *Longomontani* viderimus) hæc subsequens Theoria, in mentem mihi, quæ hic recensetur, advenit. Theoria Lunæ altera à nobis olim inventa.

In hâc Figurâ sit I W Q E Orbis Lunæ, cujus centrum D, I locus Apogæi, C Umbilicus, seu focus, in quo Terra, A centrum Circelli secundæ Inæqualitatis, N Centrum parvi Circelli Variationis, E locus Lunæ in Ellipsi.

Primùm in circello C F N C numeretur duplicata distantia Lunæ à Sole ab Umbilico C per F in N gr. 176 57′ 56″, cujus Complementum it Angulus S A N gr. 3 2′ 4″, Et quia angulus S C N dimidius est S A N, nempè gr. 1 31′ 2″, idcircò in Triangulo æqualium crurium C A N, dantur omnes anguli, A C N = A N C gr. 1 31′ 2″, & C A N gr. 176 57′ 56″, cum latere A N = A C 87 50, ergò datur latus C N 175. ferè. Si autem angulus S C N gr. 1 31′ 2″, addatur angulo ad Umbilicum S C E gr 83 2′ 17″, habetur angulus E C N gr. 84 33′ 19″.

Ratio altera investigandi Lunæ Evectionem.



In Triangulo itaq; obliquangulo ECN, è datis duobus Lateribus CE 4020, CN 175. cum angulo ab iisdem comprehenso E C N gr. 84 33′ 19″, invenitur Angulus C E N gr. 2 29′ 30″. & latus E N 4006. ut ante.

Modus alter inveniendi variationem.

Deniq; in parvo Circello L S L numeretur denuò duplicata distantia ab L ad S gr. 176 57′ 56″, cujus Complementum erit Angulus E N O gr. 3 2′ 4″. cui æqualis est Angulus S A N. Itaq; in Triangulo E N O habentur Latera E N. 4006. N O 48. cum Angulo comprehenso E N O gr. 3 2′ 4″. innotescit igitur Angulus N E O 2′ 12″.

Æquatio ☽ secundaria	C E N	gr. 2	29′ 30″.
Variatio	N E O		2 12.
Æquatio 2. adæquata		2	31 42.

Deniq; addatur hæc Æquatio gr. 2 31′ 42″. loco Lunæ Eccentrico, sig. 2. gr. 2 12′ 28″, & emerget Longitudo Lunæ quæsita in gr. 4 44′ 10″. ♊.

De Latitudine Lunæ, ejusq; Calculo.


Veterum opinio.

Veteres Astronomi (quibus assensit *Copernicus*) latitudinem Lunæ solùm dependentiam super ipsius Nodos habuisse, opinati sunt, necnon semper ejusdem magnitudinis & quantitatis in locis æqualitèr ab eadem distantibus fuisse tàm in Conjunctionibus quàm Oppositionibus, & Quadratis cum Sole Aspectibus; invenimus autem per accuratas *Tychonis* & cæterorum post se Observationes, maximam Latitudinem in illius Quadraturis plus esse per Scrup. 17′. quàm in illius Conjunctione sive Oppositione cum Sole, ubi nunquam excedit grad. 5 0′ quod fortassè emotione Systematis Lunæ caussatum foret.

Lunaris latitudinis Theoria.

Hæc verò omittimus, & illius Latitudinem per Doctrinam Triangulorum juxta Theoriam *Tychonianam* ejus motionis supputare demonstrabimus, quem ad finem hoc præmitto Diagramma, in quo T P K Y Orbem Lunæ repræsentat, K P T, Planum Eclipticæ in Quadraturis, K S T in Syzygiis, T Nodum boreum, K Nodum austrinum, Y O maximam Lunæ Latitudinem in Conjunctionibus & Oppositionibus gr. 5 0. y p maximam Latitudinem in Quadraturis gr. 5 17′. His præcognitis, quæratur vera Lunæ Latitudo

Schema latitudinis Lunæ.



titudo tempore prædictæ Observationis *Longomontani*, in quo verus Lunæ motus est Sig. 2 gr. 4 44′ 8″. Nodus ejus Boreus Sig. 4 gr. 23 49′ 15″, qui ablatus ex loco Lunæ vero, relinquit Argumentum latitudinis Sig. 9 gr. 10 54′. 53″.

In Diagrammate adjuncto, maxima Latitudo Lunæ in Conjunctione sive Oppositione cum Sole per angulum O T Y intelligitur gr. 5 0′. Maxima verò in Quadraturis Latitudo per Angulum P T Y ostenditur gr. 5 17′. Differentia est scrup. 17′. semissis differentiæ D O 8′ 30″, cum quo intervallo super centro D describatur Circellus, literis O S F P notatus, in quo numeretur Duplicata Distantia Lunæ à Sole ab O per S in F gr. 176 57′ 56″. Tum in Triangulo Y D F dantur (1.) D Y inclinatio Orbitæ ☽ media gr. 5 8′ 30″. (2.) D F differentia maximæ & minimæ inclinationis 8′ 30″, cum angulo comprehenso F D Y gr. 176 57′ 56″. ergò datur Angulus D Y F 4′ 54″, qui est Æquatio Nodorum, & Y F Latitudo ☽ maxima gr. 5 16′ 59″.

Quomodo vera Lunæ Latitudo per ratiocinium Triangulorum inveniatur.

In Triangulo Sphærico T X R ad R Rectangulo, datur T X gr. 79 5′ 7″, cum angulo X T R gr. 5 16′ 59″, ergò habetur X R, vel angulus R T X gr. 5 11′ 14″, qui mensurat latitudinem Lunæ ab Eclipticâ, tempore Observationis *Longomontani*.

Reductio nihil aliud est, quam differentia inter locum Lunæ in Orbe suo & Eclipticâ, & sic inveniatur. In Triangulo T X R, ex datis T X gr. 79 5′ 7″, R T X gr. 5 16′ 59″, datur T R gr. 79 2′ 24″. Differentia 2′ 43″, est Reductio quæsita, quæ addita loco Lunæ præinvento, ostendit locum Lunæ ad Eclipticam reductum in gr. 4 46′ 53″, ♊.

Reductio quid?

CAP. XIII.

Nova & vera trium superiorum Planetarum, Saturni, Jovis & Martis, Theoria, in Longitudinem & Latitudinem.

1. EX Mundi Systemate, Orbium Planetarum ordinem, situmq; & distantiam à se invicem discernamus, undè Solem non esse Planetam, semper

De superioribus Planetis ♄ ♃ ♂.

Solem non esse Planetam, semper autem visibilis Mundi centrum, locum suum retinere.

autem visibilis Mundi centrum, locum suum, circa quod omnes primarii Planetæ moventur, retinere, observemus. Et loco Solis (quem vulgus & indocti inter Orbes *Martis* & *Veneris* collocârunt) *Terram invenimus*, qui (nil dubium est) quin ejus verus locus sit, adeo ut ex communi sensu in quantum Solem moveri putamus, tantum è contrario Terra moveatur. Cum igitùr ex Planetis alii supra, alii infra Terræ orbem versus centrum collocentur, eos superiores Planetas qui supra, eos autem inferiores, qui infra, vel intra Terræ Orbem sunt, appellamus; atq; ex priore numero, *Saturnum*, *Jovem*, & *Martem* invenimus, qui supra vel extra magni Terræ Orbis perimetrum collocantur; cum igitùr verum Solis à Terrâ locum invenire docuerimus, jam & veros horum trium Planetarum à Terrâ locos calculare demonstrabimus.

Terra permeat circa Solem inter Orbes ♂ & ♀, adeo ut ex communi sensu, quantum terra progreditur in Orbe Ecliptico, tantundem Sol in eodem Orbe ex adverso moveri videatur. Planetæ superiores & inferiores qui?

Planetas unico motu moveri, & per unicum circulum, adeoq; in eorum motuum qualitate inter se simillimos & maximè uniformes esse.

2. Nos certè & infallibilitèr docent Observationes hos tres Planetas, In suorum motuum qualitate, inter se simillimos & maximè uniformes esse, & quantitate tantùm atq; proportione à se invicem differre, quapropter una Figura, ad generalem suorum motuum Demonstrationem, sufficie.

Via Solis, κύκλος ἡλιακὸς, vel κύκλος ὁ διὰ μέσων τῶν ζωδίων. Viæ Planetarum, Solis viæ, obliquæ sunt.

3. Hi tres Planetæ communitèr duplicem habere motum existimantur, unum longitudinis, alterum latitudinis; sicut enim *via Solis* (sic enim illam vulgaris opinionis respectu voco) est obliqua Æquatori, sic viæ horum Planetarum, viæ Solis, obliquæ sunt, ideoq; suo loco motus suos in Longitudine describam, & quomodò sui Orbes à Plano Eclipticæ inclinent, demonstrabo. Primò autem à motibus suis, quasi longitudinis respectu, quæ est in consequentiâ Signorum ab occasu In Ortum, incipiam. Cumq; nobis qui hic super primarium Planetam, scil. terram vivimus, eorum motus oculo jam directi, mox retrogradi, deindè stationarii, maximè inæquales & irregulares videantur, ut igitur *φαινόμενα* salvarent, veteres Astronomi (Terræ motûs ignari) alia auxilia effingere cogebantur, nam præter eccentricum motum, unumquemq; Planetam in Epicyclo, cujus centrum in Eccentrici circumferentiâ ferri putabant, peculiarem habere motum fingebant, adeoq; circulorum, & contrariorum motuum multiplicitatis auxilio (etsi omninò contra rationem & naturam) parvum absfuerit quin ad eorum apparitiones perventum sit, sicut ex *Ptolemæo*, & qui illum secuti sunt, quorum opera hodiè extant, videre licet, postquam doctus, doctus ille *Copernicus* verum revelare cœpisset, *Joannes Keplerus*, *luminare illud dignissimum*, venit, qui fictas præcedentium suppositiones omninò repudiavit, & in suo orbe veritatem movere docuit, ex quo posteriorum Observationum auxilio, lucidi veritatis radii magis resplendescunt, sicut iis qui in cœlestibus observationibus versati sunt, apparet.

Epicyclorum absurditas.

Planetarum Orbes Soli eccentrici sunt.

4. Horum Planetarum orbes Soli eccentrici sunt, quòd ex inæquali eorum ab eo distantiâ & Orbitarum suarum æquatione, quæ in uno Planetâ; quam altero, majores sunt, ut posthâc prolixius exprimetur, apparet.

Aphelium Planetæ quid.

5. *Aphelium Planetæ* est illud Orbitæ punctum, in quo cum Planeta locatur, maximo Intervallo à Sole & centro Mundi distat, & tum tardissimè movetur; adeo ut ab hoc puncto distantia Planetæ recenseatur, ut ex eâ inæqualitas motûs illius inveniatur; adeo ut arcus vel Planetæ ab hoc puncto distantia, Anomalia Eccentri vocetur, cujus usus posthâc ostendetur.

Anomalia quid.

6. Hi tres superiores Planetæ, *Saturnus*, *Jupiter*, & *Mars*, singuli in peculiaribus suis Orbitis, ab occasu in Ortum circa centrum æquans æqualitèr moventur, Revolutiones suas annis Ægyptiis perficientes, ut sequitur.

						Diurni medii.						
	An.	Di.	Ho.	′	″	′	″	‴	iv	v	vi	vii.
♄	29	162	1	58	2.	2	0	35	27	8	44	51
♃	11	315	14	30	54.	4	59	15	55	17	37	5.
♂	1	321	22	20	44.	31	26	39	7	57	13	40.

7. Cen-

7. *Centrum æquans*, vel *Focus medii motûs* est punctum in lineâ Augis, quod inter Aphelium & centrum Eccentri collocatur; quod tàm procul à centro Eccentri versùs Aphelium distat quàm Sol à dicto centro versùs Perihelium. Ut in adjuncto Diagrammate P Q est linea Augis, D centrum Eccentri, A Focus veri motus, vel locus Solis, & X centrum Æquantis, vel alter Focus Ellipseos, cui medius motus refertur, quæ duo puncta à D noto Orbitæ centro æqualitèr distant. Focus medii motus.

8. *Orbis Planetæ est Ellipsis* in quâ Planeta assiduum ejus cursum & motum, etsi nonnullâ inæqualitate, agit, quia conversiones suarum Orbitarum non ad sua centra æquantur, sed ad centrum Æquantis, quod punctum in hoc Diagrammate litera X notatur, ut supra dictum est. Orbis Planetæ quid.

9. Quia *Centrum Æquantis* vel punctum medii motûs versus Aphelium, vel Augem Eccentri locatur, necessariò sequitur Planetam tardius moveri quando est supra *Diacentron*, vel in superiore Orbitæ I P C, & citiùs quando est infra Diacentron, vel in inferiore ejus parte C Q I; nam minor pars illius ad superiorem partem circuli Æquantis pertinent, & major pars inferiori ejus parti debetur, ut in hàc Figurâ, ubi discernatis, Quare verus Planetæ motus inæqualis est.



quod illa pars Ellipseos, quæ est supra centrum æquantis X, est minor quàm illa quæ infra idem est.

10. Super punctum D, Eccentricus describitur, qui est punctatus circulus, cujus circumferentia ad centrum Epicycli ferendum, valet, in cujus Epicycli perimetro, duplum Æquatæ Anomaliæ à P numeratur, quod ad verum Planetæ in Ellipsi suâ locum & ejus à centro Orbis sui distantiam investigandum valeat; cum enim Planeta est vel in Aphelio vel in Perihelio suo, invenitur in puncto P, cum autem est Diacentralis est in puncto C vel I, & tùm proximus & centro D.

11. *Anomalia Æquata est* vera Planetæ à puncto Aphelii sui distantia, sicut videtur ad D centrum Orbitæ, quod in priore Figurâ angulis P D B, P D E, vel P D F intelligitur. Anomalia æquata quid?


12. *Sed angulus ad Solem*, qui, angulis P A B, P A E, vel P A F, qui vulgò Coæquatæ Anomaliæ Eccentri appellantur, demonstratur, est vera Planetæ ab Aphelio distantia, quemadmodùm ad Solem & centrum Mundi videtur. Angulus ad Solem quid?

13. *Æquatio absoluta* est differentia inter mediam Anomaliam, & angulum ad Solem, sicut posthac demonstrabimus. Prosthaphæresis Eccentri quid?

14. Ex generali Mundi Systemate discernamus quomodo *Sol* in centro & terra in medio Planetarum orbe locetur, quem locum *Ptolemæus & veteres Astronomi* Soli dabant, unde motus, & omnium Planetarum loca, ad unguem demonstrare possimus; atq; hoc ego primùm generalitèr hic

hic demonstrabo, & deinde ad exquisitè, quod hic promissum est determinandum perveniam.

Demonstratio.



Demonstratio generalis annuæ inæqualitatis trium superiorum Planetarum.

In hâc Figurâ sit A Sol & centrum Mundi, C R D S annuus Terræ orbis, B ♄ ♃ ♂ orbis unius Superiorum Planetarum, B locus Planetæ datus, & denique H P X E magnus Fixarum Stellarum, seu Sphæræ octavæ, orbis. Cum igitùr Terra erit in S, Solem spectans in A, in Conjunctione cum Planetâ in B, tum in Planetâ, nulla annua Inæqualitas apparet, sed est in maximâ à Terrâ remotione in *Apogæo Epicycli*, ut veteres Astronomi existimabant; sed postquam Terra volvitur ab S in C, angulus annuæ inæqualitatis est angulus C R A, cui angulus P R X æqualis est; quod hic motum Planetæ auget, & longius, quàm reipsâ est, apparere facit. Verus enim locus in 8ª. Sphærâ est ad P, sed Planeta eodem momento à terræ inhabitantibus ad X. Deniq; cum Terra ad B pervenit & Planeta ad Z, terra inter Solem & Planetam interponitur, quo tempore Planeta est Terræ proximus, vel, ut veteres Astronomi volunt, in *Perigæo Epicycli*: terrâ igitùr & Planetâ in rectâ lineâ A E, existentibus, Planeta omninò ab annuâ inæqualitate liberatur, & quàmdiu *Terra* est in motu ab F ad O, tamdiu *Planeta Retrogradus* apparet, quantum arcus H X (in Fixarum Stellatum Orbe) continet, etsi interea, durante hâc apparitione, Planeta est in progressu secundum proprium ejus motum à B ad Z.

Quo tempore, Planeta est in maximâ remotione à Terra.

Causa velocitatis.

Quando Planeta Terræ est proximus.

Quando à Parallaxi Orbis annui liberantur Planetæ.

Causa regressionis Planetæ.

Προσθαφαίρεσις seu παράλλαξις Orbis quid.


15. *Orbis Terræ Parallaxis* est differentia inter verum locum à Sole & locum qui à terrâ videtur, quiq; in priori Diagrammate angulo repræsentatur; ad quam investigandam, tria scienda sunt (1.) Planetæ à Sole distantia (2.) Terræ à Sole distantia, (3.) Angulus inclusus, qui Planetæ à Sole locum ex vero Solis à Terrâ loco subtrahendo, Invenitur, & Anomalia Orbis annui vocatur.

Monitum.

16. Cum Orbis Anomalia est minor sex Signis, Orbis Parallaxis ad locum Planetæ addit, & Terram habitantibus longius quàm est, apparere facit; cum autem sex signis majòr est, eundem diminuit, & facit ut non tam procul quàm est appareat; quod supra perspicuè demonstravimus.

Nodi quid?

17. *Nodi sunt duo puncta* in quibus planum Eclipticæ orbitam Planetæ in locis oppositis juxta Solis centrum intersecat. Ut in hâc figurâ, ubi T B L K planum Orbitæ repræsentat, & T D X K planum Eclipticæ, quæ se alternis vicibus in punctis T & K, juxta A centrum Solis appositis, intersecant.



Argumentum inclinationis quid?

18. *Argumentum Inclinationis* est arcus Orbitæ inter Nodum Boreum & Planetæ à Sole locum interceptus, qui in consequentia Signorum numeratur. Ut in hoc Diagrammate

mate T Nodum Boreum repræsentat, K Nodum austrinum, & L locum Planetæ, ergò K L est Complementum Argumenti Inclinationis.

Circulus inclinationis qui.

19. *Circulus Inclinationis* est magnus circulus circa Solem in Fixarum Sphærâ, qui in Eclipticam rectis angulis incidit.

Inclinatio Planetæ.

20. *Inclinatio Planetæ* est circuli Inclinationis arcus, qui inter Eclipticam & corpus Planetæ comprehenditur, & in supradicto Diagrammate, arcu L X repræsentatur, qui maximus est quando Planeta in limitibus maximæ latitudinis B D 90. gradus à Nodo suo distat. Hic autem Observandum est, quòd maxima *Saturni* à plano Eclipticæ Inclinatio est 41680. *Jovis* 12424. *Martis* 4913.

Locus Planetæ eccentricus.

21. *Locus Planetæ in Eclipticâ Heliocentricus*, est illud Ipsum Orbitæ punctum in quod circulus inclinationis (qui à loco Planetæ in Orbe suo procedit) rectis angulis incidit. Ut in retento Diagrammate, L est locus Planetæ in Orbe suo, à quo Circulus Inclinationis procedit, & in Eclipticam ad X rectis angulis incidit, adeo ut X Eccentricus Planetæ locus in Eclipticâ sit.

Locus Eclipticus Planetæ qui?

Reductio.

22. *Reductio* est differentia inter Longitudinem Planetæ in Orbitâ suâ, & ejus locum in Eclipticâ ab alterutro Nodo numeratum, & in præcedente Schemate, ex differentiâ inter K L & K X intelligenda est. De Reductione observandæ sunt Regulæ sequentes.

1. Si Planeta discedit à Nodo alterutro ad limites maximæ latitudinis, auferenda est Reductio à loco Heliocentrico in Orbitâ invento.

2. Si Planeta à limite recedens, accedit ad Nodum, addenda est Reductio, loco Heliocentrico in Orbitâ reperto.

Curtatio intervalli quid.

23. *Curtatio Planetæ* est particula à lineâ intervalli, vel suæ à Sole distantiæ abscissa, sagittæ Inclinationis quadrans. Ut in supradictâ figurâ, A L est Intervallum seu distantia data, A X distantia curtata, cujus differentia est *ipsa Curtatio*.

Latitudo Planetæ quid.

24. *Latitudo Planetæ* est angulus ad *Terram* Orbitæ Planetæ à plano Eclipticæ inclinatione factus, quod in secundo Saturni Diagrammate angulo L S L repræsentatur, cujus inveniendi modus posteà docetur.

Tabula particularium Dimensionum Orbium Saturni, Jovis, Martis & *Terræ*.

Dimensiones Orbium Planetarum.

	♄	♃	♂	⊖
Semidiameter Circuli Z D vel K D.	952500	521300	152040	100000
Semidiameter Epicycli Z P = K C.	788	299	327	8
Eccentricitas D X = D A.	54800	24960	14115	1788
Variatio Æquata Anomalia maxima.	0° 5' 0"	0° 2' 58"	0° 14' 55"	0° 1 26
Angulus maxima inclinationis B A O.	2 30 30	1 21 56	1 51 4	0 0

His præmissis tanquam ad Theoriam nostram enucleandam & intelligendam necessariis, jam ad veros eorum motus doctrinâ Trigonometriæ indagandos procedam.

CAP. XIV.

De Motibus Stellæ SATURNI.

DE SATURNO.

A *Saturno* supremo totius Mundi Systematis *Planetâ* hic primùm incipiemus, & ut Hypotheseos nostræ veritatem, & fundamentum nostrarum Tabularum confirmemus, approbatis & accuratissimis nuperi & verè admirati *Tychonis Brahei* observationibus utemur.

Ut autem veritas hujus doctrinæ Theoreticæ sese nobis pellucidius patefaciat,

faciat, operæ-pretium proculdubiò foret, præſtantiſſimus illas Obſervationes veri illius loci expromere, quæ olim à D. *Tychone* & *Longomontano* in ſitibus hujus Planetæ acronychiis cœlitùs factæ ſunt, & poſtea ad motum ejus accidentarium extra ſitum acronychium perſcrutandum deveniam.

Annus Chriſti 1582.

Primùm accepimus Obſervationem nobiliſſimi *Tychonis Brahei* factam anno Chriſti 1582. *Auguſti* die 21 hor. 2 0′. P. M. *Uraniburgi*, quo tempore *Saturnus* obſervatus eſt in gr. 7 25′ ♓, in oppoſito Solis loco.

Propter Meridianorum diſcrimen auferenda ſunt Scrupula horæ 52′ quamobrem Tempus hujus Obſervationis datum eſt *Londini* hor. à meridie 1 8′.

Medii motus SATURNI *hi ſunt.*

	Sig.	gr.	′	″.
Medius motus ♄	11	13	44	19.
Aphelium	8	25	45	25.
Nodus Borealis	3	20	21	28.
Anomalia media	2	17	58	54.

Ex quibus mediis motibus motus Saturni *verus determinetur hoc modo.*

Sit in Diagrammate oppoſito PHQP Orbis *Saturni*, ejuſq; centrum D, Aphelium P, Perihelium Q, ſitq; X *Focus Ellipſeos*, ad quem medii motus reſpiciunt, A *Sol* ſeu *Focus alter*, DX = DA ſemiſſis Eccentricitatis 54800. & PXS Anomalia media gr. 77 58′ 54″.

Primùm in Triangulo DXS, dantur DS 952500. DX 54800. cum angulo DXS gr. 77 58′ 54″. ergò habetur angulus DSX gr. 3 13′ 33″. Subtrahe autem DSX à PXS, & relinquit angulum XDS gr. 74 45′ 21″. quo duplicato, venaberis Anomaliam variationis gr. 149 30′ 42″, ex quâ, & variatione maximâ 5′ 0″. variatio SH erit 2′ 32″, ut ex doctrinâ in Solis Theoriâ, evincitur. Adde autem angulum SDH 2′ 32″, ad angulum PDS gr. 74 45′ 21″, eritq; angulus PDH gr. 74 47′ 53″. duplicato autem hoc angulo PDH, habebis motum Epicycli αN = angulo αHN gr. 149 35′ 46″.

THEORIA motûs Saturni in Longitudinem.

Calculi Geometrici forma in Ellipſi.

In Triangulo DHN habentur latera DH 952500, HN 788. cum angulo indidem comprehenſo DHN gr. 30 24′ 14″. (eſt enim angulus DHN complementum anguli αHN ex Hypotheſi) ergò dantur anguli HND gr. 149 34′ 19″: HDN 1′ 27″, cum latere DN 951816. ablato angulo HDN à PDH gr. 74 48′ 52″. relinquitur Anomalia ſecundò æquata PDN gr. 74 46′ 26″, cujus Complementum ad Semicirculum eſt angulus ADN gr. 105′ 13′ 34″.

Ad hæc in triangulo ADN, ex datis lateribus DN 951816, DA 54800. & angulo comprehenſo ADN gr. 105′ 13′ 34″, datur angulus ad Solem DAN gr. 71 38′ 29″. qui ablatus ab Anomaliâ mediâ gr. 77. 58′ 54″, relinquit Æquationem veram & abſolutam gr. 6 20′ 25″. ſubtrahendam. Jam ſi ex motu *Saturni* medio rejiciatur hæc Eccentri Æquatio, relinquitur locus *Saturni* verus à Sole in Eccèntro Sig. 11. gr. 7. 23′ 54″.

Deniq; ſi auferatur locus Nodi Borei Sig. 3 gr. 20 21′ 28″, à loco Eccentrico,

trico, Argumentum latitudinis ostendit esse Sig. 7 gr. 17 2′ 26″, ex quo invenitur Reductio (ut infra docebitur) 1′ 40″ subtrahenda. Locus igitur *Saturni* in Ecliptica est in gr. 7 22′ 14″ ♓, qui Observationi *Tychonicæ* proxime consentit.

Synopsis quatuordecim aliorum locorum SATURNI *in vero Solis opposito, cum Calculo veri ejus loci ad eadem tempora, juxta præcedentem Triangulorum doctrinam exeuntium.*

Synopsis fulsionum 14. Acronychiarum. SATURNI.

Tempus Uraniburgi Anni	Men.	D.	H.	M.	Long. obser. Sig.	Gr.	′	Longit. media S.	gr.	′	″	Anomalia S.	gr.	′	″	Longit. Supp. S.	gr.	′	″	Dif.	′
1583.	Sept.	3	1	0	♓	19	50	11	26	23	58	3	0	37	11	♓	19	47	50	2	10—
1584.	Sept.	15	6	30	♈	2	34	0	9	2	8	3	12	13	57	♈	2	31	7	2	53—
1585.	Sept.	28	19	30	♈	15	39	0	21	44	57	3	25	55	24	♈	15	38	50	0	34—
1586.	Octo.	12	11	0	♈	29	2	1	4	25	58	4	8	35	1	♈	29	4	11	2	11+
1587.	Octo.	26	9	0	♉	12	46	1	17	7	31	4	21	15	10	♉	12	47	39	1	39+
1588.	Nov.	8	10	10	♉	26	44	1	29	47	21	5	3	52	27	♉	26	43	43	0	17—
1589.	Nov.	22	14	30	♊	10	53	2	12	31	27	5	16	36	20	♊	10	56	7	2	0+
1590.	Decem.	6	20	30	♊	25	10	2	25	13	41	5	29	17	10	♊	25	9	41	0	19—
1591.	Decem.	21	1	0	♋	9	24	3	7	55	48	6	11	57	54	♋	9	24	15	0	15—
1595.	Ian.	30	21	0	♌	21	15	4	16	0	40	7	19	58	36	♌	21	15	23	0	7—
1608.	Iul.	9	3	0	♑	26	53	10	0	25	31	1	4	5	27	♑	26	55	34	2	34+
1609.	Iul.	21	13	0	♒	8	31	10	13	4	3	1	16	42	37	♒	8	28	31	2	29—
1610.	Aug.	2	22	30	♒	20	10	10	25	42	34	1	29	19	44	♒	20	13	8	3	8+
1611.	Aug.	15	16	0	♓	2	12	11	8	21	45	2	11	57	32	♓	2	12	44	0	44+

Examen veri motûs SATURNI *extra situm Acronychium.*

De motu ♄ extra situm Acronychium.

Expeditâ Inæqualitate *Saturni* Periodicâ in ipsius Ellipsi, Secundam Inæqualitatem, quam pati videtur illius motus per motum *Terræ* annuum circa corpus Solarem inquirere debemus, & in hunc finem, aliquot Observationes selectissimas à D. *Tychone* extra situm Acronychium factas excerpemus, ut veritas hujus Theoriæ *Saturni* nobis pateat.

Annus 1587.

Observatio *Tychonis* prima cadit in annum 1587. diem 15 *Januarii* hor. 5 45′ *Uraniburgi*, quo tempore, *Saturnus* ex *Terrâ* videbatur in gr. 26 24′ ♈, cum latitudine Australi gr. 2′ 25″.

Processus Calculi.

Verus Solis locus tunc fuit in gr. 5 22′ 25″ ♒, & distantia Terræ à Sole 98450.

Medii motus Saturni tales sunt.

	Sig.	Gr.	′	″
Medius motus Saturni	1	7	36	27.
Aphelium	8	25	51	19.
Nodus Boreus	3	20	24	6.
Anomalia media	4	11	45	8.


Ex his motibus exoritur angulus ad *Solem* gr. 126 36′ 35″, qui ablatus ex Anomaliâ mediâ, relinquit Prosthaphæresin Eccentri gr. 5 8′ 33″. Aufer igitur hanc è medio motu Saturni gr. 37 36′ 27″, & remanet locus Saturni Eccentricus gr. 32 27′ 54″.

De Reductione loci ♄ ad Eclipticam.

	S.	°	′	″
Locus Saturni eccentricus	1	2	27	54.
Nodus Boreus subtrahend.	3	20	24	6.
Argumentum latitudinis	9	12	3	48.

 In

In Triangulo Sphærico rectangulo XKL datur angulus maximæ Inclinationis XKL gr. 2 30′ 30″, cum latere KL gr. 77 56′ 12″, quod est Complementum Anomaliæ Latitudinis, ex quibus datum est latus XK gr. 77 55′ 29″. Differentia autem Basis KL & lateris KX 0′ 43″, est Reductio quæsita. Et quoniam movetur *Saturnus* à limite maximæ latitudinis ad Nodum Boreum, monstrat Reductionem esse addendam.



	Sig.	gr.	′	″
Locus Saturni eccentricus	1	2	27	54.
Reductio add.			0	43.
Locus ♄ ad Eclipticam reductus	1	2	28	37.
Locus Solis verus	10	5	22	25.
Anomalia Orbis annui.	9	2	53	48.

De Inclinatione Orbis SATURNI *ab Ecliptica.*

In Diagrammate sit (ut prius) L locus *Saturni* in Orbitâ, X in Ecliptica, K Nodus Boreus, KL Complementum Argumenti Latitudinis gr. 77 56′ 12″ & LX Inclinatio ab Ecliptica.

Ut Radius gr. 90, ad Inclinationem Maximam 41685, ita Sinus KL gr. 77 56′ 12″, ad LX 40764. quæ est Inclinatio communi Radio congruens, sed qualium distantia *Saturni* à Sole 918644. hic Radio utitur, Inclinatio erit tantùm 39315.

Per Lib. 2. Cap.5.Prob.1. Ad hæc in Triangulo Rectangulo AXL, notum est Latus AL 918644, & latus XL 39315, ergò dabitur distantia curtata AX 917802.

Investigatio Parallaxeos Orbis annui in Saturno.

In eodem Diagrammate sit A Sol, S Terra, OWS Orbis *Terræ* annuus, X locus *Saturni* ad Eclipticam reductus, & angulus SAX excessus Anomaliæ Orbis supra Semicirculum.

Per Cas. 2. Triang. Plan. Obliq. Ergò in Triangulo ASX, dantur latera AX 917802, AS 98450, cum angulo ab iisdem comprehenso SAX gr. 92 53′ 48″, notus itaq; est angulus AXS gr. 6 4′ 55″, qui est Parallaxis Orbis annui, & angulus Elongationis ASX gr. 81 1′ 17″.

	Sig.	Gr.	′	″
Locus ♄ à ☉ ad Eclipticam reductus	1	2	28	37.
Parallaxis Orbis annui Subtr.		6	4	55.
Verus locus ♄ à terrâ visus.	0	26	23	42. id est in gr.

26′ 24′ ♈, omninò observationi congruens.

Per Cas. 4. Triang. Plan. Obliq. In eodem Trigono, ex angulis ASX gr. 81 1′ 17″, SAX gr. 92 53′ 48″ & latere AX 917802, datur latus SX 927960. quod est distantia Saturni à Terrâ.

Determinatio

Determinatio Latitudinis Saturni in Terrâ.


In Figurâ præcedente, repræsentet S terram, S X distantiam Saturni à Terrâ, & X L inclinationem Saturni; quamobrem in triangulo S L X (ad X Rectangulo) habentur X S 927960, X L 39315, erit ergò angulus latitudinis Saturni X S L gr. 2 25′ 33″. Per Cas. 4. Triang. Plan. Rectang.

Quinque aliæ Observationes locorum SATURNI *extra situm Acronychium factæ.*

I. Accepimus inprimis Observationem à *Tychone* adhibitam, anno 1587. die 9 *Januarii*, hor. 9 45′. *Uraniburgi*, quo tempore *Saturnus* videbatur in gr. 26 8′ ♈, cum latitudine austrinâ, gr. 2 28′. Observatio *Tychonis Brahei* anno 1587.

Verus locus Solis tunc temporis fuit in gr. 29 26′ 7″ ♑, & distantia à Terrâ, 98368.

Medius motus Saturni erat in gr. 7 24 43 ♉, Aphelium in gr. 25 51′ 17″ ♐, Nodus Boreus gr. 20 24 6 ♋, Anomalia Eccentri media, Sig. 4 gr. 11 33′ 26″. Ab hâc igitur (secundum doctrinam supra traditam) datur angulus ad Solem gr. 126 23′ 59″, qui ablatus ex Anomaliâ Eccentri mediâ seu simplici, relinquit Æquationem Eccentri veram gr. 5 9′ 27″ subtrahendam, quæ rejecta ex medio motu Saturni, reliquam facit Longitudinem Saturni in Eccentro gr. 2 15′ 16″ ♉, cui addita Reductio 0′ 41″, constituit locum verum Saturni, à Sole in Eclipticâ in gr. 2 15′ 56″ ♉, unde (per ablationem loci ♄ è loco ☉) habetur Anomalia Orbis annui Sig. 8 gr. 27 10′ 11″.



Quocirca in Triangulo A B C dantur latera A B 917951. A C 98368. cum angulo ab iisdem comprehenso C A B gr. 87. 10′ 11″, habentur ergò anguli A C B gr. 86 41 20″, CBA gr. 6′ 8′ 28″, & latus B C 918364. At Orbis annui Æquatio ablata loco Saturni à Sole in Eclipticâ præinvento, efficit locum ♄ verum à Terra in gr. 26 7′ 28″ ♈, observationi *Tychonis* ad amussim consentientem. Theoria motûs ♄ in Longit.

2. Anno *Christi* 1590. die 8 *Februarii*, horâ 8. vespertinâ, nobilis ille *Tycho* observavit *Uraniburgi*, *Saturnum* in gr. 7 32′ ♊, cum latitudine meridionali gr. 1 30′. Vide *ASTRONOMIAM DANICAM*, fol. mihi 327. Observatio T. B. anno 1590.

Tunc fuit verus locus Solis in gr. 0 2′ 19″ ♓, & distantia Terræ à Sole 98948. in Anomaliâ sui Eccentri Sig. 1 gr. 22 49′ 54″.

Medius motus *Saturni* juxta *Tabulas* nostras *Astronomicas*, fuit in gr. 15 7′ 41″ ♊, Aphelium Sig. 8. gr. 25 55′ 24″. Nodus Boreus Sig. 3. gr. 20 25′ 56″. Anomalia media Eccentri ♄ Sig. 5 gr. 19 12′ 17″, ergò per triangulorum ratiocinium invenitur Anomalia æquata gr. 168 35′ 14″, correcta gr. 168 33′ 18″. Anomalia verò coæquata gr. 168 34′ 24″. Unde reperitur

tur angulus à Sole gr. 167 52′ 55″, qui ablatus Anomaliæ Eccentri mediæ relinquit Proſthaphæreſin Eccentri veram & abſolutam gr. 1 19′ 22″, quâ ablata ex motu *Saturni* medio, relinquitur verus locus *Saturni à Sole* in Eccentro in gr. 13 48′ 19″ ♊, cui adjecta Reductio 1′ 34″, conſtituit verum locum ♄ à ☉ ad Eclipticam reductum in gr. 13 49′ 53″ ♊. Ut autem innoteſcat Anomalia Orbis annui, aufero locum *Saturni* ita inventum è loco *Solis* vero Sig. 11 gr. 0 2′ 19″, & relinquitur Anomalia Orbis Sig. 8. gr. 16 12′ 26″.

In Triangulo igitur Obliquangulo A D F dantur A F, diſtantia ♄ à ☉ curt. 899266. A D, diſtantia ⊖ à ☉, 98948. cum angulo ab iis comprehenſo D A F, gr. 76 12′ 26″, dabuntur ergò anguli, A D F, gr. 97 31′ 49″, A F D gr. 6 15′ 45″, cum latere D F 886931. Dein ſubtrahenda eſt hæc Orbis annui Parallaxis gr. 6 15′ 45″, à loco ♄ à ☉, & relinquitur verus locus *Saturni à Terrâ* in gr. 7 34′ 8″ ♊, proximè obſervationi *Tychonicæ* conveniens.

Obſervatio altera T. B. Anno 1590.

3. Eodem prorſus anno 1590. die 7 *Septembris*, horis à Meridie 12. à *Tychone Brahæo*, obſervatus eſt *Saturnus* in gr. 28 6′ ♊, cum latitudine auſtrinâ gr. 1 11″.

Medius motus Solis erat in gr. 26 30′ 18″ ♍, verus in gr. 24 29′ 39″ ♍, diſtantia Terræ à Sole part. 100319.

Medius motus Saturni, gr. 22 12′ 6″ ♊, Anomalia Sig. 5. gr. 26 15′ 55″, Æquatio abſoluta gr. 0 27′ 38″, locus ergò Saturni ex Sole erat in gr. 21 44′ 28″ ♊, in Eclipticâ autem in gr. 21 45 51′ ♊, diſtantia ♄ à ☉ curtata 898421. Si verò locus ♄ à ☉ ſubtrahendus loco Solis vero gr. 24 29′ 39″ ♍, monſtrat Anomaliam Orbis Sig. 3 gr. 2 43′ 48″.

In obſervatione iſtâ, ſit locus *Saturni* in H, *Terræ* in M, *Solis* in A, datum eſt latus A H 898421. A M 100319. cum angulo H A M gr. 87 16′ 12″, ergò dabuntur anguli reliqui A M H gr. 86 19′ 56″, A H M gr. 6 23′ 52″, cum latere H M 899245, ideo ſi hanc Orbis Parallaxin gr. 6 23′ 52″, adjunxeris loco Saturni à Sole gr. 21 45′ 51″ ♊, habebis verum locum *Saturni à Terrâ*, in gr. 28 9′ 43′ ♊, qui obſervationi *Tychonicæ* proximè conſentit.

Obſervatio T. B. anno 1591.

4. Anno Chriſti 1591 die 17. *Martii* hor. 7 30′, P. M. *Uraniburgi* obſervata eſt Stella *Saturni* in gr. 22 43′ ♊, cum latitudine auſtrinâ gr. 0 56′.

Medius motus *Solis* tunc fuit in gr. 4 34′ 44″ ♈, verus in gr. 6 37′ 40″ ♈, diſtantia *Terræ à Sole* 100009.

Medius motus *Saturni* in gr. 28 35′ 36″ ♊, Anomalia Sig. 6. gr. 2 38′ 43″, Æquatio abſoluta gr. 0 19′ 34″ addenda, locus igitur ♄ ex ☉ in Orbitâ erit in gr. 28 55′ 10″ ♊, in Eclipticâ in gr. 28 56′ 18″ ♊, diſtantia à Sole curtata 898425. Anomalia Orbis annui Sig. 9 gr. 7 41′ 22″. Sit in hâc Obſervatione, locus *Terræ* in K, *Saturni* in P, *Solis* in A, habemus Angulum P A K gr. 97 41′ 22″, dabitur ergò angulus A P K gr. 6 12′ 13″, cum latere P K 917179, deindè aufero Parallaxin Orbis annui paulò ante inventam gr. 6 12′ 13″, à loco ♄ à ☉, gr. 28 56′ 18″ ♊, & relinquitur verus locus ♄ à ⊖ in gr. 22 44′ 5″ ♊, qui cum Obſervatione convenit.

Obſervatio *Martini Hortenſii* Anno 1628.

Anno Chriſti 1628. die 23 *Junii* circa mediam noctem, *Saturnus* viſus eſt *Gandavi* conjunctus Stellæ ſub auſtrali Virginis humero, quoad longitudinem, ſed auſtralior eſſe ſcrupulis circitèr 25, ut obſervavit *Martinus Hortenſius*. *Vide P. Lansbergi Obſervat. Aſtron. Theſaurum*, fol. 162.

Datus eſt, hoc tempore, verus Solis locus in gr. 12 11′ 4″ ♋, & diſtantia Terræ à Sole 101786.

Medius motus Saturni ♎ gr. 4 36′ 5. Anomalia media Sig. 9. gr. 7 49′ 20″, Æquatio Eccentri gr. 6 27′ 10″ addenda, diſtantia ♄ à ☉ 962906, erit igitur locus Saturni Heliocentricus gr. 11 3′ 15″ ♎, locus autem ad Eclipticam reductus gr. 11 2′ 42″ ♎, qui ablatus à vero Solis loco, relinquit Anomaliam Orbis annui Sig. 9 gr. 1 8′ 22″. Sit in Obſervatione iſtâ, Saturnus

in

in E, Terra in R, Sol in A; erit itaque distantia Saturni à Sole, A E, Terræ à Sole A R, Saturni verò à Terrâ R E.

Quoniam in Triangulo A R E, habemus A E 962906. A R 101786, cum angulo R A E gr. 91 8′ 22″, dantur anguli E R A gr. 82 50′ 25″. A E R gr. 6 1′ 13″, cum latere E R 970282. Parallaxi verò Orbis annui gr. 6 1′ 13″, ablatâ è vero Saturni motu à Sole gr. 11 2′ 42″ ♎, relinquitur verus *Saturni locus è Terrâ* in gr. 5 1′ 29″ ♎.

Locus autem Stellæ fixæ (quæ est 7. Asterismi ♍) fuit in gr. 4 58′ 19″ ♎, ita ut differentia longitudinum fit 3′ 10″ tantùm, quæ nullius est momenti, quando forsitan, nudo oculo, facta fuit Observatio.

Investigatio Latitudinis Saturni in his datis Observationibus.


In primâ Observatione à D. *Tychone* adhibita, anno 1587. die *Januarii* 9 hor. 9 45′, *Latitudo Saturni observata* fuit gr. 2 28′ austrina. Annus 1587.

In Schemate adjuncto sit Q Nodus ♄ boreus, X Nodus austrinus, N O limes latitudinis boreus, seu inclinatio Orbis ♄ à plano Eclipticæ maxima, S locus Saturni in Orbitâ, V locus in Eclipticâ, S V inclinatio ♄ ab eâdem, & denique S M V latitudo quæsita.

I. Pro Reductione inveniendâ.

Primùm subtrahatur Nodus Boreus Sig. 3 gr. 20 24′ 6″, è loco Saturni Eccentrico Sig. 1 gr. 2 15′ 16″, & remanet Argumentum latitudinis Sig. 9 gr. 11 51′ 10″.

In Triangulo igitur Sphærico QSV ad V rectangulo, dantur QS gr. 78 8′ 50″, SQV gr. 2 30′ 30″, ergò habetur QV gr. 78 8′ 9″. Differentia QS & QV 0′ 41″ est Reductio, quæ addita loco *Saturni* Eccentrico efficit locum verum ad Eclipticam reductum Sig. 1 gr. 2 15′ 56″. Theoria latitudinis ♄.



2. Pro Inclinatione.

In eodem Triangulo QSV data est QS gr. 78 8′ 50″, cum angulo S Q V gr. 2 30′ 30″, ergò habetur S V, quod mensurat angulum inclinationis ad Solem S A V gr. 2 27′ 17″.

Jam ad Triangulum A V S advenio, ubi habemus latus A S 918794, cum angulo V A S gr. 2 27′ 17″, ergò innotescit distantia curtata A V 917951, & S V inclinatio quæsita, 39353.

3. Pro

3. *Pro latitudine investigandâ.*

In Observatione *Tychonicâ* hic tractatâ, sit S locus ♄ in Orbitâ, V locus in Eclipticâ, M locus Terræ, & angulus V M S latitudo Saturni in Terrâ.

In Triangulo dato S M V, quoniam dantur L V 918364, S V 39353, ergò reperitur angulus veræ latitudinis ♄ in Terrâ, V M S gr. 2 27′ 13″. Merid. Desc. Observationi *Tychonicæ* respondens.

Observatio T. B. Ann. 1590.

2. In Observatione secundâ, 1590. die 8 *Februarii*, hor. 8. *Nobilis ille Tycho* observavit latitudinem Saturni gr. 1 30′. Merid. quo tempore reperitur Argumentum latitudinis Sig. 10 gr. 23 22′ 23′, ita ut inter Saturnum & Nodum ejus boreum erat gr. 36 37′ 37″, ex quibus acquiritur Reductio 1′ 34″, & Inclinatio Orbitæ Saturni à Plano Eclipticæ 23487.

In Triangulo L G H dantur G H 880931, G H 23487, ergò datur angulus latitudinis Saturni in Terra, G L H gr. 1 31′ 38″. Omnibus modis ut *Tycho* observavit in *Daniâ*.

Observatio T. B. 1590.

3. Anno 1590. die 7 *Septembris* hor. 12. observata fuit latitudo Saturni gr. 1 11′, austrina. In istâ observatione *Tychonicâ*, Argumentum latitudinis ♄ est Sig. 11 gr. 1 18′ 11″; inclinatio Orbitæ ab Eclipticâ 18884, distantia à Terrâ 899243. Quamobrem in Triangulo W F α, habentur W α 899243. α F 18884, ergò dispalescit angulus α W F gr. 1 12′ 10″, qui est *latitudo Saturni in Terrâ.*

Observatio *Tychonis* anno 1591.

4. Anno Christi 1591. die 17 *Martii* horis à meridie 7 30′, latitudo Saturni fuit observata gr. 0 56′, Merid. quo tempore habemus distantiam ♄ à Terrâ K D 917179, & deviationem ab Eclipticâ d E 14427, idcirco per Trianguli analysin, datur angulus latitudinis Saturni in Terrâ E K d gr. 0 54′ 4″. Merid. Desc. vix alitèr quam *Tycho* observavit.

5. Anno 1628. quæratur latitudo ♄. Argumentum latitudinis *Saturni* tunc erat Sig. 2 gr. 20 14′ 11′, inclinatio 41569, & distantia *Saturni* à centro *Terræ* 970282.

In Triangulo itaq; P B C dantur P C & B C, ex quibus datur angulus latitudinis B P C gr. 2 27′ 12″. Sept. Ascend. Latitudo Stellæ est gr. 2′ 50′. Sept. ergò ♄ erat australior Stellâ circitèr 25′, quemadmodum observavit Clarissimus vir *M. Hortensius*.

CAP. XV.

De Motibus Stellæ JOVIS, & primùm de primâ illius Inæqualitate in Ellipsi.

DE JOVE.

UT innotescat hujus Hypotheseωs veritas, fulsiones 8. acronychias olim à D. *Tychone* observatas, quas à *Longomontano* Lib. 2. Cap. 5. Theoric. recensetur, adhibebimus.

Observat. T. B. anno 1583.

Prima accidit anno 1583. die 6. *Septembris*, Hor. 20 10′, quo tempore ♃ observatus est in gr. 23 33′ ♓, in opposito Solis loco, qui tunc temporis occupabat gr. 23 33′ 5″ ♍, juxta Tabulas nostras.

THEORIA ♃.

Medius motus *Jovis* tunc fuit in gr. 24 52′ 41″ ♓, Aphelium Sig. 6. gr. 7 21′ 54″. Anomalia media Sig. 5. gr. 17 30′ 47″, ex quibus mediis motibus, verus motus Stellæ ♃ demonstratur hoc modo. Descripto primùm Diagrammate mediis his motibus consentaneo, numeretur à P per H in S, Anomalia media gr. 167 30′ 47″, cujus Complementum gr. 12 29′ 13″, erit angulo S X D æquale. In Triangulo igitùr Obliquangulo S D X, dantur duo

Fig. 1.

duo latera, DS 5213000. DX 24960. cum angulo DXS gr. 12 29′ 13″, dabitur ergò angulus XDS gr. 166 55′ 11″, quo duplicato, prodit Anomalia variationis gr. 333 50′ 23″, Variatio itaque SH erit 1′ 18″, subtrahenda (qualium maxima est 2′ 58″. Radio gr. 90. debita) quâ ab angulo PDS gr. 166 55′ 11″ ablatâ, manebit angulus PDH gr. 166 53′ 53″; cujus duplum est motus Epicycli OZN, gr. 133 47′ 46″, ideoq; angulus DHN gr. 153 47′ 46″.

Ergò in Triangulo DHN, ex lateribus DH 521300. NH 299, & angulo ab iisdem comprehenso DHN gr. 153 47′ 46″, dabuntur anguli DNH gr. 26 11′ 22″, HDN 0′ 52″, & DN 521567. Anomalia igitur Coæquata PDN erit gr. 166 54′ 45″.

Ad hæc in Trigono DAN notum est latus DN 521567, DA 24960, cum angulo comprehenso ADN gr. 13 5′ 15″, (qui est complementum anguli PDN ad Semicirculum) dispalescit ergò angulus ad Solem DAN gr. 166 15′ 40″, qui Anomaliæ mediæ rejectus, relinquitur *Prosthaphæresis Eccentri* gr. 1 15′ 7″, auferenda; Subtraho igitùr hanc à medio motu ♃ Sig. 11 gr. 24 52′ 41″, & reliquus est verus motus ♃ à ⊙ in Eccentro Sig. 11 gr. 23 37′ 34″. Deindè detrahatur Nodus Boreùs Sig. 3 gr. 6 32′ 15″, à loco ♃ eccentrico, & residuum est Argumentum latitudinis, Sig. 8 gr. 17 5′ 19″, ex quo (secundum doctrinam, supra traditam) decerpatur Reductio 0′ 14″ cum titulo subductionis, quam aufero ex loco ♃ eccentrico, & relinquitur *verus locus* ♃ à ⊙ in Eclipticâ, gr. 23 37′ 20″ ♓, proximè Observationi *Tychonicæ* consentiens.

Postremò in eodem Trigono, ex angulis DAN gr. 166 15′ 39″, ADN gr. 13 5′ 15″, & latere DN 521567, datum est latus AN 497276, quod est intervallum ♃ & ⊙.

Synopsis 7. aliarum Observationum veri loci ♃ in vero ejus opposito Solis.

Aliæ 7. fulsiones ♃ acronychiæ.

Tempus URANIBURGI.					Long. Obs. S.	gr.	′	Longit. Med. S.	gr.	′	″	Anom. Med. S.	gr.	′	″	Long. Sup. S.	gr.	′	″	Differ. ′	″	
1584.	Octob.	13	7	20	♉	0	22	0	28	20	5	6	20	56	43	♉	0	24	19	2	19	+
1591.	April.	23	19	0	♏	13	10	7	16	28	18	1	8	56	11	♏	13	10	22	0	22	+
1595.	Septemb.	12	6	10	♓	28	56	11	29	41	1	5	22	3	1	♓	28	52	47	3	13	--
1596.	Octob.	18	12	0	♉	5	40	1	3	7	19	6	25	27	50	♉	5	36	25	3	35	--
1607.	Septemb.	17	11	10	♈	4	10	0	4	28	20	5	26	34	13	♈	4	7	29	2	31	--
1610.	Decemb.	30	14	40	♋	19	36	3	14	14	21	9	6	15	51	♋	19	38	48	2	48	+
1613.	Mart.	1	22	0	♍	21	45	5	20	6	11	11	12	4	45	♍	21	42	14	2	46	--

Quomodo verus Jovis *motus extra situm Acronychium ex mediis datis demonstretur.*

Anno Salvatoris nostri 1639, die 21 *Augusti*, hor. 8. P. M. *Parisiis*, videbatur ♃ infra supremam in *fronte* ♏; erat intervallum ♃ & Stellæ 24′ circitèr, sed fuerat ♃ in Azimutho orientaliori scr. 6′, quocirca ♃ ex calculo superaverat stellam in longitudine scr. 2, aut circitèr. Stella Fixa tunc temporis tenebat gr. 28 8′ 12″ ♏, cum latitudine boreâ gr. 1 5″, ergò Jupiter erat in gr. 28 11′, vel 12′ ♏, cum latitudine boreâ gr. 0 42′.

Observatio Parisiis facta anno 1639.

Verus

Verus locus Solis erat in gr. 7 56′ 0″ ♍, & distantia Terræ à Sole 100834.

Medius motus Jovis tunc fuit Sig. 8 gr. 13 50′ 1″. Aphel. Sig. 6. gr 8 36′ 55″, Anomalia media Sig. 2 gr. 5 13′ 6″, ex quibus (juxta doctrinam priorem) datus est angulus ad Solem gr. 60 21′ 18″, jam aufero hunc angulum ab Anomaliâ mediâ, & relinquitur Æquatio Eccentri absoluta gr. 4 51′ 48″, quæ ablata ex medio motu ♃ Sig. 8 gr. 13 50′ 1″, relinquit locum ♃ Eccentricum Sig. 8 gr. 8 58′ 13″.

De Reductione loci ♃ ad Eclipticam.

Ex loco *Jovis* præinvento Sig. 8 gr. 8 58′ 13″, subtrahendus est Nodus Boreus Sig. 3 gr. 7 4′ 22″, & residuum erit Argumentum latitudinis Sig. 5 gr. 1 53′ 51″. Ergò in Triangulo Sphærico Rectangulo K L X, datur Hypothenusa K L gr. 28 6′ 9″, cum angulo maximæ inclinationis L K X gr. 1 21′ 56″, itaque K X erit gr. 28 5′ 45″. Differentia autem K L & K X 0′ 24″, est Reductio quæ addenda est loco ♃ Eccentrico, ut locus ad Eclipticam reductus, habeatur.

Fig. 2.

	Sig.	gr.	′	″.
Locus ♃ eccentricus	8	8	58	13.
Reductio add.			0	24.
Locus ♃ à ☉ in Ecliptica	8	8	58	37.
Locus verus ☉ à terrâ	5	7	56	0.
Anomalia Orbis annui	8	28	57	23.

Pro Inclinatione investigandâ.

In Diagrammate apposito, sit A Sol, P E R P Orbis Terræ annuus, K L B portio Orbitæ ♃ à plano Eclipticæ K X C inclinans, K Nodus austrinus, B limes austrinus, seu punctum maximæ deviationis Orbitæ à plano Eclipticæ C. Esto item L locus Jovis in Orbitâ, X locus in Eclipticâ, quocirca ex angulo deviationis in Sole L A X, exoritur Angulus latitudinis in Terrâ X E L, ut infra docebimus. Sed pro Inclinatione, sic ratiocinor. Ut Radius K B gr. 90. ad inclinationem maximam B C 12474. ita sinus K L gr. 28 6′ 9″, ad inclinationem L X 5851. Radio communi 521300, competentem, sed qualium A L 533021, pro Radio habetur, erit L X 5984,

Aliter, in Triangulo A X L, ex Hypothenusa A L 533021, & angulo inclinationis ad Solem L A X gr. 0 38′ 36″, innotescit latus X L 5984, & latus A X 532987, quod est distantia curtata.

Vel in eodem Triangulo A X L, datis A L 533021. X L 5984, invenitur distantia curtata A X 532987. ut prius.

Pro Parallaxis Orbis annui investigatione.

In Diagrammate apposito, numeretur Anomalia Orbis ab R per P ad E gr. 268 57′ 23″, de quibus, ablato Semicirculo gr. 180. manebit angulus

E A X

E A X gr. 88 57′ 23″. In Triangulo igitùr obliquangulo, ex datis lateribus A X 532987. A E 100834, & angulo comprehenso X A E gr. 88 57′ 23″, inveniuntur anguli A E X gr. 80 17′ 45″. A X E gr. 10 44′ 51″, qui est angulus Parallaxeos Orbis annui in ♃.

	Sig.	gr.	′	″.
Locus ♃ eccentricus ad Eclipticam reductus	8	8	58	37.
Parallaxis Orbis annui subtrahenda		10	44	51.
Verus locus ♃ à Terrâ.	7	28	13	46.

Adhæc in eodem Triangulo, datis E A X gr. 88 57′ 23″, A E X gr. 80 17′ 45″, cum latere opposito A X 532987. datur E X 540535, distantia ♃ à terrâ.

De Latitudine ♃ ad Terram inveniendâ.

Ex jam datis facilè ad investigationem latitudinis ♃ perveniamus, nam in Triangulo rectangulo E X L, ex lateribus E X 540635, L X 5984, invenitur angulus latitudinis L E X gr. 0 38′ 2″, quamproximè Observationi consentiens.

Synopsis aliarum 6. Observationum veri ♃ loci extra situm Acronychium.

Anno Christi 1587, die 14 *Januarii*, horis à meridie 8. Stella Jovis *Uraniburgi* conspecta est in gr. ♄ 19′ ♋, cum latitudine boreâ gr. 0′ 8″. Fuit tunc temporis verus Solis locus in gr. 4 27′ 8″ ♒, & distantia Terræ à Sole 98437. Observat. T. B. 1587.

Medius motus Jovis erat Sig. 3 gr. 6 45′ 7″, Aphelium Sig. 6. gr. 7 26′ 24″, Anomalia media Sig 8 gr. 29 18′ 43″. ex quâ, juxta Triangulorum ratiocinium, reperitur Æquatio Eccentri absoluta, gr. 5 28′ 43″ addenda, erit itaque locus ♃ eccentricus Sig. 3 gr. 12 13′ 50″, in Eclipticâ verò Sig. 3 gr. 12 13′ 44″. Deindè ex loco Solis Sig. 10 gr. 4 27′ 8″, aufero locum ♃ modò acquisitum, & relinquitur Anomalia Orbis annui Sig. 6 gr. 22 13′ 24″.


In Schemate apposito sit P Y F G orbis Jovis, Z L M B Orbis Terræ annuus, A Sol, B locus Terræ, & F locus ♃ in Orbitâ.

In Triangulo A B F obliquangulo, dantur bina latera A F 522497. A B 98437, cum angulo ab iisdem comprehenso B A F, gr. 22 13′ 24″, ergò innotescent anguli A B F gr. 152 50′ 38″. A F B gr. 4 55′ 58″, cum latere B F 432976. Si autem subtrahatur *Parallaxis Orbis annui* gr. 4 55′ 58″, è loco ♃ à ☉ in Eclipticâ, Sig. 3. gr 12 14′ 50″, relinquit verum ♃ locum à Terrâ, in gr. 7 17′ 46″ ♋, qui Observationi *Tychonicæ* omnino consentit.

2. Anno Salvatoris nostri 1591, die 14 *Aprilis*, hor. 11 P. M. visus est *Jupiter Uraniburgi* in gr. 14 16′ ♏, cum latitudine boreâ, gr. 1 23′. 3. Observat. T. B. Anno 1591.

Ad hoc tempus, computatus est verus Solis locus in gr. 4 7′ 9″ ♉, & distantia ⊖ à ☉, 100836.

Medius motus Jovis tunc fuit Sig. 7 gr. 15 41′ 46″. Aphel. Sig. 6 gr. 7 32′ 5″. Anomalia Sig. 1 gr. 8 9′ 41″, *Prosthaphæresis Eccentri* absoluta, gr. 3 14′ 59″, subtrahenda, locus ergò ♃ ex ☉ erat in gr. 12 26′ 47″, & quoniam Anomalia latitudinis est gr. 125 32′ 53″, erit Reductio 0′ 27″. addenda, locus igitùr ♃ ex Sole in Eclipticâ erit in gr. 12 27′ 14″ ♏, qui ablatus ex vero Solis loco, relinquit Anomaliam Orbis annui Sig. 5 gr. 21 39′ 55″, ergò habetur angulus Z A E gr. 8 20′ 5″. Fig. 3.



Sit igitur in Figurâ appositâ, ♃ in E, Terra in Z, & Sol in A. In Triangulo itaque Z E A, quoniam duo latera angulum datum ad A comprehendentia conceduntur, nempè A E distantia ♃ à Sole 541563. A Z distantia Terræ à Sole 100836, inveniuntur itaque ex hisce, anguli A Z E gr. 169 46' 12". Z E A gr. 1 53' 42", ideo hæc Orbis Parallaxis Z E A gr. 1 53' 42", adjicienda est vero loco ♃ à Sole, ut existat verus locus ♃ à Terrâ in gr. 14 20' 56" ♍, observationi proximè consentiens.

Ad hæc in eodem Triangulo, ex angulis A Z E gr. 169 46' 12", Z A E gr. 8 20' 5", & latere A E 541563, habetur latus Z E part. 442017, & totidem est distantia ♃ à Terrâ.

Observat. T. B. anno 1600. 3. Anno Christi 1600, die 5 *Martii*, hor. 10, ex altitudine ♃ meridianâ accepit *nobilis Tycho* declinationem ♃ septentrionalem gr. 18 10', & ex altitudine quoque meridianâ indagavit Cordis ♌ declinationem gr. 13 53' 46" boreum, & Ascensionem Rectam Cordis ♌ gr. 11 44', & angulum differentiæ Ascensionalis gr. 11 22' 35". Eodem prorsus modo, invenit declinationem lucidæ in pede ♊ gr. 39 47', & angulum differentiæ Ascensionalis utriusq; gr. 41 45' 15", ex quibus invenitur Ascensio ♃ recta gr. 135 21' 56". Datâ jam Declipatione & Ascensione ♃ rectâ, datur per *Probl.* 2. *Cap.* 2. *Libri* 3. longitudo ♃ in gr. 12 34' ♌, & latitudo ejus borea gr. 1 6' :

Verus locus *Solis* fuit tunc temporis in gr. 25 40' 43" ♓, & distantia Terræ à Sole 99665.

Medius motus ♃ Sig. 4 gr. 15 41' 47". Aphel. Sig. 6 gr. 7 44' 1". Anomalia media Sig. 10 gr. 7 57' 46", Æquatio absoluta gr. 4 10' 55" addenda, locus ergò ♃ ex Sole in Orbitâ in gr. 19 52' 42" ♌, in Eclipticâ in gr. 19 52' 13", quo ablato ex loco Solis vero Sig. 11 gr. 25 40' 43", relinquitur Anomalia Orbis annui Sig. 7 5 48' 30". In Observatione istâ est ♃ in G, *Terra* in D, *Sol* in puncto fixo A. Hisce expositis, dantur in Triangulo A D G, latera duo A G 537600. A D 99665. cum angulo indidem comprehenso D A G gr. 35 48' 30" (quoniam excessus est Anomaliæ Orbis supra Semicirculum gr. 180.) datur ergò angulus D G A gr. 7 16' 30", qui ablatus ex loco vero ♃ à Sole Sig. 4 gr. 19 52' 13", relinquit verum locum ♃ in gr. 12 35' 43" ♌, omnibus ferè modis ut *Tycho* observavit.

4. Anno

Observatio *Bullialdi* anno 1637.

4. Anno 1637. *Julii* die 6, Hor. 9, *Loduni Galliæ* videbatur ♃ à Clariss. *Bullialdo*, per tubum applicare Stellæ, quæ est VI. Asterismi ♍, & præcedens quatuor quæ sunt in alâ sinistrâ ♍; erat distantia ♃ & Stellæ, 12′ circitèr, sed, quàm illa, inferior 8′ vel 9′, occidentalior verò 7′, quare numeravit ♃ distare à Stella, penes Longitudinem 10′ vel 11′ in antecedentia, locus Stellæ tunc fuerat in gr. 29 46′ 24″ ♍, ergò erat ♃ in gr. 29 35′ ♍, cum latitudine boreâ gr. 1 18′.

Locus verus *Solis* tunc fuit in gr. 24 17′ 23″ ♋, & distantia *Terræ à Sole* 101707.

Motus medius Jovis erat Sig. 6 gr. 9 19′ 46″. Aphelium Sig. 6 gr. 8 34′ 4″; ergò Anomalia Sig. 0. gr. 0 45′ 42″, hinc emergit Æquatio Eccentri gr. 0 4′ 9″ subtr. & distantia ♃ à Sole 546556, locus igitùr ♃ à ☉ in gr. 9 15′ 37 ♎. Distantia à Nodo austrino gr. 87 48′ 17″. Reductio add. 0′ 3″. Locus ♃ reductus ad Eclipticam in gr. 9 15′ 40″ ♎, qui ablatus à loco Solis vero, ostendit Anomaliam Orbis, Sig. 9 gr. 15 1′ 43″.

In Triangulo C A L (in quo sit C locus ♃, A Solis, & L Terræ) quoniam dantur A C distantia ♃ à ☉ curtata 546401, A L distantia ⊖ à ☉, 101707. cum angulo C A L gr. 105 1′ 43″, idcircò per doctrinam Triangulorum supra traditam dabitur angulus A L C gr. 65 14′ 23″, A C L gr. 9 43′ 53″, qui est Parallaxis Orbis annui; subtrahenda autem est hæc Parallaxis à loco ♃ à Sole ad Eclipticam reducto gr. 9 15 40 ♎, & manebit locus ♃ à Terrâ, in gr. 29 31′ 47″ ♍, insensibilitèr ab observatione dissentiens.

5. Anno Christi 1593: *Septembris* die 28. horis à meridie 8. observavit *Tycho Brahæus Uraniburgi*, ♃ in gr. 13 58 ♑, cum latitudine austrina gr. 0 25′. Observat. T. B. Anno 1593.

Quo tempore computatus est verus Solis locus in gr. 15 17′ 17″ ♎, distantia Terræ à Sole 99675.

Medius motus ♃ Sig. 10. gr. 0 20′ 8″. Aphelium Sig. 6 gr. 7 35′ 23″, Nodus Boreus Sig. 3. gr. 5 36′ 0″. Anomalia Sig. 3. gr. 22 44′ 45″, Angulus ad Solem gr. 107 35′ 13″, hinc emergit Æquatio Eccentri absoluta gr. 5 9′ 32″, quæ ex loco ♃ medio ablata, relinquit locum ♃ eccentricum Sig. 9 gr. 25 10′ 36″, ergò Argumentum latitudinis erit Sig. 6 gr. 18 16′ 10″, ex quibus invenitur Reductio 0′ 18″. Et quia ♃ discedit à Nodo austrino ad limitem maximæ deviationis, auferenda est *Reductio* à loco ♃ eccentrico præinvento, & locus ♃ ad *Eclipticam* reductus erit in gr. 25 18′ 18″ ♑. Deinde auferatur hic locus ♃ ex Sole, à loco Solis vero; & numerus residuus est Anomalia Orbis annui Sig. 8. gr. 20 46′ 59″. Esto in istâ Observatione, Terra in M. *Jupiter* in Y, & Sol in A. Sitq; A M distantia *Terræ à Sole*, A Y distantia ♃ à Sole, & angulus M A Y excessus Anomaliæ Orbis supra Semicirculum gr. 80 46′ 59″. Itaque in Orthogonio M A Y, dantur duo latera A Y 512970. A M 99675, cum angulo M A Y gr. 80 46′ 59″, modò acquisito, ergò dabitur angulus A M Y, gr. 88 1′ 8″, & angulus A Y M gr. 11 11′ 51″. Detrahatur autem hic angulus ex loco ♃ à ☉ in Eclipticâ Sig. 9 gr. 25 10′ 18″, & residuus est verus ♃ locus, ut visus est à Terrâ, gr. 13 58 27 ♑, qui Observationi proximè convenit.

Denique in eodem Triangulo A Y M, ex angulis A M Y gr. 88 1′ 8″, Y A M gr. 80 46′ 59″, & latere A Y 512970, datum est latus M Y 506650. quod est intervallum *Jovis & Terræ*.

Observatio *Bullialdi* anno 1634.

6. Anno Christi 1634. die 4 *Decembris* (Stylo Novo) Hor. 10 P. M. *Loduni Galliæ*, observata est Stella Jovis à *D. Bullialdo* distare ab Asello austrino, versus boream & Polum Zodiaci 17′ vel 18′, erat ♃ in Azimutho paulo orientaliori & *Almicantharat* altiori, inde judicavit ♃ tunc obtinuisse eandem cum stellâ Longitudinem, quæ est in gr. 3. 36 ♌, & latitudinem habere boream 0 24′.

Ad hoc tempus, fuit longitudo *Solis* vera in gr. 12 51′ 7″ ♐, distantia Terræ à Sole 98363.

X 2 Medius

Medius motûs ♃ erat Sig. 3. gr. 19 56′ 49″. Aphel. Sig. 6. gr. 8 30′ 34″ Nodus Boreus Sig. 3. gr. 7 5′ 20″. Anomalia media Sig. 9 gr. 11 26′ 6″. Æquatio igitur Eccentri gr. 5 18′ 41″, quæ loco ♃ medio addita, conflat verum ♃ à Sole locum in gr. 25 15′ 21″, sed ad Eclipticam reductum in gr. 25 15′ 3″ ♋, dabitur ergò Anomalia Orbis annui Sig. 4. gr. 17 36′ 4″.

In Triangulo ASH dantur AS 527667. AH 98363, cum angulo comprehenso HAS gr. 42 23′ 56″, dabitur ergò angulus *Elongationis* AHS gr. 129 18′ 29″. ASH gr. 8 17′ 35″, & HS 459837. Hæc Orbis *Parallaxis* gr. 8 17′ 35″, tandem adjecta loco ♃ ex Sole gr. 25 15′ 3″ ♋, ostendit locum ♃ à terra verum in gr. 3 32′ 38″ ♌, vix aliter quàm à Doctissimo *Bullialdo* observatum est.

Determinatio Latitudinis ♃ in hisce sex Observationibus.

Ann. 1587. In primâ *Tychonis* observatione 1587. die 14 *Januarii*, observata est Latitudo Jovis gr. 0 8′.

Sit in Schemate adjuncto, Orbis Terræ annuus L M H D, Orbis Jovis P S W N, Circulus α S Z G in eodem plano cum Eclipticâ. Sitq; Nodus Boreus ♈, austrinus S, Limes maximæ inclinationis Orbitæ ab Eclipticâ versus Boream P α, ad austrinam W Z.

Esto in Observatione istâ, Sol in A, *Terra* in B, ♃ in O in orbitâ, in F respectu *Eclipticæ*, erit itaque angulus O B F latitudo ♃ in Terra, & denique ♈ O distantia ♃ à Nodo Boreo, quam ubiq; Argumentum latitudinis appellamus.

Theoria latitudinis ♃. Priusquàm latitudinem hujus Planetæ trademus, demonstrare nobis propositum est, quomodo Astronomi, *Reductiones*, *Inclinationes*, & *Distantias curtatas* indagare solent.



Primùm pro Reductione.

In Triangulo ♈ F O, ad F Rectangulo habentur ♈ O ut prius gr. 5 20′ 51″, & angulus maximæ deviationis F ♈ O gr. 1 21′ 56″, ergò habetur ♈ F gr. 5 20′ 45″, distantia ♃ à Nodo Boreo in Eclipticâ, differentia autem arcuum, ♈ F & ♈ O, 0′ 6″, est reductio quæsita, quæ ex loco ♃ eccentrico gr. 12 13′ 50″ ♋ ablata, relinquit locum ♃ à ☉ ad Eclipticam reductum gr. 12 13′ 44″ ♋.

2. *Pro Inclinatione & Distantiâ Curtatâ.*

In Diagrammate apposito sit α λ Inclinatio maxima Orbis ♃ à plano Eclipticæ ut visa est à Sole, quæ semper accidit quando Planeta à Nodis removetur

vetur gr. 90. Exindè autem non erit difficile, *Inclinationem*, aliis in partibus Orbis intra Nodum & limitem, comprehensis, investigare. Ut in hoc Exemplo, ubi in Triangulo Sphærico ϖ F O, dantur ϖ O gr. 5 20′ 51″, & angulus O ϖ F gr. 1 21′ 56″, ergò per analysin trianguli datur O F, vel angulus O A F gr. 0 7′ 38″, qui mensurat inclinationem Orbis à plano Eclipticæ.

Prætereà, in eodem Triangulo A F O, ex angulo A O F gr. 89 52′ 22″, & Hypothenusâ A O 522498, dabitur A F distantia curtata 522497, & ex A O & angulo F A O gr. 0 7′ 38″, invenitur Inclinatio O F 1160. in partibus qualium Radius O A est 522498.

Postremò, Pro Latitudine ♃ ad Terram investigandâ.

In Triangulo B O F ad F rectangulo, data sunt latera B F 432976 F O 1160, ergò datur angulus O B F gr. 0 9′ 13″, qui monstrat latitudinem ♃ in Terrâ, Septentrionalem.

2. In Observatione secundâ, 1591. die 14 *Aprilis*, Hor. 11. Nobilis ille Anno 1591.
Tycho observavit latitudinem ♃ gr. 1 23′ 30″. Boream.

In Figurâ præcedente sit Terra in ♈, Sol in A, & ♃ in I inclinatus ad Eclipticam quantitate I R 10503. In Triangulo Rectangulo ♈ R I, dantur ♈ R 442017. R I 10503, ergò dabitur Angulus Latitudinis R ♈ I gr. 1 22′ 13″, omnibus modis ut *Tycho* observavit.

3. Anno præmemorato 1600. die 5 *Martii* Hor. 10. Latitudo ♃ obser- Anno 1600.
vata est à *Tychone*, gr. 1 6′ 45″: Borea, quo tempore datum est Argumentum Latitudinis ϖ N gr. 42 56′ 52″, Et quoniam Inclinatio Maxima ♃ est 12424. erit Inclinatio N G 8729, qualium Radius A N ponatur 537670.

In Triangulo D G N, datum est, D G 460480. & G N ut priùs 8729, ergò innotescit latitudo ♃, N D G gr. 1 5′ 10″,

4. Anno Christi 1637. die 6 *Julii*, Hor. 9. observavit Doctissimus *Isma-* Anno 1637.
el Bullialdus, Latitudinem ♃ gr. 1 18. septentrionalem.

Argumentum latitudinis tunc fuerat Sig. 3. gr. 2 11′ 43″, erit itaq; Angulus Inclinationis ♃ quoad Solem C A V gr. 1 21′ 52″. In Triangulo igitur Rectangulo A C V, præter angulum C A V, datur A V 546556. ergò habetur Distantia curtata A C 546401, & Inclinatio C V 13016. qualium Radius A V sit 546556.

Denique in Triangulo L C V, datis L C 581137, C V 13016, datur Angulus C L V gr. 1 17′ 0″, & tanta est latitudo ♃ in istâ Observatione.

5. Anno 1593. *Septemb.* die 28 Hor. 8. Latitudo ♃ erat observata gr. 0 Anno 1593.
25′ Austrina. Anomalia latitudinis fuit tunc temporis Sig. 6. gr. 18 16′ 10″, distantia igitùr à Nodo Austrino gr. 18 16′ 10″, ita ut Inclinatio Orbis à plano Eclipticæ S A Y sit gr. 0 25′ 41″. In Triangulo A S Y datum est latus A S 512984. cum angulo A S Y gr. 89 34′ 19″, ergò invenitur Distantia curtata A Y, 512970, & Inclinatio S Y 3832.

Tum in Triangulo M S Y ad S Rectangulo, dantur M Y 512970. S Y 3832: dispalescit ergò angulus S M Y gr. 0 26′ 0″, quamproximè observationi *Tychonica* congruens.

6. Anno 1634. die 24. *Novembris* Stylo Anglicano, seu 4. *Decembris* Stylo Anno 1634.
Gregoriano, Hor. 10 vesperi, latitudo ♃ inquirenda est.

Anomalia latitudinis fuit tunc temporis Sig. 0 gr. 18 12′ 1″. In Triangulo itaq; Rectangulo ϖ S E, ex ϖ E gr. 18 12′ 1″, & angulo E ϖ S gr. 1 21′ 56″, dabitur ϖ S gr. 18 11′ 43″, quibus ablatis ex ϖ E, relinquitur 0′ 18″ subtrahenda. Ex iisdem quoq; invenitur Deviatio Orbis ab Eclipticâ S E æqualis Angulo E A S gr. 0 25′ 36″; Jam in eodem Trigono A E S, ex datis A E 527683, E A S gr. 0 25′ 36″, reperitur Distantia curtata A S 527667, & S E 3928.

Deniq;

Deniq; in Triangulo Rectangulo E H S, dantur S H 459837, E S 3928 ergò habetur Angulus latitudinis ♃ in Terrâ E H S gr. 0 29′ 22″.

CAP. XVI.

De Motibus Stellæ Martis, & primùm de primâ in Ellipsi inæqualitate.

De Marte.

ANno Christi 1580 die 18 *Novembris*, horis à meridie 1 30′, *Uraniburgi*, observata est Stella *Martis* in gr. 6 27′ 30″ ♊, in opposito Solis loco.

Huic tempori correspondent hi motus:	S.	gr.	′	″.
Longitudo Martis media ab Æquinoctio verno	1	25	53	0.
Aphelium	4	28	32	36.
Nodus Boreus	1	16	28	53.
Anomalia media	8	27	20	24.

Hisce ita concessis proximè methodum hanc novam hactenus manditam, quâ exquisitè prima *Martis* inæqualitas in Ellipsi, & deinde locus ejus à Sole verus, exaretur, proponemus.

Calculi Geometrici forma in Longit. Martis.

Primùm itaq; describatur Circulus P Q H P, in quo numeretur Anomalia media à P per Q in H. gr. 267 20′ 24″. cujus excessus supra Semicirculum gr. 87 20′ 24″, erit Angulus D X H. Quoniam jam in Triangulo D X H, dantur duo latera D H 152040. D X 14115, cum angulo D X H gr. 87 20′ 24″, ergò dabitur Angulus X H D gr. 5 19′ 16″, & angulus X D H gr. 87 20′ 20″, cujus Complementum ad duos rectos gr. 92 39′ 40″, est Anomalia Æquata à Perihelio Q D H, quâ duplicatâ, emergit Anomalia Variationis gr. 185 19′ 20″.

Jam porrò si Radius Circelli Variationis statuatur 14′ 55″, erit Variatio Anomaliæ datæ respondens S H 1′ 22″, subtrahe autem H S 1′ 22″, ab angulo Q D H gr. 92 39′ 40″, & relinquitur Angulus Q D S gr. 92 38′ 17″.

In Diagrammate adjuncto sit S centrum Epicycli, X Focus medii motûs, A Sol & Focus alter, ad quem veri motus respiciunt, D centrum Ellipseos, & N locus *Martis* in Ellipsi.

Primùm in peripheriâ Epicycli numeretur Anomalia ipsius à V per α in N gr. 185 16′ 34″, dupla scilicet anguli Q D S, erit igitùr Angulus α S N gr. 5 16′ 34″.

Theoria ♂.

In Triangulo D N S, è datis lateribus D S 152040, S N 327, & angulo ab iisdem comprehenso N S D, gr. 5 16′ 34″, inveniuntur reliqui anguli D N S gr. 174 42′ 46″, S D N 0′ 41″, cum latere D N 151713. Addatur autem angulus S D N 0′ 41″, angulo A D S nuper invento, gr. 92 38′ 17″, & conflatur angulus A D N gr. 92 38′ 58″.

Dein in Triangulo A D N quoniam habentur latera D N 151713, D A 14115, & angulus A D N gr. 92 38′ 58″. ergò invenitur Angulus ad Solem D A N. gr. 82 3′ 48″, Proinde quando hic angulus ex Complemento Anomaliæ mediæ auferatur, resultat *Æquatio Eccentri Martis* vera & absoluta gr. 10 35′ 48″, quæ medio loco *Martis* eccentrico addita, ostendit longitudinem *Martis* Heliocentricam in gr. 6 28′ 48″ ♊. In Trigono eodem, quoniam jam cogniti sunt Anguli A D N gr. 92 38′ 58″, D A N gr. 82 3′ 48″, cum latere D N 151713, dabitur latus A N 153017.

Postremò,

Postremò, ut habeatur *Reductio*, subtrahendus est motus Nodi Borei, Sig. 1 gr. 16 28′ 53″; ab Heliocentrico loco *Martis* sic invento, & relinquit Argumentum latitudinis Sig. 0 gr. 19 59′ 55″, ex quibus invenitur *Reductio* 0′ 35″, subtrahenda, & Distantia curtata 153009. ut infra in investigandâ *Martis* Inæqualitate secundâ enodatè demonstrabimus.

	S.	gr.	′	″.
Locus Martis Heliocentricus	2	6	28	48.
Reductio *Subtr.*			0	35.
Locus Martis Heliocent. ad Eclipticam reductus	2	6	28	13.

Differt itaq; hic Calculus ab Observatione cœlitùs factâ tantummodò 0′ 43″.

Synopsis tredecim aliorum locorum Martis, *tàm ex Observatione Acronychiâ in verâ* Solis *oppositione, quam Calculo ad eadem tempora, juxta* Astronomiam Britannicam.

Tredecim aliæ fulsiones ♂ Acronychiæ.

Ecce mirabilis consensus Calculi cum observationibus.

Tempus Uraniburgi Anni Men. D. H. M.	Long. obser. Sig. Gr. ′ ″	Longit. media S. gr. ′ ″	Ano. Med. S. gr. ′ ″	Longit. Supp. S. gr. ′ ″	Dif. ′ ″
1582. Dec. 28 4 0	♋ 16 54 30	3 9 28 19	10 10 53 8	♋ 16 53 46	0 44 —
1585. Jan 30 19 15	♌ 21 35 10	4 20 11 41	11 21 34 0	♌ 21 35 41	0 31 +
1587. Mart. 6 7 20	♍ 25 42 0	5 0 50 53	1 2 10 38	♍ 25 43 9	1 7 +
1589. April 14 6 20	♏ 4 23 0	[illegible] 14 21 37	2 15 38 48	♏ 4 25 26	2 26 +
1591. Jun. 8 7 45	♐ 26 42 0	9 5 47 10	4 7 1 44	♐ 26 41 38	0 22 —
1503. Aug. 25 17 30	♓ 12 16 0	11 9 58 18	6 11 10 12	♓ 12 18 11	2 11 +
1595. Oct. 31 0 40	♉ 17 30 40	1 7 17 17	8 8 26 32	♉ 17 32 32	1 52 +
1597. Dec. 13 16 0	♋ 2 27 0	2 23 15 10	9 24 21 49	♋ 2 25 29	1 31 —
1600. Jan. 18 14 0	♌ 8 37 0	4 4 38 49	11 5 42 56	♌ 8 35 26	1 34 —
1602. Febr. 20 14 15	♍ 12 26 0	5 15 2 30	0 16 4 5	♍ 12 24 32	1 28 —
1604. Mart. 28 16 20	♎ 18 36 10	6 27 2 56	[illegible] 28 1 58	♎ 18 36 30	0 20 +
1608. Julii. 24 2 0	♒ 11 10 0	10 14 14 33	5 15 8 20	♒ 11 10 28	0 28 +
1610. Oct. 8 16 50	♈ 25 30 0	0 16 58 17	17 49 7	♈ 25 28 37	1 23 —

De

De Motibus Stellæ Martis *extra situm Acronychium.*

Obferv. T. B. 1589. Anno Christi 1589. die 8 *Martii*, horis à meridie 16 24′ *Uraniburgi*, Nobilis ille *Tycho* observavit *Martem* in gr. 12 16 ♏, cum latitudine boreâ gr. 2 4′.

Locus Solis à Terrâ verus tunc fuit in gr. 28 35′ 7″ ♓, & Distantia Terræ à Sole 99759.

Medius motus *Martis* erat Sig. 6 gr. 25 11′ 21″, Aphelium Sig. 4. gr. 28 42′ 42″. Nodus Boreus Sig. 1 gr. 16 34′ 55″, & Anomalia media Sig. 1. gr. 26 28′ 39″, Ex hisce ita datis, dabitur Angulus ad Solem gr. 48 11′ 24″, jam si detrahatur hic angulus ab Anomaliâ mediâ gr. 56 28′ 39″, relinquitur *Æquatio absoluta* gr. 8 17′ 15″, auferenda è longitudine mediâ, ut in Synopsi videatur.

	S.	gr.	′	″.
Locus Martis medius	6	25	11	21.
Æquatio Subtr.		8	17	15.
Locus Martis Heliocentricus	6	16	54	6.

De Reductione loci ♂ ad Eclipticam:

Subducatur primùm motus Nodi Borei Martis, Sig. 1 gr. 16 34′ 55″ à loco Martis Heliocentrico, Sig 6. gr. 16 54′ 6″, & relinquitur Argumentum latitudinis Sig. 5 gr. 0 19′ 11″, ac proinde ipsius Complementum K L gr. 29 40′ 49″.

In Triangulo Sphærico K L X ad X Rectangulo, dantur K L gr. 29 40′ 49″, & X K L gr. 1 51′ 4″, dabitur ergò X K gr. 29 40′ 3″, locus itaq; Martis in Eclipticâ erit Sig. 6. gr. 16 54′ 52″, ut apparet ex Sole.

De Inclinatione Orbis Inquirendâ.




Fig. 2. In Diagrammate adjuncto repræsentat K Nodum Austrinum, L locum Martis in Orbitâ, X locum in Eclipticâ, & L X inclinationem quæsitam. Dico, Ut Radius gr. 90. ad inclinationem maximam 4912. ita Sinus K L gr. 29 40′ 49″, ad Inclinationem quæsitam 2432. quæ quidem est Deviationis mensura communi Radio 152040. competens, sed qualium A L pro Radio habetur, erit Deviatio LX 2575.

In Triangulo Sphærico A L X Rectangulo ad X, datâ Hypothenusâ A L 161004, una cum latere L X 2575, quæritur Distantia curtata, A X hoc modo.

A L 161004.	Summa	163579........	5. 213727.
L X 2575.	Different.	158429........	5. 199830.
		Aggreg........	10. 413557.
A X 160582.		Semiaggreg...	5. 206778.

Locus

		S. gr. ′ ″.
Locus Solis verus		11 28 35 7.
Locus Martis Heliocentric.	Subtr.	6 16 54 52.
Anomalia Orbis		5 11 40 15.

In eodem Diagrammate numeretur Anomalia Orbis ab R per P ad S. gr. 161 40′ 15″, eritq; Angulus S A X gr. 18′ 19′ 45″.

In Triangulo Obliquangulo A S X, datis duobus lateribus A X 160982. A S 99759. cum Angulo comprehenso X A S gr. 18 19′ 45″, habentur anguli A S X gr. 136 20′ 33″, S X A gr. 25 19′ 41″, & deniq; latus S X 73333.

	S. gr. ′ ″.
Locus Martis Heliocentricus	6 16 54 52.
Parallaxis Orbis annui ad.	25 19 41.
Locus Martis Geocentricus.	7 12 14 33.

Vix differt ab observatione.

Determinatio latitudinis Martis *in istâ Observatione* Tychonicâ.

Sit in eodem Diagrammate, Angulus inclinationis ad Solem L A X, & Angulus latitudinis in Terra L S X; quapropter in Orthogonio L S X, dantur S X 73333. L X 2575. ergò reperitur Angulus latitudinis L S X gr. 2 0′ 41″.

Doctissimus & ingeniosissimus vir *Sethus Wardus*, S T D. *Lib.* 1. *Part.* 2. Cap. 11. *Astron. Terrest.* nobis commodissimam proposuit viam, quâ Planetarum Latitudines facilè, aliquo tempore dato, inveniantur, cujus Demonstratio, quanquam hic omissa, proportio attamen erit ita.

1. *Ut Distantia Planetæ à Terrâ S X, ad ipsius Distantiam à Sole A X, ita Sinus Inclinationis L A X, ad sinum Latitudinis*; Erit etiam è converso;
2. *Ut Sinus anguli Elongationis, ad sinum Anguli Anomaliæ Orbis, ita Cotangens Inclinationis, ad Cotangentem Latitudinis.*

Synopsis quindecim aliarum Observationum veri loci Martis, *extra situm Acronychium.*

1. ANno Christi 1582. die 23 *Novembris*, Horis à Meridie 16 0′, Nobilis vir *Tycho Brahens* observavit *Uraniburgi*, Stellam Martis in gr. 26 38′ 30″ ♋, cum latitudine boreâ gr. 2 49′. Observat. T. B. 1582.

Quo tempore verus locus Solis erat in gr. 11 40′ 36″ ♐ & Distantia Terræ à Sole 98366.

Medius motus *Martis* ab Æquinoctio verno tunc fuit Sig. 2 gr. 21 23′ 39″, Anomalia media, Sig. 9. gr. 22 48′ 25″, Æquatio absoluta gr. 9 19′ 13″. addenda, locus igitur Martis Heliocentricus juxta Doctrinam Triangulorum supra traditam, erat Sig. 3. gr. 0. 42′ 42″, in Eclipticâ Sig. 3. gr. 9 41′ 49″, hinc provenit Anomalia Orbis Annui Sig. 5. gr. 10 58′ 57″.

In Triangulo A a G obliquangulo, dantur duo latera, A a Distantia ♂ à ☉ 158847, A G Distantia Terræ à Sole 98366, cum angulo à lateribus comprehenso a A G gr. 19 1′ 3″, (qui est Complementum Anomaliæ Orbis annui ad duos rectos) Innotescit igitur Angulus Elongationis ♂ à ☉ a G A gr. 135 1′ 37″, & angulus Parallaxeos Orbis annui in *Marte* gr. 25 57′ 19″, Quocirca si addatur hic Angulus ad locum *Martis* heliocentricum, Sig. 3. gr. 0 41′ 49″, prodibit vera *Martis* Longitudo quoad *Terram*,


Sig. 3. gr. 26 39′ 8″, erat igitur Stella *Martis* in gr. 26 39′ 8″ ♋, qui Obſervationi *Tychonicæ* proximè conſentit.

Obſervat. T. B. 1583.

2: Anno Salvatoris noſtri 1583. die 26 *Januarii*, Hor. 6 15′ veſperi, *Tycho* animadvertit *Uraniburgi*, *Martem* in gr. 8 20′ ♋, cum latitudine boreâ, gr. 3 52′.

Quo tempore Sol erat in gr. 16 32′ 8″ ♒, Medius motus *Martis* Sig. 3. gr. 24 43′ 9″, Anomalia media Sig. 10. gr. 26 7′ 53″, ex quibus ſecundum praxin Triangulorum præmemoratam, inveſtigatur verus locus *Martis* ex Sole in Ellipſi, Sig. 4. gr. 0 6′ 36″, à quo ſi auferatur Reductio 0′ 31″, remanet locus *Martis* Heliocentricus ad Eclipticam reductus Sig. 4. gr. 0 6′ 5″, oritur itaq; Anomalia Orbis Sig. 6 gr. 16 26′ 3″, Et quoniam Diſtantia ♂ à ☉ curtata eſt 164369, & Diſtantia Terræ à Sole 98648, idcircò in Triangulo A b B habemus duo latera A b 164369, A B 98648, cum angulo ab iis comprehenſo B A b gr. 16 26′ 3″, ergò inveniuntur Anguli B b A gr. 21 48′ 27″, A B b gr. 141 45′ 28″, & latus B b 75136. Jam è loco *Martis* ex Sole, Si auferas Parallaxin Orbis annui in *Marte*, relinquitur Geocentricus locus ♂ in gr. 8 17′ 38″ ♋, obſervationi *Tychonicæ* adamuſſim conſentiens.

Fig. 3.



Obſervat. T. B. 1584.

3. Anno Chriſti 1584. die 21 *Decembris*, Hor. 14. *Tycho Brahæus* denuò obſervavit Stellam *Martis* in gr. 1 13′ 30″ ♏, cum latitudine boreâ gr. 3 31′.

Ad hoc tempus verus locus Solis fuit in gr. 10 43′ 1″ ♑, Diſtantia Terræ à Sole 98228.

Medius motus *Martis* erat Sig. 3. gr. 29 7′ 1″, Aphel. Sig. 4 gr. 28 37′ 34″, Nodus Boreus Sig. 1 gr. 31 51″, Anomalia Sig. 11 gr. 0 29′ 17″, locus igitur *Martis* à Sole in Eclipticâ erit in gr. 3 51 24. Leonis, & diſtantia ejus à Sole curtata 164851. Dein ſubtrahatur locus ♂ ita inventus è loco Solis vero, & relinquitur Anomalia Orbis annui Sig. 5. 6. 51′ 37″, quibus è Semicirculo ablatis manebit Angulus C A D gr. 23 8′ 23″.

In Triangulo C A D è lateribus A C 164851. A D 98228, & angulo indidem

indidem comprehenso C A D, gr. 23 8′ 23″, habentur anguli A D C gr. 128 28′ 39″, A C D gr. 27 22′ 57″, jam si loco Martis à Sole præinvento, addatur hæc Orbis annui Parallaxis gr. 27 22′ 57″, provenict locus *Martis* Geocentricus in gr. 1 14′ 21″ ♍, qui observationi adamussim congruit.

4. Anno Christi 1585. die 12 *Martii*, Ho. 10 30′. *UranIburgi*, observatus est *Mars* in gr. 11 46′ ♌, cum latitudine boreâ gr. 3 22′. — Observat. T. B. 1585.

Verus locus Solis tunc fuit in gr. 2 16′ 4″ ♈. Distantia Terræ à Sole 99876, Medius motus *Martis* Sig. 5. gr. 11 29′ 25″, Anomalia Sig. 0. gr. 12 51′ 35″, Prosthaphæresis gr. 2 7′ 24″, auferenda, locus ergò ♂ ex ☉ apparuit in gr. 9 22′ 40″ ♍, ideoq; angulus Anomaliæ Orbis est gr. 22 53″ 24″.

Ergò in Triangulo A d E, habemus duo latera A d 166109. A E 99876, & Angulum ab iis comprehensum d A E gr. 22 53′ 24″, idcircò datur angulus Elongationis A E d gr. 129 26′ 34″, & angulus Parallaxeos Orbis A d E gr. 27 40′ 2″, qui ablatus ex loco præinvento Sig. 5. gr. 9 22′ 40″, relinquit locum *Martis* Geocentricum in gr. 11 42′ 38″ ♌, qui observationi quamproximè convenit.

5. Eodem quoq; anno 1585. die 15 *Aprilis* hor. 10. Vesperi, Nobilis vir *Tycho Brahæus*, mirâ Solertiâ & Sagacitate, *Martem* deprehendit in gr. 17 37′ 30″ ♌. — Observat. T. B. 1585.

Erat tunc Sol vero motu suo in gr. 5 29′ 10″ ♉, distans à Terrâ 100878

Medios motus *Martis* tunc fuit Sig. 5 gr. 29 17′ 52″, Anomalia Sig. 1. gr. 0 39′ 55″, ex quibus reperitur locus *Martis* Heliocentricus ad Eclipticam reductus, in gr. 24 23′ 34″ ♍, & Distantia curtata 164757. Ex locis ♂ & ☉ sic inventis, elicitur Complementum Anomaliæ Orbis Sig 4 gr. 18 54′ 24″, quod ablatum de Semicirculo gr. 180. relinquit Angulum C A K gr. 41 5′ 36″.

In Triangulo A C K, quoniam cognita sunt latera A C 164757. A K 100878, cum angulo comprehenso c A K gr. 45 5′ 36″, ergò datus est angulus A c K gr. 36 46′ 10″, & latus K c 110769. Sublato autem hoc angulo A c K ex loco *Martis* à Sole, relinquitur verus *locus ♂ Geocentricus* in gr. 17 37′ 24″ ♌, observationi *Tychonicæ* exactè consentiens.

6. Denuò, hoc anno præmemorato 1585. die 9. *Maii*, Hor. 18 11′, *Tycho* observavit *Martem* in gr. 26 54′ 30″ ♌, quo tempore Sol juxta nostrum calculum tenebat gr. 28 55′ 24″ ♉, in distantia ejus à Terra 101433. — Observat. T. B. 1585.

Medius motus Martis erat Sig. 6. gr. 12 3′ 15″, Anomalia Sig. 1 gr. 13 25′ 13″, locus igitur ♂ ex ☉ reperitur in gr. 5 20′ 18″ ♎, respectu autem Eclipticæ in gr. 5 21 10. ejusdem Signi, in distantia à Sole 163143. Porrò ex loco Solis prius oblato, subtrahendus est locus *Martis*, & relinquitur Anomalia Orbis Sig. 7. gr. 23 34′ 14″, cujus excessus supra Semicirculum gr. 53 34′ 14″, mensurat angulum m A f.

In Triangulo A m f, datis A f 163143. A m 101433. lateribus, cum angulo incluso f A m gr. 53 34′ 14″, dabitur etiam Angulus Elongationis A m f gr. 88 0′ 48″, & Parallaxis Orbis annui in *Marte* A f m gr. 38 24′ 58″, ita ut locus ♂ cadat ex Terrâ in gr. 26 56′ 12″ ♌, observationi *Tychonicæ* congruens.

7. Anno Christi 1586. die 21 *Octobris*, Hor. 18 0′, observatus est locus ♂ ab illo Atlante seculi superioris, *Tychone Brahæo* in gr. 0 7′ ♍, cum latitudine boreâ gr. 1° 36′. — Observat. T. B. 1586.

Locus Solis verus fuit tunc temporis in gr. 8 21′ 56″ ♏, in distantia ejus à Terrâ 99015.

Martis motus medius erat Sig. 3. gr. 19 48′ 26″. Aphel. Sig. 4. gr. 28

39′ 47″, Anomalia Sig. 10. gr. 21 8′ 39″. Nodus Bor. Sig. 1 gr. 16 33′ 10″, unde elicitur locus *Martis* à *Sole* ad Eclipticam reductus in gr. 25 53′ 43′, & distantia ♂ à ☉ curtata 163745.

Quoniam in Triangulo A S g, habentur duo latera A g 163745. A S 99015, cum angulo g A S gr. 77 31′ 47″, (qui est Complementum Anomaliæ Orbis ad gr. 180.) dabitur ergò angulus A S g gr. 68 17′ 23″, & angulus A g S, gr. 34 10′ 49″, cum latere S g 172089. Si igitùr motui Martis ex Sole in Ecliptica, addatur hic angulus Parallaxis Orbis annui A g S, prodibit longitudo *Martis* ex *Terrâ* in gr. 0 4′ 32″ ♍, observationi proximè consentiens.

Observat. T. B. 1586.

8. Eodem anno 1586. die 15 *Decembris*, Hor. 18 30′, Nobilis *Tycho Brahæus* observavit *Martem Uraniburgi* in gr. 26 6′ 24″ ♍.

Quo tempore verus Solis locus erat in gr. 4 16′ 39″ ♑, & distantia Terræ à Sole 98220, Martis medius motus Sig. 4. gr. 18 38′ 32″, Anomalia Sig. 11. 19 gr. 58′ 33″, Mars ergò ex Sole apparebat in gr. 20 18′ 11′ ♌, distantia ♂ à ☉ existente 166213. Postremò ex locis ♂ & ☉ invenitur Anomalia Orbis Sig. 4. gr. 13 58′ 28″, cujus Complementum ad 6. Signa, gr. 46 1′ 32″, est angulus ♈ A ♊.

In Triangulo igitùr obliquangulo ♈ A ♊ dantur latera A ♊ 166213, A ♈ 98220, cum angulo comprehenso ♊ A ♈ gr. 46 1′ 32″, ergò datur Parallaxis Orbis Telluris A ♊ ♈ gr. 35 47′ 51″. Adde hanc ad locum ♂ Heliocentricum, gr. 20 18′ 11″ ♌, & habebis locum verum ♂ ex Terrâ in gr. 26 6′ 2″ ♍, Calculus itaq; noster cum observatione adamussim congruit.

Observat. T. B. 1591.

9. Anno Christi 1591. die 13 *Maii*, Hor. 14. *Tycho Brahæus* observavit *Martem* in gr. 2 20′ ♑, quo tempore, verus locus Solis fuit in gr. 2 9′ 16″ ♊, & Distantia Terræ à Sole 101490.

Medius motus Martis erat Sig. 8. gr. 22 17′ 47″, Anomalia Sig. 3. gr. 23 32′ 26″. Prosthaphæresis gr. 10 8′ 55″ subtrahenda, locus ergò *Martis* ex *Sole* ostenditur in gr. 12 8′ 52″ ♐, in Eclipticâ autem in gr. 12 8′ 9″ ♐, unde Angulus Anomaliæ Orbis reperitur gr. 9 58′ 53″, quo dato, cum lateribus A ♈ 147874. & A H 101490, innotescit Angulus Elongationis A H ♈. gr. 149 51′ 36″, & Angulus Parallaxeos Orbis Telluris A ♈ H gr. 20 9′ 30″, ideoq; verus locus ♂ Geocentricus fit in gr. 2 17′ 39″ ♑, observationi proximè consentiens.

Observat. T. B. 1591.

10. Eodem quoq; anno 1591. die 28 *Junii*, Hor. 10 24′ *Uraniburgi*, observatus est *Mars* in gr. 21 10′ ♐, quo tempore verus locus Solis erat in gr. 15 51′ 19″ ♋, & Distantia Terræ à Sole 101767.

Medius locus *Martis* tunc tenebat gr. 16 19′ 31″ ♑, sed visus à Sole in Eclipticâ gr. 8 30′ 7″ ♑, quocirca si è loco Solis vero subtrahatur locus Martis ex Sole verus, remanet angulus Anomaliæ Orbis annui gr. 7 21′ 12″.

In Triangulo A Z L dantur bina latera A Z 142569, A L 101767, unà cum angulo ab iisdem comprehenso gr. Z A L gr. 7 21′ 12″, idcircò juxta Triangulorum analysin, inveniuntur anguli A L Z gr. 155 16′ 36″, A Z L gr. 17 22′ 12″. cum latere Z L 43628. Ablato autem angulo A Z L ex loco *Martis* ex *Sole*, relinquitur locus ♂ Geocentricus in gr. 21 7′ 55″ ♐, observationi quamproximè conveniens.

Observat. T. B. 1593.

11. Anno 1593. die 21 *Julii*, horis à meridie 14. videbatur ♂ *Uraniburgi* in gr. 17 45′ 45″ ♓, quo tempore Sol verò suo motu erat in gr. 8 26′ 6″ ♌, & Distantia Terræ à Sole 101500.

Medius motus Martis erat Sig. 10. gr. 21 33′ 10″, Anomalia Sig. 5. gr. 22 45′ 11″, hinc dabitur Prosthaphæresis gr. 1 30′ 47″ auferenda, locus igitur

igitur Martis heliocentricus cadit in gr. 20 2′ 23″ ♒, cui adde Reductionem 0′ 6″, & proveniet locus ♂ à ☉ in Ecliptica in gr. 20 2′ 29″ ♒, Postmodò ex substractione loci Martis è loco Solis, habebimus Anomaliam Orbis annui, Sig. 5. gr. 18 23′ 37″.

In Triangulo A N Y notum est latus A Y 138318, & latus A N 101500. cum angulo ab iis comprehenso Y A N gr. 11 36′ 23″, dabitur ergò angulus A Y N gr. 27 42′ 6″, jam si loco *Martis* adinvento, hic angulus addatur (eò quod Anomalia Orbis Semicirculum non complevit) habemus verum locum *Martis* Geocentricum in gr. 17 44′ 35″ ♓, omnibus modis ut observatio habet.

12. Eodem anno 1593. die 29 *Augusti*, Hor. 10. 20′. *Uraniburgi*, observatus est Mars in gr. 11 14′ ♓. Observat. T.B. 1593.

Verus locus Solis tunc fuit in gr. 15 54′ 24″ ♍, Distantia 100581.

Medius motus *Martis* erat Sig. 11 gr. 11 54′ 41″, Aphel. Sig. 4. gr. 28 48′ 7″, Anomalia Sig. 6. gr. 13 6′ 34″, Æquatio gr. 2 42′ 48″. addenda, locus igitur ♂ à ☉ in Ecliptica Sig. 11 gr. 14 38′ 14″. Distantia ♂ à ☉ curtata 138639. Dein subtrahe locum Martis sic inventum, à loco Solis vero, & relinquitur Anomalia Orbis Sig. 6. gr. 1 16′ 10″, cujus excessus supra Semicirculum mensurat angulum X A O gr. 1 16 10″, quo dato, cum lateribus circumjectis A X 138639, A O 100581, innotescunt exinde anguli A O X gr. 175 22′ 55″, A X O gr. 3 20 55″, cum latere O X 37648. Demùm si subtrahatur angulus O X A ex loco *Martis* à *Sole*, remanet locus ♂ à Terrâ in gr. 11 17′ 19″ ♓, proximè observationi consentiens.

13. Anno eodem 1593. die 3. *Octobris*, Hor. 8. vesperi, observatus est *Mars Uraniburgi* in 7. gr. 50′ 10″ ♓, ad quod tempus verus locus Solis est in gr. 20 15 13″ ♎, Distantia 99526. Observat. T.B. 1593.

Medius motus Martis erat Sig. 0. gr. 0 12′ 10″, Anomalia Sig. 7 gr. 1 23′ 56″, Prosthaphæresis gr. 6 7′ 37″ addenda, ita ut locus ♂ à ☉ in Ellipsi radii in gr. 6 19′ 47″ ♈, in Ecliptica verò in gr. 6 20′ 39″ ♈, Distantia curtata, 140692, Anomalia Orbis Sig. 6. gr. 54′ 34″.

Propterea in Trigono A W ♪, tria nota sunt, nempè A W 140692, A ♪ 99526, W A ♪ gr. 13 54′ 34″, ex illis dabitur A ♪ W gr. 137 36′ 6″, & A W ♪ gr. 28 29′ 20″, cum latere ♪ W 50158, locus igitur ♂ Geocentricus erit in gr. 7 51′ 19″ ♓, omnibus modis ut refert Observator.

14. Anno Christi Salvatoris 1595. die 17 *Septembris*, Hor. 16 45′. Nobilis *Tycho Brahe* observavit *Uraniburgi*, Stellam *Martis* in gr. 26 7′ 12″ ♉, quo tempore Sol erat in gr. 4 17′ 57″ ♎, Distantia 100018. Observat. T.B. 1595.

Medius motus Martis erat Sig. 0 gr. 14 34′ 48″, Anomalia Sig. 7. gr. 15 44′ 12″, Æquatio gr. 8 14′ 37″ addenda, locus igitur Martis à Sole erit juxta Eclipticam, in gr. 22 56′ 6″ ♈, quem aufero ex loco Solis vero, & relinquitur Anomalia Orbis Sig. 5. gr. 11 27′ 51″, cujus Complementum ad duos rectos gr. 18 32′ 9″, est angulus V A R.

In Triangulo V R A data sunt duo latera A V 143259, A R 100018. cum angulo V A R gr. 18 32′ 9″, ex quibus dabitur angulus A V R gr. 33 17′ 35″, loco *Martis à Sole* prainvento, addendus; *Mars* ergò ex *Terrâ* videbatur sub linea R V in gr. 26 7′ 41″ ♉, omninò ut *Tycho* observavit.

15. Deniq; eodem anno 1595. die 3 *Novembris*, Hor. 12. *Uraniburgi*, nobilis ille *Tycho* observavit *Martem* in gr. 16 18′ 30″ ♉, quo tempore verus locus Solis erat in gr. 21 2′ 19″ ♏, & Distantia ejus à Sole 98719. Observat. T.B. 1595.

Medius motus Martis tunc fuit Sig. 1 gr. 9 6′ 27″, Anomalia Sig. 8.


gr.

gr. 10 15′ 40″, Prosthaphæresis gr. 10 20′ 22″, medio motui Martis addenda, ideoq; locus ♂ heliocentricus est in gr. 19 ° 45′ ♉, ad Eclipticam autem reductus in gr. 19 26′ 45″ ♉, quibus è loco Solis ablatis, restat Anomalia Orbis Sig. 6. gr. 1 35′ 34″. Tùm in Triangulo A F M dantur latera A F 148809, A M 98719, cum angulo F A M gr. 1 35′ 34″, ergò dabitur angulus Parallaxeos Orbis Telluris M F A gr. 3 7′ 59″, qui ablatus à loco heliocentrico, relinquit locum Geocentricum in gr. 16 18′ 46″ ♉, haud aliter quam *Tycho* observavit.

Determinatio Latitudinis ♂ in his quindecim observationibus.

PRimo Exemplo mihi erit latitudinis in *Marte* investigatio anno 1582. die 23 *Novembris*, Hor. 16′ 0′, quo tempore latitudo à *D. Tychone* observata fuit gr. 2 49′ Borea.

Schema latitudinis ♂.



In Diagrammate adjecto sit ☊ ♀ limes maximæ Inclinationis Boreæ, μ Nodus Boreus, seu intersectio Orbitæ ♂ cum Ecliptica, e Nodus Austrinus, μ ♂, Distantia Planetæ à Nodo (in prima observatione) gr. 44 13′ 22″, quæ à nobis, Anomalia latitudinis ubiq; vocatur.

1. *Pro Reductione.*

In Triangulo Sphærico ♂ μ a ad a Rectangulo, datur μ ♂ gr. 44 13′ 22″, cum angulo a μ ♂ gr. 1 51′ 4″, ergò reperitur μ a gr. 44 12′ 27″, Reductio itaq; erit 0′ 55″, quæ ablata è loco in Orbitâ, relinquit locum ad Eclipticam reductum Sig. 3. gr. 0. 41′ 49″.

2. *Pro*

2. Pro Inclinatione ab Ecliptica.

Ut Radius μ ☊ gr. 90. ad maximam Inclinationem ☊ ♪ 4912, ita μ ♪ gr. 44 13′ 22″ ad Inclinationem ♪ a 3426, qualium Radius Orbis est 152040 sed quoniam A ♪ hic intenditur ultra Radium communem, reperitur Inclinatio correcta 3580. & Distantia Curtata 158847.

Porrò in Triangulo A a G, datis angulis A a G gr. 25 57′ 19″, a A G gr 19 1′ 3″, cum latere A G 98366, ergò dabitur G a Distantia Martis à Terrâ 73236.

Ex verâ igitur simplici & reali causâ, non imaginariis Circulis, & eorum librationibus scientificè demonstratur, quare Planeta perigæus majores faciat latitudines, apogæus minores, non ex ficto Epicycli nullibi existentis motu sed Terræ ad Planetam accessu. *Philolaus* Lib. 4. de Systemate Mundi.

Postremò, *Pro Latitudine Martis acquirendâ.*

In Triangulo G a ♪, dantur latera G a 73236, a ♪ 3580, cum angulo recto ad a, innotescit itaq; angulus ♪ G a gr. 2 47′ 55″, qui mensurat ipsam latitudinem Martis Geocentricam.

Determinatio Latitudinum Martis *in omnibus hisce quindecim Observationibus.*

In singulis Triangulis data sunt Crura.

Obser.	Distantia ♂ à Tellure.		Inclinatio ♂.		Ex quibus inveniuntur,	Anguli latitudinum ♂ in ⊖ Gr. ′ ″.				
1	G a	73236	a ♪	3580		♪ G a	2	47	55.	Bor.
2	B b	75126	b m	5097		b B m	3	52	52.	Bor.
3	D c	83929	c l	5199		c D l	3	32	40.	Bor.
4	T d	83664	d ♈	4948		♈ T d	3	23	5.	Bor.
5	△ e	110769	e q	4204		q △ e	2	10	26.	Bor.
6	θ f	131242	f p	3472		f θ P	1	30	52.	Bor.
7	g	172089	g y	4952		g S y	1	38	54.	Bor.
8	☌ ♊	120844	♊ h	5361		h ☌ ♊	2	32	25.	Bor.
9	H ♈	51046	♈ E	2060		E H ♈	2	18	39.	Austr.
10	Z L	42628	Z m	3626		Z L m	4	45	4	Austr
11	N y	43928	y ♎	4463		♎ N y	5	48	4.	Austr.
12	O X	37648	● X	3957		● O X	5	55	17.	Austr.
13	D W	50158	σ W	2941		W D σ	3	21	20.	Austr.
14	R V	57923	V λ	1870		V R λ	1	50	58.	Austr.
15	M ♎ ●	50204	F α	234		α M F	0	[illegible]	36.	Bor.

Ex Demonstrationibus jam præmissis liquidò apparet latitudinem Planetæ semper maximam esse circa *Oppositionem cum Sole*, aut inferioribus circa ☌ *inferiorem*, tunc nimirùm quando, prope limitem, distantia Planetæ & Terræ crescit, vel decrescit in eâdem proportione, in quâ & Inclinatio; & nullam esse in Nodis, nam ubi *nulla inclinatio, ibi nulla latitudo.* Sed quoties inter Planetam & Terram est eadem distantia, quæ inter Planetam & Solem, Latitudo æqualis est Inclinationi; cùm autem hâc minor est distantia Planetæ à Terrâ, Latitudo superat Inclinationem, cùm illa minor, hæc major, superatur ab ea.

Comparatio latitudinis & inclinationis Planetæ.

CAP.

CAP. XVII.

Nova, & genuina Inferiorum 2. Planetarum,* Veneris *&* Mercurii, *Theoria, in Longitudinem & Latitudinem.

De Inferioribus Planetis ♀ & ☿.


CUm jam (ut promiſimus) Lectorem accuratâ *Terræ* & trium ſupra eandem Planetarum, *Saturni, Jovis* & *Martis* Theoriâ donaverimus, jam ad *Venerem* & *Mercurium* deſcendamus, qui inferiores Planetæ eò vocantur, non quod ſuperioribus Planetis ſplendore & pulchritudine inferiores ſunt, ſed quia eorum Orbes intra magnum *Terræ* Orbem verſus *Solem* & centrum *Mundi*, ſicut alii extra locantur; hinc efficitur, ut hi duo Planetæ (ſuperioribus contrarii) nobis, quando in lineâ quæ per centrum Solis ad Terram permeat, conjunguntur, non ſint viſibiles; unde acceleratio & retardatio ſuorum motuum (quibus in eorum Revolutionibus ſubjecti ſunt) non tàm perceptibilis ſit, & facilis inventu, quam in ſuperioribus Planetis: hi tamen, ut cæteri, in motibus quando ſunt propè Solem, veloces, & quando remoti ſunt, ſecundum eorum poſitiones Terræ reſpectu tardiores apparentes, circa Solem in Eccentricis Circulis moventur. Horum pulcherrimus eſt *Venus*, quæ proxima infra Terræ, & ſupra *Mercurii* orbitam, qui eſt Planeta centro Mundi proximus, locatur; adeo ut maximam *Veneris à Sole* digreſſionem, reſpectu majoris extentionis Orbitæ ſuæ, oculo longè majorem quàm *Mercurii* apparere neceſſe ſit, eâq; de cauſâ, *Mercurius (à Terrâ)* ſemper prope *Solem* videtur, adeout rariſſimè cernatur, unde ex inopiâ Obſervationum in omnibus Orbitæ ſuæ partibus, motus ejus nec rectificari, nec prope ad veritatem accedere inveniri potuerit, ante annos proximè elapſos, qui nos obſervationibus *Tychonis Brahei, Gaſſendi, Shakerlæi & Hugenii* auxiſſent, quarum auxilio, Orbis ſui ve am proportionem, & Radium, locum Aphelii ſui & Nodos rectiſſimè revelavimus; imò (affirmare audeam) tàm prope veritatem, quàm hiſce Obſervationibus obtineri poſſit, ſicut iis qui in Cœleſtibus obſervationibus verſati ſunt citò apparebit.

Quando Planetæ inferiores non nobis ſunt viſibiles.

Mercurius ſemper prope Solem videtur.

Demonſtratio generalis motûs duorum inferiorum Planetarum ♀ & ☿.

Jam igitur, ut motuum horum duorum Planetarum generalem Demonſtrationem faciamus, addam hoc Diagramma, in quo A locum Solis, H L F O Orbem *Veneris*, B M X N Orbem *Mercurii*, & E D C R, annuum Terræ orbem repræſentat. Cum igitur Terra erit in C & Venus in H, tum in Conjunctione cum Sole eſſe videtur, & maximo intervallo à Terrâ diſtat, quo tempore veteres in *Apogæo Epicycli* eſſe exiſtimabant. Terrâ autem progrediente ad R (Venus adhuc in H, vel potius in S cogitato) Planeta in



maximâ

maximâ suâ matutinâ à Terrâ elongatione esse apparet, & subter lineâ R S videtur, atque mox oculo erit *stationarius*; & demùm Terrâ progrediente ad E (Planeta adhuc in H, vel in B) *Retrogradus est* & prope Terram, quo tempore, *Ptolemaus* in *Perigæo Epicycli* existimat. Denique cum Terra est in D, Venus subter lineâ D G videtur, & tum est in *maximâ* suâ *vespertinâ* à Sole *digressione*. Eâdem quoq; ratione, *Mercurius* excursiones à Sole conficit, sed propter parvam sui Orbis à Sole extensionem, & celeritatem motûs, breves excursus habet & crebrò *Stationarius* & *Retrogradus* fit, crebrò Soli jungitur, eoq; à nobis rarissimè videtur. Ut in Schemate videbis. Et sic secundum annuum Terræ motum horum inferiorum Planetarum loca (propriis motibus in eorum circulis consideratis) in Cœlis apparent. Quam *præclara* & *admirabilis* hæc inclyti *Copernici Hypothesis* sit, Observationes in hoc libro manifestè declarabunt, unde videre licet illam veritati longè magis conveniri quàm vel illâ *Ptolemæi*, vel *Tychonis*, ut alibi demonstratur.

Cur Planetæ inferiores aliquando regredi appareant.

Venus longissimè à Sole progreditur & pauciores Stationes conficit. Mercurius breves excursus habet, & crebrò Stationarius & Retrogradus fit, propter celeritatem, & parvam sui orbis extensionem, unde crebrò Soli jungitur, eoq; rarò apparet.


Prosthaphæresis, Parallaxis seu *Æquatio Orbis Veneris* vel *Mercurii* (superioribus Planetis contraria) est *angulus ad Terram* inter lineam Solis & locum Planetæ in Orbe suo comprehensus, sicut in hâc figurâ, angulis A C K, A C M, A R S, A R B, &c. intelligitur, quod nihil aliud est quàm apparens eorum à lineâ Solis digressio, sicut Planeta è Terræ centro spectatur.

προσθαφαίρεσις seu παράλλαξις Orbis quid?

Tabula Dimensionum Orbitarum Terræ, Veneris, & Mercurii.

Dimensiones Orbitarum Terræ, Veneris, & Mercurii.

	Terra.	♀	☿
Semidiameter Eccentri D H	100000	72405	38192
Semid. Epicycli P Z	8	1	429
Eccentricitas D A = D X	· 1788	530	8100
	gr. ′ ″	gr. ′ ″	gr. ′ ″
Variatio Anomaliæ Æquatæ Maxima......	0 1 26	0 0 0	1 18 10
Inclinatio Maxima Orbitæ ab Eclipticâ.	0 0 0	3 22 50	6 54 0



CAP. XVIII.

Quomodo verus Motus Stellæ* Veneris *in Longitudinem & Latitudinem, ex Triangulorum calculo investigetur.

Locus ♀ observatus Anno 1585. à D. *Tychone Brahea.*

ANno Christi 1585. Die 14 *Septembris*, Horis à Meridie 17 15′, *Uraniburgi*, *Tycho Brahæus* observavit *Venerem* in gr. 15 55′ ♌, cum Latitudine Austrinâ gr. 2 8′. Tempus medium erat *Londini* Hor. 16 22′ 30″.

Verus locus Solis tunc erat in gr. 1 47′ 2″ ♎, & distantia Terræ à Sole 100091.

Medii Motus Veneris hi sunt.

	Sig.	gr.	′	″.
Medius motus Veneris	1	10	29	9.
Aphelium	9	28	37	40.
Nodus Boreus	2	13	9	21.
Anomalia media	3	11	51	29.


Calculi Geometrici forma in longitudinem *Veneris.*

Ex quibus mediis motibus verus locus *Veneris* in Longitudinem demonstratur hoc modo. Primùm itaq; describatur Diagramma datis his motibus consentaneum, in quo repræsentet P H Q Orbitam *Veneris*, X focum seu Umbilicum medii Motûs, A focum alterum, in quo sit Sol, D Ellipseos centrum, P Aphelium, Q Perihelium, P X H Anomaliam mediam, seu Angulum medii Motûs, P D H Anomaliam Æquatam, H D N Æquationem Epicycli, P D N, Anomaliam Coæquatam, & deniquè P A N Angulum ad Solem. Hisce ita expositis, ad praxin Trigonicam calculi Veneris loci transeamus.

Primùm igitùr in Triangulo Obliquangulo X D H dantur latera D H, 72405. D X 530 cum angulo D X H gr. 78 8′ 31″, ergò notus erit Angulus D H X gr. 0 24′ 38″, & Angulus H D X gr. 101 26′ 51″.

At quoniam in Anomalia *Veneris* ob parvitatem Eccentricitatis, nulla deprehenditur variatio in Octantibus, itaq; duplico Angulum Anomaliæ Æquatæ P D H gr. 101 26′ 51″, proditq; Anomalia Epicycli *e π* N gr. 202 53′ 42″, erit ergò Angulus D H N gr. 22 53′ 42″.

Secundò. In Triangulo D H N, ex datis lateribus D H 72405. H N 1. cum angulo ab iisdem comprehenso D H N gr. 22 53′ 42″, inveniuntur Anguli H N D gr. 157 6′ 17″, H D N gr. 0 0′ 1″, & latus D N 72404. Si autem angulo P D H gr. 101 26′ 51″. Angulus H D N addatur, evadet Anomalia Coæquata P D N gr. 101 26′ 52″.



Processus calculi veri loci ♀ per Triangulorum ratiocinium.

3. In Triangulo A D N jam cognita sunt duo latera D N 72404. D A 530. cum Angulo comprehenso A D N gr. 78 33′ 8″, (qui est Complementum Anguli P D N ad duos rectos) idcircò cognitus est Angulus ad Solem D A N gr. 101 2′ 10″, quo ablato ex Anomaliâ Eccentri mediâ P X H gr. 101 51′ 29″ è Tabulis prærinventâ, manebit Æquatio absoluta gr. 0 49′ 19″, subtrahenda.

in eodem Trigono, ex Angulis A D N gr. 78 33′ 8″, D A N gr. 101 2′ 10″, & latere D N 72404, manifestatur distantia *Veneris* à *Sole* A N 72301.

	Sig.	gr.	′	″
Medius motus Veneris	1	10	29	9.
Æquatio Subtr.			49	19.
Locus ♀ Heliocentricus	1	9	39	50.
Nodus Boreus	2	13	9	21.
Argumentum Latitudinis	10	26	30	29.

Ut autem habeatur Reductio, seu Arcus ille parvus, quo differunt inter se arcus Orbitæ & Eclipticæ, describatur Orbis Terræ Annuus (ut in tertio Schemate) cujus centrum sit D, Aphelium P, Perihelium Q. Deinde intra eum describatur Orbis *Veneris* K E T Y inclinatus ad Orbem K B T V in plano Eclipticæ. Sitq; Nodus Austrinus K, Boreus T, quo peracto, numeretur Argumentum Latitudinis à T per K in L gr. 326 30′ 29″, eritq; Complementum L T gr. 33 29′ 31″.

In Triangulo igitur Rectangulo T X L datur Angulus L T X = E B, qui est Maxima Inclinatio Orbis *Veneris* ab Ecliptica gr. 3 22′ 50″, cum Hypotenusa T L gr. 33 29′ 31″, ergò non latebit Arcus T X in Ecliptica gr. 33′ 26′ 46″, qui cum subducatur ex Arcu T L, remanet *Reductio* 2′ 47″, quæ addenda est loco *Veneris* Heliocentrico, ut patet in hoc Paradigmate.

	Sig.	gr.	′	″
Locus ♀ Heliocentricus	1	9	39	50.
Reductio Orbitæ Add.			2	47.
Locus ♀ Heliocentricus ad Eclipticam reductus	1	9	42	37.
Verus locus Solis	6	1	47	2.
Anomalia Orbis	7	7	55	35.

De Inclinatione Orbis Veneris investigandâ.

Inclinatio ♀ ab Ecliptica (ut repræsentatur in eodem 3. Schemate) per Arcum L X facilè obtineri potest. Nam ut Radius T E gr. 90. ad maximam Deviationem E B 4264. ita Sinus T L gr. 33 29′ 31″, ad Deviationem L X 2353. Ac quoniam L X ad A L restringitur, inveniemus Inclinationem datæ distantiæ 72301. competentem, nempè 2350. Vel in Triangulo A X L Rectangulo ex Hypothenusâ A L 72301. & Angulo X A L gr. 1 51′ 53″, dabitur Inclinatio L X 2351, & Distantia Curtata A X 72263.

Parallaxeos Orbis ♀ in Terrâ investigatio.

In Schemate secundo numeretur Anomalia Orbis ab F per K in X gr. 217 55′ 35″, ex quibus si auferatur Semicirculus F λ gr. 180. relinquitur Angulus S A X gr. 37 55′ 35″.

In Triangulo A S X, ex datis lateribus A S 100091. A X 72263. & Angulo ab iisdem comprehenso S A X gr. 37 55′ 35″, cognitus est Angu-

lus A S X gr. 45 52′ 7″, qui est Parallaxis Orbis *Veneris* in *Tellure*, & deniq; ex iisdem datis, invenitur Distantia ♀ è *Terrâ* S X 61883.

Porrò si ex loco Solis dato auferatur hæc Orbis Parallaxis Sig. 1. gr. 15 52′ 7″, habebimus verum locum Geocentricæ Longitudinis ♀ quæsitum à verno Æquinoctio in gr. 15 54′ 55″. Leonis, discrepantem à loco observato saltèm Scrup. o′ 5″. quod certè perexiguum est, & vix unquam ullâ Hypothesi accuratius determinandum.

Pro inveniendâ Veneris *in Terra Latitudine.*

Ut Latitudo *Veneris* in *Terrâ* habeatur, duco lineam L X, & quoniam X A L est Angulus Inclinationis ad Solem, & Angulus X S L latitudinis in Terrâ, erit igitùr horum quantitas visa reciproca ad distantias, nempè in minore distantiâ major erit spectata, in majore, minor, in ratione Sinuum, ut à Clariss. & Doctiss. viro *S Wardo*, S.T.D. (Episcopo nunc *Exoniæ*) in fine *Astronomiæ Terrestris* commodè demonstratur.

Proportio erit sic.

S X : A X :: s X A L : s. X S L. Nempè, Ut distantia ♀ à Terrâ, 61883. ad sinum datæ inclinationis gr. 1 51′ 53″, ita distantia ♀ à Sole 72263. ad Sinum latitudinis ♀ in Terrâ, gr. 2 10′ 38″.

Aliter. In Triangulo X L S, ad X Rectangulo, è lateribus S X 61883. L X 2351. dabitur Angulus Latitudinis gr. 2 10′ 34″.

Tertiò, Ut Sinus anguli Anomaliæ Orbis, S A X gr. 37 55′ 35″, ad Sinum Anguli Elongationis A S X gr. 45 52′ 7″. ita Tangens Inclinationis X A L gr. 1 51′ 53″, ad Tangentem Latitudinis X S L gr. 2 10′ 38″, ut ante.

Synopsis aliarum Observationum ♀.

Cum ex selectissimis *Tychonis Brahei* observationibus integram Veneris Hypothesin extruxerimus, nunc paradigmatis loco, (ut rem ipsam attingere possimus) alias Observationes hujus Planetæ cœlitùs [illegible] in lucem adducimus, ex quibus certissimæ evadunt dimension[illegible] Orbi æ *Veneris* ad Annuum *Terræ* circulum comparatæ. Adh[illegible] Observationem à *Tychone Brahæo* adhibitam, Anno 1588. die 1[illegible] *Uraniburgi*, quo tempore deprehenditur Venus in [illegible] 7 10′ [illegible], cum Latitudine Boreâ gr. 3 10′.


Observat. T.B. 1588.

Verus locus Solis tunc fuit in gr. 3. 49′ 49″, ♈ & Distantia Terræ à Sole 98221 Medius motus ♀ erat Sig. 4 gr. 22 25′ 21″, Aphelium Sig. 9. gr. 28 42′ 27″, Nodus Boreus Sig. 2. gr. 13 11′ 22″, Anomalia media Sig. 6. gr. 23. 42′ 54″, ex quibus per Planorum Triangulorum, præcedentibus rationibus, inductionem, reperitur Angulus ad Solem gr. 155 56′ 45′, qui cum subducatur ex Complemento Anomaliæ simplicis à Perihelio, relinquit Prosthaphæresin Eccentri ♀ gr. 0 20′ 21″, addendam; Locum

scilicet

igitur ♀ à ☉ colligemus in gr. 22 45′ 42″ ♌, à quo, ablatâ Reductione 1′ 56″, relinquitur locus ♀ Heliocentricus in Eclipticâ in gr. 22 43′ 46″. Leonis.

In Schemate apposito sit OrbisTerræ annuus P N Z H, Orbis Veneris O K S M, Locus Solis A, Terræ D, VenerisF. Tùm in Triangulo D A F, datis lateribus D A 98221. A F 71811, cum Angulo comprehenso D A F gr. 48 53′ 57″, dabitur Parallaxis Orbis *Veneris* in *Terrâ*, A D F gr. 46 41′ 9″, & Distantia *Veneris* à *Terrâ* D F 74323. Cùm autem verus locus Solis priùs constiterit Sig. 9 gr. 3. 49′ 49″, proindè datâ Parallaxi hinc ablatâ, relinquitur locus ♀ ex Calculo Trigonico in gr. 17 8′ 40″ ♏.



2. Anno Christi 1590. die 17 *Decembris*, Horis à Meridie 20 0′ *Uraniburgi*, observata est Stella *Veneris* in gr. 20 0′ ♐, cum Latitudine Borea gr. 0 27′, qui memorat *Longomontanus* Lib. 2. Theoric. Cap. 17. & *Bullialdus* Astr. Phil. fo. 327. Observatio T. B. anno 1590. facta.

Tempus medium erat *Londini* Hor. 19 10′ 15″, & tunc fuit verus locus Solis in gr. 6 25′ 0″ ♑, in Distantiâ a Tellure 98220.

Medius motus *Veneris* erat Sig. 7. gr. 26 50′ 10″, Nodus Boreus Sig. 2. gr. 13 12′ 37″, Anomalia media Sig. 9. gr. 28 4′ 46″, Hinc juxta Doctrinam Trigonicam à nobis præmemoratam, reperitur Æquatio eccentri gr. 0 44′ 18″, ergò ♀ ex Sole erat in gr. 27 34′ 28″ ♏, in Eclipticâ verò in gr. 27 36′ 0″ ♏, Distantia ♀ à ☉ Curtata 72651. Est locus Terræ in B in gr. 6. 25′ 0″ ♋, Locus ♀ Heliocentricus in C, nempè in gr. 27 36′ 0″ ♏, erit itaq; Anomalia Orbis Sig. 10 gr. 21 11′ 0″.

In Triangulo A B C ex datis lateribus A B 98220, A C 72651, cum Angulo comprehenso B A C gr. 141 11′ 0″, dabitur primò Angulus Parallaxeω Orbis *Veneris* A B C gr. 16 23′ 26″, & deinde Distantia *Veneris* à *Terra* 161384. Postremò si auferatur Parallaxis Orbis gr. 16 23′ 26″, ex loco Solis vero gr. 6 25′ 0″ ♑, relinquit locum *Veneris* Geocentricum in gr. 20 1′ 34″ ♐, qui Observationi adamussim convenit.

Anno Christi 1594 die 17 *Decembris*, Hor. 5 0′, Observata est Stella *Veneris* circa limitem vespertinum in gr. 23 1′ ♒, cum Latitudine Austrinâ gr. 1 6′. Observat. T. B. anno 1594.

Verus locus Solis tunc erat in gr. 5 49′ 0″ ♑, Distantia 98220.

Medius motus ♀ Sig. 1 gr. 26 37′ 2″, Aphelium Sig. 9. gr. 28 51′ 17″, Nodus Boreus Sig. 2. gr. 13 15′ 4″, Anomalia media Sig. 3. gr. 27 45′ 45″, hinc dabitur Æquatio Eccentri absoluta gr. 0 44 39″ subtrahenda, & distantia *Veneris* à *Sole* 72151. Locus ergò ♀ Heliocentricus in Eclipticâ ad K erit in gr. 25 54′ 5″ ♉, & locus Terræ ad Z in gr. 5 49′ 0″ ♋, Distantia 98220

Ideircò in Triangulo A K Z cognoscitur Angulus K A Z gr. 39 54′ 55″, cum lateribus circumjectis A Z 98220, A K 72151, ergò datur Angulus Parallaxeω Orbis *Veneris* K Z A gr. 47 11′ 36″, cum distantiâ Veneris à Terrâ Z K 63104. Adde autem hanc Parallaxin ad locum Solis verum gr.

gr. 5 49′ 0″ ♑, & constituit locum *Veneris* Geocentricum in gr. 23 0′ 36″ ♒, omnibus modis ut observatum est.

Observatio Cassellis facta anno 1595.

4. Anno Christi 1595. *Augusti* die 9. manè observata est *Venus* (*Cassellis* (uti habet *Bullialdus Astron. Philolaic.* fol. 343.) in gr. 25 39′ ♋, Nam fuit Distantia ♀ à Stellâ quæ est in ilibus, seu lumbis *Helices*, sive ab inferiori antecedentium *Plaustri* gr. 47 52′, à Capite verò sequentis ♊ gr. 10 25′, ex quibus elicitur *Veneris* locus in gr. 25 39′ ♋, cum latitudine Boreâ gr. 0 7′.

Verus locus Solis tunc erat in gr. 25 16′ 11″ ♌, Distantia *Terræ* à *Sole* 101147.

Medius motus ♀ Sig. 2. gr. 12 8′ 31″, Nodus Boreus Sig. 2. gr. 13 15′ 27″, Anomalia Sig. 4. gr. 13 16′ 18″, Æquatio 36′ 46″ subtrahenda, Locus igitur *Veneris* Heliocentricus fuit in gr. 11 31′ 45″ ♊, respectu verò Eclipticæ in gr. 11 31′ 56″ ♊, Distantia ♀ à ☉ 72046. In istâ Observatione sit *Terra* in N. *Sol* in A, & *Venus* in E.

In Triangulo A N E, datis lateribus A N 101147, A E 72046. cum Angulo E A N gr. 106 15′ 45″, dabitur Angulus A N E gr. 29 41′ 11″, & Distantia *Veneris* à *Terra* N E 139653, Ergò Locus *Veneris* Geocentricus erat in gr. 25 35′ 0″ ♋, quamproximè Observationi consentiens.

Observatio Bullialdi, anno 1633.

5. Anno Christi 1633. die 26 *Maii* Stylo Novo, Hor. 9. *Parisiis* Observata est *Venus* à Clariss. *Bullialdo* in gr. 18 21′ ♋, cum latitudine Boreâ gr. 2 48′.

Quo tempore nostro ex calculo Sol erat in gr. 5 39′ 13″ ♊, habens distantiam à Terrâ 101538.

Medius Motus *Veneris* fuit in gr. 5 19′ 57″ ♍, Anomalia Sig. 9. gr. 5 32′ 11″, *Prosthaphæresis* Eccentri 50′ 4″. addenda, Locus igitur Veneris ex Sole respectu Eclipticæ erat in gr. 6. 12′ 55″ ♍, Distantia ♀ à ☉ curtata 72415.

In hac Observatione sit locus Terræ in H in gr. 5 39′ 13″ ♐, Solis in A, Veneris in M in gr. 6 12′ 55″ ♍, ergò cognoscitur Angulus H A M gr. 29 26′ 18″. Hoc itaq; dato, cum lateribus circumjectis A H 101538, A M 72415. dabitur primò Angulus M H A gr. 41 46′ 18″, & deindè latus H M 52411, Locus ergò Veneris ex Terra erat in gr. 18 25′ 32″ Cancri.

Determinatio Latitudinis Stellæ Veneris *in hisce quinq; Observationibus.*

Sit in hoc Diagrammate P N Z H Orbis Telluris, S ♈ K F Orbis *Veneris* inclinatus ad Orbem S ♌ X V O in plano Eclipticæ, inclinatione fixâ ♈ ♌ gr. 3 22′ 50″. Quinetiam sit X Nodus Boreus, S Austrinus, Limes Boreus y, Austrinus ♌, Sintq; N D Z B H loca Terræ in singulis 5 observationibus, & π X W O R Loca *Veneris* respectu Eclipticæ.

Ergò

Schema ♀ latitudinum.

Ergò in singulis Triangulis data sunt Latera.

Obs.	Distantia ♀ à Terrâ.	Inclinatio ♀.		Anguli latitudinis ♀ in ⊖. gr. ′ ″.
1	DW 74373	FW 3969	Ex quibus inveniuntur	FDW 3 3 17. Boreæ.
2	BR 161384	RC 1153		RBC 0 24 34. Boreæ.
3	Zπ 63104	Kπ 1274		KZπ 1 9 12. Austr.
4	NX 139653	XE 128		ENX 0 3 10. Austr.
5	HO 52411	OM 2596		OHM 2 50 10. Boreæ.

Determinatio latitudinum ♀ in omnibus hisce 5. Observationibus.

CAP. XIX.

Investigatio veri Motûs Stellæ Mercurii, *ex Triangulorum Calculo, tùm secundum Longitudinem, tùm Latitudinem.*

DE MERCURIO.

ANno Christi 1590. die 6 *Martii*, Horis à Meridie 6 50′ *Uraniburgi*, Nobilis ille *Tycho Brahæus* observavit Mercurium in gr. 13 44′ Arietis, cum Latitudine Boreâ gr. 1 42′.

Locus Solis à Terrâ tunc videbatur in gr. 25 58′ 9″ ♓, & Distantia Terræ à Sole 99679. qualium Radius Orbis est 100000.


Medius motus *Mercurii* erat Sig. 2. gr. 26 23′ 11″, Aphelium Sig. 8. gr. 9 47′ 49″, Nodus Boreus Sig. 1. gr. 12 12′ 38″, & Anomalia media Sig. 6. gr. 16 35′ 22″.

Sit Diagramma datis his motibus descriptum, in quo numeretur Anomalia media à P per Q in S gr. 196 35′ 22″, à quibus cum detrahatur Semicirculus gr. 180. manebit Angulus QXS gr. 16 35′ 22″.

Primùm

Primùm in Triangulo Obliquangulo X S D dantur latera D S 38192. D X 8100. & Angulus D X S gr. 16 35′ 22″. ergò dabitur Angulus D S X gr. 3 28′ 17″. & Angulus S D X gr. 159 56′ 21″, ergò cognoscitur in complemento ad Semicirculum, Angulus Q D S gr. 20 3′ 39″, quo duplicato, dabitur Anomalia Variationis gr. 40 7′ 18″. idcircò quoniam Maxima Variatio est gr. 1 18′ 10″, Variatio huic Anomaliæ datæ respondens, reperitur gr. 0. 50′ 22″ = S H. Adde autem S H ad Angulum Q D S gr. 20 3′ 39″. & conflatur Q H = Angulo Q D H gr. 20 54′ 1″ cujus duplum gr. 41 48′ 2″. est motus Epicycli π N.

Theoria ☿.



Calculi Geometrici forma in ☿.


In Triangulo D H N quoniam dantur bina latera D H 38192. N H 429. cum Angulo ab iisdem comprehenso D H N gr. 138 11′ 58″ (qui se offert quando motus Epicycli π N è Semicirculo subducatur) dabitur itaq; Angulus H N D gr. 41 22′ 30″, & Angulus Æquationis Epicyclicæ H D N gr. 0 25′ 31″, Dein addatur H D N Angulus Angulo P D H gr. 159 5′ 59″, & emergit Angulus P D N gr. 159 31′ 30″, & latus D N 38513.

Rursùm in Triangulo A D N Obliquangulo, quoniam data sunt duo latera, D N 38513, D A 8100, cum Angulo indidem comprehenso A D N gr. 20 28′ 30″, (qui scilicet in complemento Anguli P D N invenitur) ex his primò acquiritur Angulus ad Solem D A N gr. 154 17′ 24″, qui cum auferatur à Complemento Anomaliæ Simplicis gr. 163. 24′ 38″, relinquitur Æquatio absoluta gr. 9 7′ 14″, quæ addenda est medio motui *Mercurii* Sig. 2. gr. 26 23′ 11″, & conflatur locus *Mercurii* Heliocentricus in Orbitâ Sig. 3. gr. 5 30′ 25″.

In eodem Triangulo, quoniam cogniti sunt Anguli D A N gr. 154 17′ 24″. A D N gr. 20 28′ 30″, & quia latus D N antea confessum erat 38513. idcircò per analysin Trigoni, investigatur Distantia *Mercurii* à Sole A N 31054, qualium D H Radius supponitur 38192.

De Reductione inquirenda.

In hoc Diagrammate sit R H Q S Orbis Terræ Annuus super centro D descriptus, R Aphelium, Q Perihelium, Terræ. Rursùs centro O describatur Orbis *Mercurii*, cujus Aphelium erit M, Perihelium Z. Demùm describatur Semicirculus Eclipticæ Orbem *Mercurii* secans in punctis K & T, adeo ut K repræsentet Nodum Boreum, T Austrinum, & C E Limitem Boreum maximæ Deviationis.



In Observatione hâc *Tychonicâ* locetur *Sol* in A, *Terra* in S, *Mercurius* in L in Orbitâ, sed in X respectu Eclipticæ, erit itaq; L X inclinatio Orbis *Mercurii* ab Eclipticâ, & K L Argumentum Latitudinis gr. 53 17′ 47″.

Quoniam jam in Triangulo Sphærico K L X, ad X Rectangulo, habemus K L

K L gr. 53 17′ 47″, cum Angulo maximæ Inclinationis L K X gr. 6 54′, ergò datur K X in Ecliptica gr. 53 5′ 48″, & quia arcus K X in Ecliptica ſit minor arcu K L in Orbitâ, idcircò eorum differentia 11′ 59″, erit Reductio ab Orbitâ ſubtrahenda, quæ cum auferatur ex loco *Mercurii* eccentrico Sig. 3. gr. 5. 30′ 25″, relinquitur locus heliocentricus ad Eclipticam reductus Sig. 3. gr. 5 18 26″, Deindè ut Anomalia Orbis inveniatur, ſubtrahendus eſt locus Solis Sig. 11 gr. 25 58′ 9″, ex loco *Mercurii* heliocentrico nupèr invento, Sig. 3. gr. 5 18′ 26″, & manebit Anomalia Orbis quæſita Sig. 3. gr. 9 20′ 17″.

De Inclinatione ☿ ab Eclipticâ inveſtigandâ.

Ut Inclinationem *Mercurii* ab Eclipticâ determinemus ad incudem, data eſt Maxima Deviatio E C 4588, & Argumentum Latitudinis K L gr. 53 17′ 47″, quocircà Arcus X L eſt 3678 nam ut Radius K E gr. 90, ad C E 4588; ita Sinus K L gr. 53 17′ 47″. ad Sinum L X 3678. qualium Radius Orbis eſt 38192, ſed qualium A L 31054. eſt Radius, erit Inclinatio L X ſaltem 2992. Alitèr in Triangulo A L X, ex Hypothenuſâ A L 31054, & Angulo L A X gr. 5 31′ 53″, dabitur Inclinatio L X 2992, ut priùs, ſimilitèr & Diſtantia *Mercurii* à *Sole* curtata A X 30909.

Pro Parallaxi Orbis Mercurii *computandâ.*

Sit in Schemate A Sol, X locus Mercurii in Eclipticâ, S Terra, A S X Parallaxis Orbis Mercurii in Terra, quam ad inveſtigandam, data ſunt duo latera circa Angulum X A S (qui ſe offert gr. 80 39′ 43″.) nempè A S 99679, & A X 30909, evadet itaq; Angulus Parallaxeos A S X gr. 17 51′ 30″, cum Diſtantiâ Mercurii à Terra S X 99456. Poſteà addito hoc Parallaxeos Angulo ad locum Solis verum gr. 25 58′ 9″ ♓, conflatur locus Mercurii Geocentricus in gr. 13 49′ 39″ Arietis, vix diſſentiens ab Obſervatione *Tychonicâ.*

Poſtremò, *Pro inveſtigatione Latitudinis ☿ Geocentricæ.*

Sit in eâdem figurâ X L Deviatio Orbis *Mercurii* ab Eclipticâ, L A X Angulus Inclinationis quoad Solem, & deniq; X S L Latitudo Geocentrica. In Triangulo Rectangulo S X L quoniam habentur duo latera circa Rectum, nempè S X 99456, & X L 2992, ergò per Analyſin Trianguli, emergit Angulus X S L gr. 1 43′ 21″, qui eſt Latitudo *Mercurii* Geocentrica ad tempus hujus Obſervationis *Tychonicæ.*

Synopſis Aliarum quinq; Obſervationum Stellæ ☿.

Huic alias quinq; Obſervationes locorum *Mercurii* obſervatorum huc adducemus, quarum prima eſt *Tychonis*, poſteriores quatuor, viri clariſſimi *Petri Gaſſendi.*

I. *Tychonis* Obſervatio adnotatur à *Lanzemontano, Uraniburgi* facta, Anno 1585. die 14 *Novembris*, Hor. 19 0′; & Mercurium tenuiſſe gr. 13 4′ ♏, cum latitudine boreâ gr. 2 18′.

Erat tunc temporis verus Solis locus in gr. 2 55′ 25″ ♐, diſtantiâ Telluris à Sole 98493. exiſtente.


Medius motus *Mercurii* Sig. 4. gr. 11 8′ 13″, Anomalia Sig. 8. gr. 1 27′ 44″, hinc dabitur Angulus ad Solem gr. 95 5′ 37″, qui ablatus ex Complemento Anomaliæ mediæ ad Circulum gr. 118 32′ 16″, relinquit Æquationem Eccentri abſolutam gr. 23 26′ 39″, videbatur ergò *Mercurius* ex *Sole* in gr. 4 34′ 52″ ♍, ſed reſpectu Eclipticæ in gr. 4 43′ 43″ ♍.

Erat Distantia Mercurii à Sole curtata 36024. Dein subtrahatur locus Solis ex loco Mercurii jam invento, & relinquit Anomaliam Orbis Sig. 9. gr. 1. 48′ 18″.

His ita inventis, describatur Circulus Terræ Annuus P X N S Q R M, cujus centrum sit a, Sol verò A. Describatur intra eum Orbita Mercurii B D F Z E, sitq; Aphelium λ. Perihelium ♂, Locus Mercurii in primâ Observatione in F, Terra in S, &c.

In Triangulo itaq; S A F quoniam dantur A S 98493. A F 36024, cum Angulo comprehenso S A F gr. 91 48′ 18″, ergò datur Angulus Parallaxeos, seu Elongationis *Mercurii* à *Sole* gr. 19 52′ 13″, qui ablatus ex vero loco *Solis* gr. 2 55′ 25″ ♐, ostendit verum locum *Mercurii* geocentricum in gr. 13 3′ 12″. Scorpionis.

Schema motûs ☿ in Longitudinem.



Observatio *Gassendi* anno 1633.

2. Accipiemus Observationem à viro clarissimo *Petro Gassendo* factam anno 1633. die 24 *Decembris* horis à meridie 5 38′. Meridiano *Londinensi*, quo tempore observavit *Mercurium* in gr. 2 32′ 43″ ♒, in Elongatione maximâ à *Sole* gr. 18 59.

Locus Solis tunc fuit in gr. 13 33′ 27″ ♑, Distantia *Terræ* à *Sole* 98235.

Medius Motus *Mercurii* erat Sig. 1. gr. 10 25′ 18″, Aphelium Sig. 8. gr. 11 2′ 28″, Anomalia Sig. 4. gr. 29 22′ 50″, Angulus à Sole in gr. 133 45′ 59″, Æquatio absoluta gr. 15 36′ 51″, Locus igitur *Mercurii* Heliocentricus erit in Ecliptica in gr. 24 56′ 0″ ♈, hinc datur Anomalia Orbis Sig. 3. gr. 11 22′ 33″.

In istâ Observatione sit A *Sol*, R *Terra*, B *Mercurius*, & Angulus R A B complementum Anomaliæ Orbis ad Semicirculum gr. 78 37′ 27″, quo dato, cum lateribus circumjectis, A R 98235, A B 32221, dabitur ergò Angulus Elongationis A R B gr. 18 58′ 22″. & R B Distantia *Mercurii* à *Terra* 97159. Adjecto autem hoc Angulo præinvento gr. 18 58′ 22″, veræ longitudini Solis gr. 13 33′ 27″ ♑, conflatur locus *Mercurii* Geocentricus in gr. 2 31′ 49″ ♒, omninò ut *Gassendus* observavit.

Observatio *Gassendi* 1634.

3. Anno Christi 1634. die 23 *Septembris*, Hor. 17 8′. (Merid. *Londini*) eruditissimus vir *Gassendus* vidit *Mercurium* in gr. 22 59′ 30″ ♍, in Evagatione maximâ à Sole gr. 17 49′ 54″:

Locus Solis tunc temporis erat in gr. 10 48′ 30″ ♎, Distantia 99835, Medius motus *Mercurii* Sig. 2. gr. 19 36′ 15″, Anomalia Sig. 6. gr. 8 32′ 31″, Æquatio gr. 4 48′ 32″ addenda, videbatur ergò *Mercurius* ex *Sole* in gr. 24 12′ 24″ ♊, in Distantiâ à Sole 30571, quare dabitur Anomalia Orbis Sig. 8. gr. 13 23′ 54″.

Tum

Tum in Triangulo N A D dantur A N distantia *Terræ à Sole* 99835, A D distantia *Mercurii à Sole* 30571, cum Angulo comprehenso N A D gr. 73 23′ 54″, ergò habetur Angulus A N D gr. 17 49′ 37″; & D N Distantia *Mercurii à Terra* 95694. Deindè cum auferatur hic Angulus gr. 17 49′ 37″, à loco *Solis* gr. 10 48′ 30″ ♎, relinquir locum *Mercurii à Terra* in gr. 22 58′ 53″ ♍, omnibus modis ut observatum est.

4. Anno Salvatoris nostri 1635. Die 14 *Januarii*, Hor. 17 38′ sub Meridiano *Londinensi*, *Gassendus* deprehendit *Mercurium* in gr. 10 5 ♑, in Elongatione Maximâ à *Sole* gr. 25 9′ 30″, Erat locus *Solis* tunc temporis in gr. 5 14′ 29″ ♒, & Distantia *Terræ à Sole* 98436. Observatio Gassendi 1635.

Medius Motus *Mercurii* erat Sig. 6. gr. 2 7′ 44″, Aphelium Sig. 8. gr. 11 4′ 16″. Anomalia Sig. 9. gr. 21 3′ 28″, Æquatio in Ellipsi gr. 20 3′ 11″ Addenda, videbatur itaq; *Mercurius* ex Sole in Eclipticâ in gr. 22 19′ 21″ ♎, eratq; distantia ☿ à ☉ curtata 42762. Istis sic inventis, subtraho locum Solis ex loco Mercurii præinvento, & numerus residuus est Anomalia Orbis Sig. 8. gr. 17 4′ 52″, cujus excessus supra Semicirculum gr. 180. mensurat Angulum M A Z gr. 77 4′ 52″.

In Triangulo M A Z dantur A M distantia Terræ à Sole 98436, A Z distantia Mercurii à Sole 42790. cum Angulo nuper invento M A Z gr. 77 4′ 52″, Ergò reperitur Angulus Elongationis A M Z gr. 25 8′ 27″ cum Distantia ☿ è tellure M Z 98170.

Postremò aufer Angulum Elongationis gr. 25 8′ 27″, è loco *Solis* vero gr. 5 14′ 29″ ♒, & relinquitur locus *Mercurii* Geocentricus in gr. 10 6′ 2″ ♑, quamproximè Observationi consentiens.

5. Anno Christi 1636. die 6. *Julii*, hor. 8 8′, Clariss. *Petrus Gassendus* denuò observavit *Mercurium* in Digressione Maximâ à Sole in gr. 21 33′ ♌, ut Doctissimus *Bullialdus* ex *Gassendi* Observationibus rectè colligit. Observatio Gassendi, 1636.

Fuit hoc tempore, verus locus Solis in gr. 24 29′ 7″ ♋, Distantia 101704. Medius motus Mercurii erat Sig. 7. gr. 16 18′ 20″, Aphelium Sig. 8. gr. 11 6′ 47″. Anomalia Sig. 11 gr. 5 11′ 33″, Angulus ad Solem gr. 147 2′ 24″, Æquatio Ellipseos gr. 8 9′ 9″. Addenda, locus igitur ☿ Heliocentricus erat in Orbitâ gr 24 27′ 29″ ♏, respectu verò Eclipticæ in gr. 24 22′ 49″ ♏, & Distantia curtata 46194. Jam si auferatur locus Solis è loco Mercurii præinvento, relinquit Anomaliam Orbis Sig. 3. gr. 29 53′ 42″.


In Triangulo X A E (in quo X repræsentat Terram, A Solem, & E Mercurium) datis lateribus A X 101704. A E 46194, cum Angulo comprehenso E A X gr. 60 6′ 18″, innotescit Angulus Elongationis E X A gr. 26 58′ 32″, & E X distantia Mercurii à Terrâ 88286, Locus igitur Mercurii Geocentricus cadit in gr. 21 27′ 39″ ♌, quamproximè Observationi congruens.

Determinatio Latitudinis MERCURII *in his quinq; Observationibus.*

In hoc Schemate sit ☊ Nodus ☿ Boreus, ☋ Nodus Austrinus, φ m Limes Deviationis Boreus, ♂ ♌ Limes Austrinus, V N Q M Orbis Terræ, ♂ B F E Orbis Mercurii à plano Eclipticæ inclinatus, X N S R M loca Terræ in quinq; Observationibus, E B O F Z loca Mercurii. Sitq; ☊ F Argumentum Latitudinis in primâ Observatione Sig. 3. gr. 22 29′ 12″, cujus Complementum repræsentatur per arcum F ☊ gr. 67 30′ 48″.

Calculi Geometrici forma in latitudinem Mercurii.

In Triangulo itaq; F ♎ K ad K Rectangulo, datur F ♎ gr. 67. 30′ 48″, cum Angulo maximæ Inclinationis F ♎ K gr. 6 54′, ergò reperitur Inclinatio F K gr. 6 22′ 23″.



Porrò in Triangulo A F K, ex datis F A Diſtantia *Mercurii* ex *Sole* 36024, & Angulo F A K gr. 6 22′ 53″, dantur A K Diſtantia Curtata 36024 & F K Inclinatio 4023. Deniq; in Triangulo A S K quoniam dantur A S. 98493, A K 36024, cum Angulo S A K gr. 91 48′ 18″, ergò habetur Elongatio A S K reſpectu Eclipticæ gr. 19 52′ 13″, ut antè, cum diſtantiâ *Mercurii* à *Terra* S K 105934. Propterea in Triangulo S F K ad K Rectangulo, datis lateribus S K 105934, & F K 4023, dabitur Angulus Latitudinis Boreæ F S K gr. 2 10′ 30″.

In Obſervatione ſecundâ, Argumentum Latitudinis ☊ ♎ B eſt Sig. 11 gr. 11 25′ 45″, ideoq; juxta Doctrinam priorem, habemus Inclinationem B P 1234, & Diſtantiam *Mercurii* à *Terra*, P R 97159, ergò reperitur Angulus Latitudinis ☿ in *Terra* B R P gr. 0 43′ 39″, & quoniam diſcedit *Mercurius* à limite maximæ latitudinis Auſtrinæ, oſtendit latitudinem ☿ eſſe Auſtrinam Deſcend.

3. Dantur in Triangulo D N O duo latera D N. 95695. D O 2418, datur itaq; Angulus D N O gr. 1 26′ 50″, qui repræſentat latitudinem *Mercurii* boream.

4. In Triangulo H M Z, habentur M H 98170, Z H 1864, idcircò habetur Angulus H M Z gr. 1 5′ 12″, qui menſurat Latitudinem ☿ Boream in quartâ Obſervatione, ut *Gaſſendus* obſervavit.

5. In Triangulo E X C dantur C X 88288, C E 1060 cum Angulo Recto E C X gr. 90, ergò invenitur Angulus Latitudinis ☿ in hâc 5. Obſervatione E X C gr. 0 41′ 16″.

Jam unicuiq; luculentiſſimè innoteſcat quomodò motus Planetarum ſecundum genuinum Nobilis *Copernici Syſtema*, peculiaribus & Ellipticis Semitis, Regali & Harmonico ordine *Solem* circumferuntur; cujus ſolius ſpeculatione

Præſtantia *Hypotheſis Copernici.*

& ſcientiâ adjuti veros eorum motus calculare, & mirabiles illas apparentiæ inæqualitates ad punctum ipſiſſimum corrigere pòtuimus, quòd omnes Europæ totius Aſtronomi haùd adhuc conſequerentur, donec ſacra & prænobilis *Urania θυγάτηρ Διὸς* ſibi totùm ex animo devotum *Copernicum* proritâſſet ad emancipandos filios ſuos è Peripateticorum jugo & adventitiis figmentis humanæ compoſitionis, ſumivendulâ ſcilicet *Ptolemæi* Hypotheſi, quæ *Equantibus*, *Epicyclis*, *Differentibus*, & Circulis *Inclinationum*, *Deviationum*, *Reflexionum*, & ſimilibus conſarcinata fuerat, quos veteres Aſtronomi ad corrigendas *Directiones*, *Retrogradationes*, & *Stationarias apparentias*, quibus quotidianos motus, & Περιφέρειαν peragendo Planetas ſæpius obnoxios fuiſſe vidiſſent, commenti ſunt.

Amplius verò forſitàn ſperandum foret me ſpeciales aliquot Regulas de inveſtigandâ poſitione Abſidum & Planetarum eccentricitatibus in Ellipſi depoſiturum,

depositurum, quod quidem facilè fieri posse haud eo inficias, at vix accuratè cum medii motus circa, aut super *Focum Ellipseos* non adamussim computantur, & exeruntur. Præterquam ab accuratâ collatione *Fulsionum Acronychiarum* perfacile sit scrutari locum Aphelii, & veram quantitatem Prosthaphæreseos Planetæ in Ellipsi, singulis in partibus ejusdem, (quæ tempore veræ Oppositionis Planetæ ad Solem, nihil aliud est quam differentia inter medium & verum Planetæ motum) & corrigere Tabulas jam exaratas immutando locum *Aphelii*, *Medium Motum*, & *Eccentricitatis* quantitatem ubi res postulat. Quam quidem methodum plerumq; pede presso (quod aiunt) assecutus fuerim, nihilominùs novis illis Demonstrationibus Clarissimi viri *Sethi Wards* S. T. D. in *Astronomiâ* ejus *Geometricâ* traditis uti haud sum dedignatus. Vide Cap. 5. hujus.

Denique ut luculentissimè elucescat particulares Orbium Planetariorum dimensiones confiniri, aptèq; determinari, coronidi hujusce Libri abstrusam & compendiariam *Astronomicarum Observationum* omnibus in seculis factarum *Synopsin* adjiciemus, per quam Tabulas nostras hâc fundatas Theoriâ accuratiùs & adaptatiùs, Cœlis congruere & consentire, quàm cæteræ nunc dierum superstites, vel Sole clariùs luceq; pellucidiùs elucescere possit.


CAP. XX.

De Mediorum Motuum SOLIS, *aliorumq; Planetarum constitutione.*

QUoniam veteres Astronomi paucissimus Observationes posteritati tradiderunt, easq; non fine erroris suspicione, erit opus difficillimum ex earum auxilio ad veritatem exactè accedere, attamen factâ Observationum collatione, & ob *Solis Refractionem* & *Parallaxin* correctione, propriùs ad scopum veniamus: & multa quidem exempla (si opus esset) investigationi *Apogæi Solis*, & Motus ejus medii hic darem, sed brevitatis causâ sufficiet hæc.

Æquinoctium Autumnale quartum, quod observavit *Hipparchus Alexandriæ* erat Anno 177. ab obitu *Alexandri*, die 3. Intercalarium, Mediâ Nocte, quod si à *Parallaxi* & *Refractione* liberatur, accideret Horas 7 29′ citiùs, nempè Hor. 4 31′. Observatio *Hipparchi* Anno 177. ab obitu *Alexandri*.

Vernale verò primùm Anno 178. die 27 *Mechir* Hor. 5. manè apparebat celeriùs quàm reverâ oportebat ob Solis *Refractionem* (& post Horas 11. denuò apparuit) quapropter factâ correctione debitâ, concludemus Æquinoctium hoc vernale fuisse factum *Mechir* 27 Hor. 0 25′. Observatio altera Anno 178 à morte *Alexandri*.



Fuit autem intervallum temporis inter hæc duo Æquinoctia, Dierum 178. Hor. 19 54′, quo tempore Sol vero suo motu absolvit gradus 180. sed medio circa Focum Ellipsis alterum, conficit solummodò gr. 176. 15′ 44″, ita ut arcus Orbitæ *Solis* V ♈ = ♎ ♎, sit gr. 1 52′ 8″, cujus Sinus est 3262.

&

Ratio Geometrica.

& ergò P S erit 1631. In Triangulo itaq; Rectangulo S P O, dantur S O Semissis Eccentricitatis 1788, P S 1631, S P O Angulus Rectus gr. 90. innotescit igitur Angulus P O S gr. 65 48′ 47″. Quare locus Apogæi Solis cadit tunc temporis in gr. 5 49′ ♊.

At verò ex aliis Observationibus locum Apogæi investigemus, ad Observationem *Albategnii* in *Sole* factam perveniemus.

Observatio *Albategnii*, anno Christi 882.

Anno *Dhilkarnaim* 1192. *Christi* verò 882. observavit *Albategnius Aractæ* in *Syriâ*, intervallum inter Æquinoctium Autumnale & Vernale esse Dies 178. Hor. 14 30′, ut habet *Cap.* 28. *Lib. De Scientia Stellarum*, quod si corrigatur, debet non superare Dies 178. Hor. 11 46′, quo tempore Sol super Focum veri motûs A movetur gr. 180. sed super alterum O, respectu medii motus, modò gr. 175 55′ 42″. Nunc in Diagrammate, datus est arcus ♈ ♎ gr. 2 2′ 9″, & consequenter Angulus ♈ V ♎ vel P V S erit Semissis ejusdem arcus gr. 1 1′ 4″, itaq; datur latus P S 1776. ⁏. Tum in triangulo Rectangulo S P O, ex datis S O 1788. P S 1776. inventus est angulus P O S gr 83 25′. Quapropter habebimus locum Apogæi tempore *Albategnii*, anno 882. In gr. 23 25 ♊, & demùm anno Christi 1601. ineunte, juxta Observationes *Tychonis Brahei* exquisitissimas, eum collocavimus, in gr. 5 43′ ♋.

Ratio geometrica.

Methodus altera.

Inter varias rationes quas hactenus excogitarunt Astronomi, non parvi momenti, nec aliquid obscuritatis habet illa, quam tradidit Doctiss. vir. *S. Wardus* S. T. D. *Astron. Geometric. Lib.* 1. *Part.* 1. *Cap.* 2. & *Lib.* 1. *Part.* 2. *Cap.* 2. ubi sternitur via ad hujus rei inquisitionem facillima; nempè quomodo linea Apsidum ex observationibus aptè inveniatur; & quoniam præbet magnam utilitatem, & magis veritati consentire videtur, quàm methodus illa supradicta, quare nunc rem Exemplo & Schemate dilucidiorem reddere conabimur.



Priusquam aggrediamur opus ipsum, operæ-pretium esse videtur paucula *Doctoris* præfari, quæ ita se habent.

Modus Doctiss. *Sethi Wardi*, de Positione Apsidum inveniendâ.

Quoniam motus *Solis* (*reverà Terræ*) in Ellipsi tardissimus fit ad A, celerrimus ad P, mediocris ad D & I, & quod ab I per A ad D, motus apparens (seu anguli ad S) sit minor motu medio ad F, deinceps major, atque in transitu per D & I æqualis, & quod in æqualibus distantiis, sive à locis apsidum A & P, sive à *διαχότητων* D & I motus Solis apparentes sint Inter sese æquales.

Modi tres.

Itaq; manifestum est quod si à *Sole* (*vel Terrâ*) observetur punctum maximæ tarditatis vel celeritatis *Solis*, vel si observetur ubi locorum motus apparentes sint inter sese æquales, utrinq; numerando; vel tandem, si observetur ubi motus verus est medio æqualis; invenietur positione *linea Apsidum*. Nunc ad

ad *Exemplum* fiat progressus. Si observationes loci *Solis* (quæ magnâ curâ & sagacitate factæ fuerant anno 1659.) rectè instituantur, ex debitâ collatione, motum Solis verum diurnum ad dies 16 & 17 *Martii*, medio ejus motui fermè æqualem, fuisse inveniemus, quo tempore Sol erat in gr. 6 45′ ♈. Iterùm hi motus sunt inter sese æquales ad dies 19 & 20 *Septembris* proximè sequentis, quando Sol tenebat gr. 6 45′ ♎, ac proin *Apogæum Solis* cadit in gr. 6 45′ ♋, ex hisce observationibus.

Exemplum. 1.

Rursùs ad dies 26. & 27. *Aprilis* ejusdem anni colligitur ex aptâ observationum veri Solis loci ad multos dies ante & post, collatione, verus motus *Solis diurnus*, 57′ 50″, et denuò æqualis deprehenditur ad dies 10 & 11 *Augusti* sequentis. In primâ observatione, verus Solis locus erat in gr. 16 49′ ♉, qui ablatus ex loco ejus in secundâ gr. 27 8′ ♌, relinquit angulum G S y gr. 100 19′ cujus dimidium æquale est angulo G S A gr. 50 9″, qui adjectus *Solis* loco in primo observatu ad G, ostendit locum *Apogæi Solis*, eo tempore adfuisse in gr. 6 58′ ♋, qui non procul à veritate recedit.

Aliud.

Ex Observationum igitùr collatione, statuimus Apogæi Solis locum, anno à morte *Alexandri* 178. die 27 Mensis *Mechir* meridie, in ♊ gr. 5 50′ 18″ 33‴ 17^{iv} 0^{v} 29^{vi} 24^{vii}. & rursum anno Christi 1588. *Januar*. 15. (qui est annus ab obitu *Alexandri* 1912. die 27 *Mechir*, meridie) in ♋ gr. 5 30′ 8″ 21‴ 48^{iv} 31^{v} 16^{vi} 24^{vii}. In annis igitur Ægyptiis 1734. locus Apogæi progressus est in consequentia gr. 29 39′ 49″ 48‴ 31^{iv} 30^{v} 47^{vi} 0^{vii}. Cum itaq; diviserimus hunc motum per Sexagenas annorum Ægyptiorum 1734. nempè 2‴ 55″ 48′ 30^{d}. colligemus diurnum Apogæi motum 10‴ 7^{iv} 25^{v} 18^{vi} 22^{vii}. Motus Apogæi ergò erit,

NOTA.

	Ægyptiis. S.	gr.	′	″	‴	iv	v	vi	vii	Julianis. Sex.	gr.	′	″	‴	iv	v	vi	vii
In annis 1	0	0	1	1	35	8	55	43	50	0	0	1	1	35	8	56	43	50.
10	0	0	10	15	51	29	37	18	20	0	0	10	16	11	44	17	55	4.
100	0	1	42	38	34	54	33	3	20	0	1	42	42	48	0	5	42	30.
1000	0	17	6	25	49	5	30	33	20	0	17	7	8	0	0	57	5	0.

Nunc ut habeamus medium motum Solis ad diem 27 *Mechir*, meridie, aufero Apogæum ita restitutum Sig. 2. gr. 5 50′ 18″ ex vero loco Solis Sig. 0. gr. 0 0′ 0″, & cum residuo, accipio Æquationem gr. 1 50′ 45″, quæ si auferatur è loco Solis vero, relinquit Sig. 11 28° 9′ 15″. Secundò ex motu sic invento, rursùs aufero *Apogæum*, & cum residuo Sig. ● 22° 18′ 57″, habebimus *Prosthaphæresin* gr. 1 52′ 5″, quæ ablata ex motu Solis vero, ut anteà remanet Sig. 11. gr. 28 7′ 55″, ex quibus iterùm subtraho *Apogæum Solis*, & relinquitur Anomalia media Sig. 9. gr. 22 17′ 37″, cui respondet Æquatio gr. 1 52′ 6″, quæ ultimò dempta ex vero motu, ut ante ostensum est, relinquit medium *Solis* motum, ad diem 27 *Mechir* ho. 0 25′ P. M. sub Meridiano *Alexandriæ*, Sig. 11. gr. 28 7 54. Quocirca anno à morte *Alexandri* 178. die 27 *Mechir*, meridie, sub Meridiano *Londinensi* statuimus medium motum Sex. 5. gr. 58 13′ 17″ 35‴ 45^{iv} 59^{v} 37^{vi} 30^{vii}. qui intra Scrup. 1. Observationi congruit, quod factum est, ut aliis etiam Observationibus aptè convenire possit.

Erat annus Mundi 3804. dies 24 Mensis Martii.

Secundum similem methodum colligimus medium Solis motum ad diem 15 *Januarii* 1588. Sex. 5. gr. 3 54′ 47″ 59‴ 26^{iv} 35^{v} 15^{vi} 0^{vii}.

Ab observatione *Hipparchi* ad illam *Tychonis* sunt Anni Ægyptii 1734. qui faciunt Sexagenas 2‴ 55″ 48′ 30^{d}, quo tempore Sol absolvit Circulos Zodiacos 1732. & Circuli partem, nempè Sex. 5. gr. 5 41′ 30″ 23‴ 40^{iv} 35^{v} 37^{vi} 30^{vii}. quod cognoscitur per subtractionem numeri primi ex secundo. Tum converto hos *Circulos Zodiacos* 1732. cum Sexagenis 5. in hunc modum.

Circuli

		'''	''	'
Circuli Zodiaci	1700	2	50	0
	20		2	0
	12		1	12
Sexagen.	5			5
Summa.		2	53	17

Summa omnium erit sic.

'''	''	'	°	'	''	'''	iv	v	vi	vii.
2	53	17	5	41	30	23	40	35	37	30.

Hic est *modus Reductionis* (quo utor) tàm annorum, quàm motûs in Sexagenas atq; Sexagesimas. Jam si diviserimus Sexagesimas Motuum Solis per Sexagenas temporis, dabit Quotus motum Solis diurnum, sicut ex subsequenti operatione commonstrabitur.

	'''	''	'	o	'	''	'''	iv	v	vi	vii	
	2	53	17	5	41	30	23	40	35	37	30	
		2	55	48	30							
	2	52	52	41	30							A.
Restat.			24	24	11	30	23	40	35	37	30	
			23	26	28	0						B.
Restat.				57	43	30	23	40	35	37	30	
				55	40	21	30					C.
Restat.				2	3	8	53	40	35	37	30	
				2	3	3	57	0				D.
Restat.						4	56	40	35	37	30	
						2	55	48	30			E.
Restat.						2	0	52	5	37	30	
						2	0	8	8	30		F.
Restat.								43	57	7	30	
								43	57	7	30	G
Restat.										0	0	H

Motus Solis diurnus.

Hinc elicitur motus Solis diurnus.

'	''	'''	iv	v	vi	vii	viii.
59	8	19	42	1	41	15	0
A	B	C	D	E	F	G	H.

Postea, multiplico motum *Solis* diurnum per Sexagenas unius anni 6' 5°. & productum præbet motum *Solis* annuum, ut in operatione spectes.

Motum Solis annuum invenire.

S.	o	'	''	'''	iv	v	vi	vii.	
0	0	59	8	19	42	1	41	15.	*Motus Solis Diurnus.*
6	5								
	4	55	41	38	30	8	26	15.	
5	54	49	58	12	10	7	30		
5	59	45	39	50	40	15	56	15.	*Motus Solis Annuus.*

Eodem prorsùs modo inveniatur *Medius Motus* ad 10. 100. vel 1000. annos Ægyptios aut Julianos, per multiplicationem Motûs diurni, in Sexagenas temporis dati, ut in *Exemplo* priori satis ostendimus.

Proximè, ut *Epocham Medii motûs Solis* in principio annorum ab obitu *Alexandri* investigeremus, observandum est, quòd dies 15. *Januarii*, anno Christi 1588. correspondet diei 27. Mensis *Mechir* in anno Ægyptiaco à morte *Alexandri*, 1912. Capio itaq; tempus completum 1911. annos, 5. Menses & 27. dies, & faciunt Sexagenas 3''' 13'' 48' 12^{d}. quas multiplico in motum *Solis* diurnum, ut in *Logisticâ Astronomicâ* edoctus es.

0'''

'''	''	'	o	'	''	'''	iv.	v	vi	vii	
0	0	0	0	59.	8	19	42	1	41	15.	
3	13	48	12								
			11	49	39	56	24	20	15	0	Lib. 1. Sect. 4.
		47	18	39	45	37	21	0	0		
	12	48	48	16	6	21	56	15			
2	57	24	59	6	5	3	45				
3	11	1	17	51	36	59	26	35	15	0	

Dein aufero hanc Summam (rejectis prius Sexagenis 3''' 11''. vel Circulis Zodiacis 19 fere) ex medio motu *Solis* anteà invento ad annum 1912. à morte *Alexandri*, ad diem 27 *Mechir*, Meridie, ad hunc modum.

Sex.	gr.	'	''	'''	iv	v	vi	vii	
5	3	54	47	59	26	35	15	0.	Medius ☉ motus ad diem 27 *Mechir* 1912
1	17	51	36	59	26	35	15	0	Motus ☉ in Annis 1911. mensib. 5 dieb. 27.
3	46	3	11						Epocha *Alexandri.*

Epocha obitûs *Alexandri* magni.

Porrò, ut *Epocha Nabonassari* rectè inveniatur, accipio intervallum inter *Nabonassarum* & *Alexandrum* 424. annorum, in Sexagenis 42'' 59' 20^{d}. quas duco in motum diurnum, & Productum (supra Circulos Zodiacos) erit Sex. 4 18° 41' 34'' 4''' 32^{iv} 37^{v} 30^{vi} 0^{vii}. quæ subducenda sont ab Epochâ *Alexandri*, ut in Paradigmate hoc videatur.

Sex.	gr.	'	''	'''	iv	v	vi	vii	
3	46	3	11	0	0	0	0	0	Epocha *Alexandri*
4	18	41	34	4	32	37	30	0	Motus ☉
5	27	21	36	55	27	22	30	0	Epocha *Nabonassari.*

Epocha *Nabonassari.*

Postea, ut habeamus Epocham Christi, duco Sexagenas intervalli temporis inter *Nabonassarum & Christum* 1''' 15'' 46' 26^{d} in motum diurnum, quemadmodum priùs ostensum est, & proveniet (præter Circulos Zodiacos) Sex. 5. gr. 10 38' 14'' 52''' 4^{iv} 6^{v} 22^{vi} 30^{vii}, quæ Epochæ *Nabonassari* addita, dabit *Epocham Christi*, prout apparebit in Exemplo.

Sex.	gr.	'	''	'''	iv	v	vi	vii.	
5	27	21	36	55	27	22	30	0.	Epocha *Nabonassari.*
5	10	38	14	52	4	6	22	30.	
4	37	59	51	47	31	28	52	30.	Epocha Christi.

Epocha Christi.

Deniq; multiplico Sexagenas temporis dati inter *Christum* & *Mundi initium* 6''' 40'' 30' 32^{d}, in motum Solis diurnum, & consurget (ultra Circulos integros) Sex. 0 gr. 29 17' 26'' 4''' 30^{iv} 42^{v} 45^{vi} 0^{vii}. Quod productum cum auferatur ex Christi Epochâ, Epocham habebimus Medii motûs Solis in Mundi principio, sic.

Sex.	gr.	'	''	'''	iv	v	vi	vii.	
4	37	59	51	47	31	28	52	30.	Epocha Christi.
0	29	17	26	4	30	42	45	0.	
4	8	42	25	43	0	46	7	30	Epocha Mundi.

Epocha Mundi.

Hunc in modum *Epocha cujuslibet Æra* investigari posset. Ut verò medium ad motum expeditiùs perveniendum sit, *Sexagenarias Tabulas* de motu Planetarum singulorum composuimus, quarum auxilio medii motus extemplò inveniri possint, vel de præterito, vel in futurum, quod in calculis Astronomicis stupendo nobis, admirandoq; usui foret.

CAP. XXI.

De verâ magnitudine Anni Solaris.

Annus Tropicus, ſeu Vertens.

ANnus *Solaris*, ſive *Tropicus* (qui *Græcis* vocatur τροπικὸς à τρέπω, quod eſt verto, quaſi vertens & vertere ſignificat, quia juxta vocabulum Ἐνιαυτὸς, in ſe convertitur *Annus*) eſt *illa communis & uſitata pars temporis*, quâ non modo virorum ætates & omnia *Mundi* alia penè accidentia enumerantur, verùm hinc omnes humanæ actiones conquadrantur, etſi autem diverſimodè ſubducitur, attamen dependentiam ejus ſuper verum Solis locum accipit ut ſpatium illud temporis comprehendens, quo à fixo Firmamenti puncto Sol pervagatur, & eidem regreditur, hocq; *Annus Tropicus* appellatur, necnon veteres huic menſuræ curſum tendebant, at quia inconcuſſo fundamento indiguerunt (neſcii enim fuerunt veri Solis motûs) nôn quantitatem anni apud primam inſtitutionem rectè definiebant, ut *Ægyptii*, *Hebræi*, *Perſæ*, aliiq; qui eandem tantùm continere dies 365. conſtituerunt, veruntamen majori anno *Romani* quàm Ægyptii, aut *veteres Perſæ* utuntur, ſecundum enim *Julii Cæſaris* conſtitutionem, eum efficiunt dies 365. ho. 6. quæ ſex horæ, Intercalarem annum unoquoq; 4. anno dies 366. comprehendere coercent, cùm tres intermedii anni communes denominantur, tantumq; dies 365. ampleCtuntur. Et hic *Annus* generalitèr *Syriis*, *Syro-Græcis*, *Ethiopibus*, *Moſcovitis*, & *Britannis*, uſus eſt; ſecundum verò *Papæ Gregorii* 13. correctionem, *Annus* (per peritiſſimorum Mathematicorum tum viventium auxilium) eſſe dies 365. hor. 5. 49′ 12″. inveſtigabatur, & juxta hanc quantitatem, aliquo in modo, Annum Solarem *Romani* reſtauraverunt, ut brevitèr alibi demonſtrationem exhibeam; propoſitum enim meum non eſt hic tantùm quomodò nunc ſe habet, ſpecificare aut quomodò confirmatus fuit, ut juſtam ejus quantitatem & proportionem ſecundum verum Solis motum determinare, qui (ut ait *Propheta*) in firmamento cœli poſitus fuit, ut tempeſtates & temporum viciſſitudines diſtingueret.

Græci τροπικὰς ἀπὸ τῶν τροπῶν, quod converſiones vel viciſſitudines ſignificat, appellarunt.

Quantitas anni *Gregoriani*.

De anno Solari, & de ejus magnitudine hic ſpatioſè tractem, quem non pauci veterum & recentiorum Aſtronomorum inæqualem ſecerunt, tenuibus principiis utentes, ut ſi authores ejus, vivis enumerentur, arrogare erubeſcant, nihil invenientes aſſertiones ſtabilire ſed incertas *Ptolemæi* obſervationes, qui (ut obſervant) *Hipparchum* imitatus eſt, quo ob longitudinem anni exactè aſtipulatur, eum facientem dierum 365. hor. 5 55′ 12″. At ſi *Ptolemæum* abdicamus, & adæquemus *Hipparchi*, *Albategnii*, & *Waltheri Norimbergæ* obſervationes *Tychonis Brahei* obſervationibus (quæ omnes ab erroribus Parallaxis & Refractionis liberatæ ſunt) Tropici anni continuam æqualitatem invenlemus, quam nobilis ille *Tycho*, & *Longomontanus in Aſtron. Dan. Lib.* 1. *Cap.* 5. *Theoric.* ſagacitèr retinent, & eis aſſentit doctiſſimus *Johannes Keplerus* pag. 927. *Epitom. Aſtron. Copernic.* ubi atteſtatur ut quantitas anni omnibus ſpeculatoribus æqualem apparuerit etiam à tempore *Hipparchi* huc uſq;, præterquam *Ptolemæi* tantùm, contra quem *Obſervationes Hipparchi*, *Procli*, *Albategnii*, ut etiam doctiſſimi *Bullialdi* mutuum placitum & approbationem, noſtram reſtitutionem medii motûs Solis confirmare & ſtabilire habemus. Si non alias baſes habuiſſemus quam quod Syſtema & Ellipſis, in quâ Terra motum peragat, non permutantur, ſed eadem ſunt, hoc eos redargueret Solis motum in illis ſempèr eſſe ſimilem, ſummoperè quia excentricitas nunquàm permutatur, & prætereà non dubitandum eſt verum (ſecundum aliorum planetarum ordinem) omnibus ſeculis æqualem progreſſum in Signorum conſequentiâ, *Aphelium Terræ* efficere, ut alibi manifeſtum eſt, ſed in Lunâ præſertim, ubi per celerem motum, quàm optimè perſpicitur; ergò concluſionem adferimus, quòd Solaris anni quantitas fuit & ſemper erit æqualis, & etiam Stellarum fixarum

Continua æqualitas Anni Tropici.

Vide Aſtronomiam opticam *Joannis Kepleri*, Pag. 147.

Excentricitas Terræ nunquàm permutatur.

De Anni æqualitate, vide *Ricciolum* Tom. 1. *Almageſti* Cap. 30.

fixarum inæqualem motum, & punctorum Æquinoctialium inæqualitatem, meram fictionem esse.

Nunc Anni Tropici veram quantitatem ad determinandum inprimis Solis ingressûs in Æquinoctialem tempus scrutabimur, quem animadvertit *Albategnius* annoà morte *Alexandri* 1206. die 7 *Pachon*, hor. 1. 15′ manè, qui secundum *Bullialdi* emendationem, *Astron. Philolaic. Lib.* 2. *Cap.* 2. debet esse hor. 1 6′ tardiùs. Per nostram verò correctionem, observationum collationibus factam, Solaris tempus ingressûs eas intercadit, videlicet hor. 2. 4′. manè, secundum igitur motum Solis medium, hujus Æquinoctii autumnalis æquale tempus *Aratiæ Syriæ* fuit anno à morte *Alexandri*, 1206. die 5. Mensis *Pachon*, hor. 12 30′ 35″. Hoc est *Londini* hor. 9 10′ 35″. Determinatio magnitudinis Anni Tropici.

Per varias iterùm observationes anno 1650. variis in *Angliæ* locis, factas (à Bissextili secundo, ut fuit illud *Albategnii*) verum Solis ingressûs in ♎ tempus super diem 12 *Septembris* ad hor 14 53′. investigavimus, juxta igitùr ultimi Capitis doctrinam, secundum medium ejus motum, ingressus fuit die 10. hor. 13 18′ 17″. Id est anno à Morte *Alexandri* 1975. die 6. Mensis *Athyr*, hor. 13 18 17″. Harum nunc Observationum intervallum respectu medii ingressûs, est *anni Ægyptii* 768. dies 186. hor. 4 7′ 42″. (quod cognoscitur, minorem temporis numerum à majori subtrahendo,) divisis igitùr hisce diebus 186. hor. 4 7′ 42″, per annos 768. erit Quotus hor. 5 49′ 4″ 21‴ 3iv. vera ergò Anni Solaris magnitudo erit dierum 365. hor. 5 49′ 4″ 21‴ 3iv. Περὶ τοῦ Ἐνιαυτοῦ Τροπικοῦ φαινομένου.

Porrò anni Solaris magnitudo, vel exquisitum Periodicæ cujuscunque Planetæ tempus citò eliciantur ex Tabulis Sexagenariis, & ut res fiat illustrior, hic unum exemplum breviter exhibebimus, ad cujus similitudinem, omnia hujuscemodi alia conquadrentur. Determinatio periodicæ Revolutionis cujuscunq; Planetæ.

Πρᾶξις.

Quantitatem Anni Solaris investigandi Methodus.

	Sex.	gr.	′	″	‴	iv	v	vi	vii	viii	ix	x.					
	6	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0.					Circulus integer.
6′.	5	54	49	58	12	10	7	30.									Numerus proximè minor. Subtr.
		5	10	1	47	49	52	30.									Restant.
5d.		4	55	41	38	30	8	26	15.								Numerus proximè minor.
			14	20	9	19	44	3	45.								Restant.
14′			13	47	56	35	48	23	37	30.							Numerus proximè minor.
				32	12	43	55	40	7	30.							Restant.
22″				31	32	26	30	24	54	0	0.						Numerus proximè minor.
					40	17	25	15	13	30	0.						Restant.
40‴					39	25	33	8	1	7	30.						Numerus proximè minor.
						51	52	7	12	22	30.						Restant.
52iv						51	15	13	4	25	27	45.					Numerus prox. minor.
							36	54	7	57	2	15.					Restant.
37v							36	28	8	8	55	2	26	15.			N. prox. min.
								25	59	48	7	12	33	45.			Restant.
26vi								25	37	26	32	12	43	52	30.		N. prox. min.
									22	11	34	59	49	52	30.		Restant.
22vii									21	41	3	13	24	37	7	30.	N.pro.M.
30viii										30	31	46	25	15	22	30.	Restant.

Summa Collecta 6s. 5d. 14′ 32″ 40‴ 52iv 37v 26vi 22vii 30viii.

Quæ ita in tempus reducuntur.

	Ia. d ′ ″ ‴ iv v vi vii viii
	6 5 14 32 40 52 37 26 22 30.
Annus 1.	6 5 Sexag. Anni 1. Ægyptii, vel dierum 365.
	14 32 40 52 37 26 22 30.
Hor. 5.	12 30. Sexag. 5. Horarum.
	2 2 40 52 37 26 22 30.
49′	2 2 30. Sexag. 49. Scrup. Prim.
	10 52 37 26 22 30.
4″	10 0 Sexag 4. Secundorum.
	52 37. 26 22 30.
21‴	52 30. Sexag. 21. Tert.
	7 26 22 30.
2iv.	5 0. Sexag. 2. Quart.
	2 26 22 30.
58v	2 25. Sexag. 58. Quint.
	1 22 30.
33vi	1 22 30. Sexag. 33. Sext.

Reductio in dies, horas & scrup.

Quantitas anni Tropici vera.

Hinc erit vera *Anni Solaris magnitudo* juxta Calculum nostrum ex Tabulis, Dierum 365. Horarum 5. $49' \; 4'' \; 21''' \; 2^{iv} \; 58^{v} \; 33^{vi} \; 0^{vii}$.

Confirmatio veræ quantitatis Anni Solaris per Observationes.

Quòd Anni Solaris vera quantitas sic se habet, per observationes etiam *Nicolai Cardinalis de Cusa, Prophatii Judæi, & Georgii Chrysococcæ* confirmatur, quamoptimè verò per veteres *Hipparchi observationes*, quo hanc restitutionem medii Solis motûs, Solarisq; anni quantitatem, facti fuimus, quæ à tempore ejus huc usq; omnium Astronomorum observationibus optimè congruit, præterquàm *Ptolemæi*, de cujus erroribus peramplè in *Bullialdo* legimus, aliisq;, & in ejus *Astron. Philolaic. fol.* 70. sic scribit. "*Et satis apparet* "Ptolemæum *noluisse immutare* Hipparchi *hypothesim Solarem, motuumq; li-* "*mitationem; quare illius observationes tanti faciendæ non sunt, ut propter* "*illas posteriorum rejiciamus τηρήσεις nobis consignatas.*

Annus penes Astronomos est duplex, Tropicus, seu vertens, & Sidereus.

De Anno Sidereo.

Quantitas anni Siderei.

Sydereus verò aut Stellatus annus, quem *Græci* ἀστεροτήεισα denominant, spatium illud temporis comprehendit, quo ab aliquo determinato Octavæ Sphæræ puncto, aut ab aliquâ hujus Cœli Stellâ Sol transmigrat, rursùmq; eidem regreditur, cujus vera quantitas investigatur, si exquisitam Anni Solaris longitudinem, & annuum octavæ Orbis motum $50'' \; 25''' \; 55^{iv} \; 38^{v} \; 49^{vi}$. (qui è recessu Æquinoctiorum oriri videtur,) cognoscamus quem Sol secundum medium ejus motum in temporis Scrup. $20' \; 27'' \; 59''' \; 48^{iv}$. perambulat; quarè si anni Solaris Longitudini, tempus hoc addamus, Syderei anni Longitudinem esse dierum 365. Horarum 6 $9' \; 32'' \; 20''' \; 51^{iv}$. intelligemus; non igitùr hæsitandum est, quin *Sydereus annus* hic ad amussim determinatur.

CAP. XXII.

De Stellis Fixis, earumq; in Signorum consequentiam Progressionibus.

Sydera fixa (longè supra, aut extra Planetarii Orbis perimetrum collocata) sunt à Sole & universi centro immensæ, remotæq; distantiæ, & sese habent tanquam *externa* Planetarium *Systema circummuniens paries*, innumerabili splendidorum globorum multitudine condecoratum & repletum, qui Stellæ

Stellæ fixæ denominantur, quæ probabilibus argumentis prorsus moveri non videntur, apparens verò secundum Signorum ordinem progressus de anno in annum, ex punctorum Æquinoctialium recessu ab ortu in occasum oritur, quam ob causam à vernali sectione esse amplius sejunctæ hæ Stellæ fixæ solennis illucescunt, ut complurium Observationes testificantur; hinc fuit *Ptolemæum* & veteres Astronomos (causam ejus ignorantes) mollem, lentumq; motum in Longitudinem secundum Signorum seriem admittere, quem juxta eorum observationes, aut potiùs suppositiones, asserebant esse circiter grad. 1. in centum annis. Primus omnium, qui Stellarum fixarum locos animadvertit (referente *Ptolemæo*) fuit *Timocharis*, qui annos 280. *ante Christum* vixit, cujus observationes aliquot in manus nostras pervenerunt, post quem circiter 164. annos expertus ille Mathematicus *Hipparchus* successit (quem *Ptolemæus* φιλόπονόν τε καὶ φιλαλήθη appellat) qui ingenii labore veros earum locos suis temporibus investigavit, novasq; motuum Tabulas composuit.

Progressio Stellarum inerrantium oriri videtur, à recessu punctorum Æquinoctialium in antecedentiâ.

Hipparchum sequutus est *Ptolemæus* princeps ille Astronomorum, qui *Catalogum Hipparchianum* in quibusdam correxit, & quædam Stellarum nomina commutavit, ut notat *Lib. 7. Cap. 4. Almagesti*, ubi rationes istius facti adducit.

Consummatis 740. annis enituit *Albategnius*, omniq; tempore à *Ptolemæo* ad *Albategnium* nullus innotuit qui Stellas fixas, earumq; motus animadvertit, postrema verò ætas multas admirabiles, insignesq; patefactiones non ullis antea factas produxit. Si dignissimum *Copernicum*, *Waltherum*, *Vernerum*, illustrissimumq; principem *Wilhelmum Hassiæ Landgravium* omittamus, qui omnes pesquam exquisitissimas observationes efficerunt, nobilis *Tycho Brahæus* tandem effloruit, qui assiduis vigiliis, summâq; curâ, fastigium huic negotio imposuit; adeo ut per ejus incredibilem industriam, immensumq; thesauri expensum, novum Catalogum Fixarum Stellarum per eximias observationes fabricavit, quo, motui Solis proximo, optimum fundamentum propter Astronomiæ restaurationem collocatum est.

Chimæras *Alphonsi*, *Arzahel*, aliorumq; & absurdam *Thebith Ben-Core* suppositionem digredior, qui Stellis fixis motum aliquando in consequentiâ, aliquando in Signorum antecedentiâ imputavit, & *Copernico* proximè descendam, qui inæqualitatem progressûs Stellarum fixarum admissus est, & quanquam absurdos repedationis earum errores sustulit, attamen Polos Terræ vult sensim turbinare circa Polos Zodiaci in annis 25816. *Ægyptiis*.

Vir verò clarissimus, dignissimusq; *Ismael Bullialdus* à *Copernico* dissentit, qui motus Stellarum inæquales per punctorum Æquinoctialium in antecedentiâ recessum, & per turbinationem polorum terræ efficit, contra quam inæqualitatem has rationes adducit *Bullialdus*, *Lib. 5. Cap. 2. Astron Philolaic.*

Rationes *Ism. Bullialdi* contra inæqualitatem Punctorum Æquinoctialium, Sex.

1. *Hactenus nullas dari observationes veterum, quæ loca fixarum ad amussim determinent; temerarium proinde esse tam dubio, sublestoq; fundamento tantam machinam inædificare velle.*

2. *Nullam in Cœlo circularem revolutionem per totum suum ambitum admittere plures unâ inæqualitates, dum in uno semicirculo retardatur, in altero promovetur motus; admissâ verò inæqualitate revolutionis Præcessionis Æquinoctiorum* Copernici, *quindecies ferè intenditur & remittitur motus simplex: in aliis verò revolutionibus non intenditur nisi semel, nec pluries remittitur motus.*

3. *Tam parvam differentiam reperiri motuum fixarum in diversis temporum intervallis, ut non possit illa alicui vero & naturali motui attribui, nisi cum maximâ temeritate & audaciâ, qua protervitèr nimis cœlo intellectus humani figmenta affigimus.*

4. *Quòd immobile foret corpus illud quod à Mundi centro longissimè recedit, quod tamen moveri convenit, sicut alia quæ Solem ambiunt quamvis motu tardissimo,*

tardissimo, ob immensam à centro remotionem, spatiiq;, quod percurrit, amplitudinem. Sed quæso cur alia corpora movebuntur, totum verò Systema fixarum immobile manebit? Omni corpori circa centrum mundi constituto debetur aliquis motus circa illud, aliàs à natura alienum foret, nec ipsius esset particeps, quæ omnia in motu servat, & torpescere nunquam finit.

5. *Non debemus existimare Stellas fixas in consequentia progredi* κτ φύσιν *solum, quia Poli terræ lento gradu in antecedentiâ revertuntur, sectionesq; Æquinoctiorum. Quamvis enim respectu fixarum talis Hypothesis stare possit, quòd nullum sit corpus exterius diversimodè motum cum quo comparari sensibiliter possit motus fixarum; non tamen est admittenda, quâ ratione admitti non debet in Planetarum motibus. Stare tamen posset, si Sol appareret solus. Nam turbinatione annuâ Polorum Terræ, quæ tunc per Zodiacum annuo motu transferri non supponeretur, Solis accessus & recessus viderentur. Sed hoc fiat in Sole cæteris Planetis ut sunt in rerum natura positis,* Saturnus *pariter in* ♋. *positus, accessus & recessus respectu Verticis præbebit, quod non fit, nam in illo Signo positus semper propior est vertici borealium regionum. Possibilis igitur esset hæc Hypothesis, si unus esset Planeta, sed cum sint plures impossibilis est. At in fixis* κτ φαινόμενον *potest stare ob motus tarditatem, & quia non sentitur motus exterior cum quo comparari possit; reipsa verò non est, nec admitti debet.*

Opinio *Bullialdi* in hâc re absurda.

6. *A similitudine ducitur. Cernimus in Luna quandam directionem partium ad terram: verisimile est igitur aliquam esse directionem partium terræ ad Solem; & axes Solis & terræ eandem habitudinem inter se semper retinere, & neutrum turbinare mihi probabile videtur. Motum ergò fixarum fieri motu reali ipsarum circa polos Zodiaci probabilius est, quàm illa corpora immobilia manere, quæ à loco quietis, seu Mundi centro tàm longè abscedunt.*

In Lib. 7. Cap. 3. magni operis *Ptolemæi*, multæ observationes Stellarum fixarum à veteribus acceptæ, annotantur, ubi *Tymocharis* observavit *Pleiades* ad Boream esse ab Æquinoctiali gr. 14 30′, quo cognito cum earum latitudine gr. 4 0′. Sept. datur locus *Pleiadum* gr. 27 55′ ♈, quem *Tabulæ nostræ* tunc dant in gr. 27 54′ 43″. Erat annus *Nabonassari* 458.

Spicam Virginis *idem Author* super borealiorem esse partem Æquinoctialis gr. 1 24′ annotavit, ut in prædicto *Ptolemæi* loco, fol. mihi 76. manifestè illucescit; hanc Stellam latitudinem ab Eclipticà gr. 1 59′ austrinam habere *Tycho* perscrutat, Stellæ igitur locus fuit in gr. 21 59′ ♍, quem *Longomontanus* tum in gr. 22 30′. collocavit, nostræ verò Tabulæ tantùm in gr. 21 44′ 12″ ejusdem Signi. Erat hæc observatio anno *Nabonassari* 455.

Anno *Nabonassari* 621. *Hipparchus Spicam Virginis* observavit borealiorem esse Æquinoctiali gr. 0 36′. Ergò secundum ejus observationem locus esset in gr. 23′ 59′ ♍, quem *Longomontanus* in gr. 22 30′. tum statuit, *nostræ* verò *Tabulæ* in gr. 24 3′ 44″ ejùsdem Signi.

Copernicus & *Tycho* ab *Albategnii* observationibus colligunt Cor Leonis, anno Christi 879. esse in gr. 14 5′ ♌, *Lansbergius* attamen fol. 154. Observat. Astron. eam tum collocat in gr. 14 19′ ♌ & *Longomontanus* in gr. 14 27′ ♌, *Nostræ* verò *Tabulæ* eam, magis exactè, habet in gr. 14 9′ 25″ ejusdem Signi.

Tabulæ Persicæ (quæ nunc in *Bibliothecâ Regis Christianissimi* positæ sunt) Fixarum Stellarum anno Christi, 1115. rectificatum Catalogum continent, in quo *Cor Leonis* in gr. 17 30′ ♌ positum est, tantùm Scrup. 1′ ½ à nostrâ restitutione discrepans, quæ illam habet in 17° 28′ 28″ ♌.

Deniq; anno Christi 1601. secundum accuratissimas *Tychonis Brahæi* Observationes, eadem Stella in gr. 14 17′ ♌ annotata fuit, cum latitudine boreâ ab Eclipticâ gr. 0 26′. Ut calculus noster eam præscribit.

Juxta nunc has observationes, annuum motum, aut potius punctorum Æquinoctialium recessum, esse, ut sequitur, investigabimus.

Annus

Annuus motus Stellarum fixarum.

	′	″
A *Timocharide* ad *Ptolemæum.*	39	33.
Ab *Hipparcho* ad *Ptolemæum.*	52	31.
A *Ptolemæo* ad *Albategnium.*	50	26.
A *Timocharide* ad *Tychonem*, an. 1601.	49	55.
Ab *Hipparcho* ad *Albategnium.*	51	0.
Ab *Hipparcho* ad *Tychonem.*	50	33.
Ab *Albategnio* ad Ebennesophim	69	18.
Ab *Albategnio* ad *Tabulas Persicas*	52	7.
Ab *Albategnio* ad Annum 1364.	48	52.
Ab *Albategnio* ad *Tychonem*	50	47.
Ab *Ebennesophim* ad *Tabulas Persicas*	46	31.
Ab *Ebennesophim* ad Annum 1364.	45	5.
A *Ptolemæo* ad *Tychonem*, an. 1601.	52	58.

Progressio Fixarum annua ab Astronomis observata.

Hinc conclusionem habemus, quòd progressus Stellarum Fixarum annuus, aut potiùs (nostrâ sententiâ) punctorum Æquinoctialium recessus est exactè 50″·25‴ 55^iv &c. Ut in nostro *Catalogo Observat. Astron.* magis amplè ostendemus.

Annuus recessus Punctorum Æquinoctialium.

CAP. XXIII.


De Magnitudinibus & Semidiametris trium Corporum, Solis, Lunæ, & Umbræ Terræ.

PRiusquàm ad determinationem Semidiametrorum Solis, Lunæ, & Umbræ terrenæ adveniamus, brevem istius rei animadversionem secundum aliorum placita trademus. Primus hujus rei scrutator erat *Aristarchus Samius* Philosophus apud Græcos magni nominis & *Mathematicus eximius*, qui vixit 280. annis ante Christum, cujus præclarum opus, de magnitudinibus, & distantiis trium corporum, *Solis, Lunæ, & Terræ* adhuc extat. Postea sequutus est *Hipparchus*, vir miræ sagacitatis & peritiæ in Astronomiâ, qui *Tractatum peculiarem edidit*, in quo demonstravit *Magnitudines & intervalla* trium Corporum *Solis, Lunæ, & Terræ*, qui injuriâ temporum periit, tametsi ejus Demonstratio & Diagramma, diligentiâ & curis ejus Successorum adhuc asservatur, attamen multos inveniemus temporibus eum succedentibus (quamvis Astronomiæ valdè peritos) qui perfectam hujus rei cognitionem non habuerunt, ut *Alvategnius, Regiomontanus, Copernicus, Tycho Brahæus, Argolus*, & alii, & quanquam *Lansbergius* in *Uranometriâ* suâ se sequi affirmat, tamen ejusdem usum non rectè caluit. Ingeniosissimus verò *Keplerus* post multas & diuturnas vigilias perduxit opus ad optatum finem & *Hipparchi* Demonstrationem dubiè à *Ptolemeo* traditam enucleatim instauravit, ut conspici possit *in Epit. Astron. Copern. & in Tabulis Rudolphinis*, quàm amplius in *Hipparcho* suo promisit, qui hucusq; in manus non advenit. Et tandem *Doctiss. Bullialdus* in *Astronomiâ Philolaicâ*, scitè rectum ejus usum ampliavit, & nos vestigiis etiam *Keplerianis* adhærentes breviter subsequentem hanc Demonstrationem & Diagramma præmisimus.

Aristarchus Samius fuit primus hujus rei Scrutator.

Antequam

Antequàm adveniemus ad investigationem veræ quantitatis *Semidiametri Solis*, *Lunæ*, & Umbræ terrenæ (hoc ut melius cognoscatis) Diagramma ponam, in quo sit A centrum Solis, L centrum Lunæ, B Terræ.



Demonstratio Semidiametrorum Solis, Lunæ, & Umbræ terræ *Hipparchiana*.

H B N Semidiameter Umbræ terrenæ apparens in loco transitûs *Lunæ*.
A B T, vel A G T, Semidiameter *Solis* apparens.
A T Semidiameter *Solis* vera.
D Mucro umbræ terrenæ.
B D G Semiangulus Coni umbræ.
B H D Axis umbræ.
L O Semidiameter Lunæ vera.
L B O Angulus apparentis Semidiametri Lunæ.
B A G Angulus Horizontalis Parallaxeως Solis.
B H G Angulus Horizontalis Parallaxeως Lunæ.
Posteà ducantur lineæ N K & G F parallelæ A D ipsi lineæ Axis umbræ, tum sequitur,

Theoremata tria.

1. I. *Quòd Horizontalis Solis Parallaxis, & Semiangulus Coni umbræ terrenæ sint æquales apparenti Solis Semidiametro.*

Demonstratio.

$$AGT = AGF = FGT = ADT.$$

In hoc Diagrammate apparens Semidiameter Solis repræsentatur per angulum AGT = ABT, à quo cum subtrahatur angulus AGF (æqualis angulo Horizontalis Parallaxeως Solis B A G) relinquit angulum F G T, quoniam verò lineæ B A & G F sunt parallelæ, sequitur ut angulus F G T sit æqualis angulo B D G, qui est Semiangulus Coni.

2. II. *Quòd Semiangulus Coni umbræ terrenæ sit æqualis differentiæ Horizontalis Parallaxeως Lunæ & Semidiametri Umbræ.*

Demonstratio.

$$BNG = KNG = BNK = HBN.$$

Existimemus Soli Lunam opponi, Sole tum existente in A & Lunâ in H, quo tempore angulus B H G, aut B N G repræsentat Horizontalem Parallaxin Lunæ, & H B N aut B N K apparentem Semidiametrum umbræ terræ. Ex angulo igitur Horizontalis Lunaris Parallaxeως si auferatur Semiangulus Coni umbræ K N G æqualis angulo Z G R, relinquit angulum K N B, qui est æqualis angulo N B H justæ apparenti Semidiametro umbræ.

3. III. *Quòd Aggregatum Horizontalis Parallaxeως Luminarium, sit æqualis aggregato Semidiametrorum Solis, & Umbræ terrenæ apparentium.*

Demonstratio.

In Diagrammate, sit B T N Horizontalis Parallaxis Solis, B N T Horizontalis Parallaxis Lunæ, A B T Apparens Solis Semidiameter, & H B N apparens Semidiameter Umbræ Terræ. Ergò $BTN + BNT = ABT + HBN$. Si igitur ex aggregato Horizontalis Parallaxeως Luminarium, auferatur apparens Solis Semidiameter, restat apparens Semidiameter Umbræ terrenæ.

CAP.

CAP. XXIV.

Quomodo apparentes Solis & Lunæ Semidiametri aliquo tempore inveniantur.

VEræ *Solaris Semidiametri partes*, ut diversis temporibus nuperrimè examinavimus, sunt 475. quibus cognitis cum distantiâ ejus à terræ centro, citò obtineamus ejus apparentem Semidiametrum.

Semidiameter Solis vera. semper est idem, apparens seu visa continuò variatur, quæ ob inæqualem Solis distantiam à centro Terræ, oritur; nam quando Sol propinquior nobis est, major apparet, cum autem remotior, apparet minor.

Accipiamus *Solem* in ejus *Apogæo*, ubi distantia ejus est 101796. (qualium Radius Orbis est 100000.) tumq; eamus ad Diagramma oppositum, ubi in Triangulo Rectangulo A B T repræsentat A B distantiam ejus à centro terræ 101786. A T Semidiametrum ejus veram, & A B T angulum apparentis Semidiametri, qui sic obtineatur.

Investigatio apparentis semidiametri Solis.

Per Probl. 4. Triang. Plan. Rect.	B A	101796	5 007730.
	A T	475.	2 676694.
	Radius gr. 90.		10 000000.
	Tang. anguli A B T 16′ 2″		7 668964.

Ergò Semidiameter Solis apparens in ejus *Apogæo*, ut repræsentatur per angulum A B T vel A G T (qui insensibilitèr inter se differunt) est 16′ 2″.

Semidiameter Lunæ realis omni tempore est idem, apparens autem atq; visibilis semper inæqualis existit, cujus rei causa est inæqualis Lunæ distantia à centro Terræ, ut supra diximus in Sole.

Eodem prorsus modo invenitur apparens ejus Semidiameter in Perigæo esse 16′ 37″, nam in Triangulo A B T oblato, ex lateribus B A 98220. & A T 475. habetur angulus apparentis ejus Semidiametri A B T 16′ 37″.

Apparens Lunæ Semidiameter etiam per eandem doctrinam inveniatur, habens distantiam ejus & veram Semidiametrum, quæ juxta observationes memetipsius, & aliorum, est $18\frac{88}{100}$. Nunc ut rem illustremus, imaginemus Lunam esse apogæam, aut remotam à terrâ 4224. In Triangulo igitur Rectangulo B L O dantur, latera B L 4224. L O $18\frac{88}{100}$ & angulus L B O quæritur.

Investigatio apparentis Semidiametri ☽.

Πράξις.	B L	4224.	3, 625724.	Per Probl. 4. Tri. Plan. Rectang.
	L O	$18\frac{88}{100}$	1, 276002.	
	Radius		10,	
	t. L B O	15′ 22″.	7, 650278.	

Est ergò Semidiameter Lunæ apparens in remotione ejus maximâ Scrup. 15′ 22″. Quod erat demonstrandum.

CAP. XXV.

Quomodo apparens Semidiametrus Umbræ terrenæ, omni tempore, reperiatur.

PRimùm inveniatur Semiangulus Coni per *Theorema* 1. hoc pacto.

Umbræ terrestris Angulus quomodo investigetur.

Si ab angulo apparentis Semidiametri Solis, A G T	16′ 2″.
Subtrahatur Angulus horizontalis ejus Parallaxis, BAG, vel AGF	2 18.
Remanet Semiangulus Coni F G T.	13 44.

Determinatio apparentis Semidiametri Umbræ terræ.

Qui ratione parallelismi linearum B A, G F erit æqualis angulo A D T, qui est Semiangulus Coni umbræ terrenæ, cui angulus K N G est etiam æqualis. Per secundum tunc Theorema, subtrahe Semiangulum Coni ab horizontali *Lunæ* Parallaxi, & relinquitur apparens Semidiameter umbræ, in loco transitûs Lunæ.

Modi duo. Prior.

Πράξις.

Parallaxis *Lunæ* Horizontalis B N G	55′ 44″.
Semiangulus Coni K N G. Subtr.	13 44.
Apparens Semidiameter umbræ B N K = H B N	42 0.

Hic angulus etiam obtineatur per Theorema 3. subtrahendo apparentem Solis Semidiametrum à summâ Solaris & Lunaris parallaxeωs Horizontalis, sic enim remanet angulus acquisitus.

Posterior.

Πράξις.

Parallaxis Solis Horizontalis.	2′ 18″.
Parallaxis Lunæ Horizontalis.	55 44.
Summa	58 2.
Semidiameter Solis subtrahenda.	16 2.
Apparens Semidiameter umbræ.	42 0. ut ante.

Umbræ terrestris Axem & Diametrum apparentem in loco transitus Lunæ metiri.

Porrò ut longitudo axis Umbræ terrenæ rectè inveniatur, observare oportet, quòd in Triangulo B D G, habetur B G Semidiameter terræ vera 68$\frac{5}{6}$ cum angulo B D G 13′ 44″, ergò (per Probl. 1. Sect. 2. Triang. Plan.) dabitur BD 17147. Nam

Ut Radius gr. 90.	10, 00000.
Ad cotangentem anguli B D G 13′ 44″.	12, 39850.
Ita BG 68$\frac{5}{6}$.	1, 83569.
Ad longitudinem axis umbræ B D 17147.	4, 23419.

De verâ Semidiametro Umbræ terrenæ investigandâ.

Semidiameter umbræ vera.

Assumatur Triangulum Rectangulum B H N, in quo datur angulus H B N Semidiametri umbræ apparentis Scr. 42′ 0″. cum latere B H partium 4224. dabitur ergò Semidiameter umbræ vera, in loco transitus Lunæ, H N 51$\frac{61}{100}$. Nam.

Per Probl. 1. Plan. Triang. Rectang.

Ut Radius gr. 90.	10,
Ad Tangentem anguli H B N 42′ 0″,	8, 086997.
Ita B H 4224.	3, 625724.
Ad Semidiametrum umbræ veram H N 51$\frac{61}{100}$.	1, 712721.

Ex B G Semidiametro Terræ 68. 50. aufer B K = H N 51. 61. & remanet K G 16. 89. Tunc in triangulo N K G ad K rectangulo, ex datis lateribus N K 4224. K G 16. 89, dabitur Angulus K N G, id est F G T = A D T 13′ 44″. Data est autem *Semidiameter Solis apparens* A G T 16′ 2″, dabitur ergò B A G = A G F differentia angulorum A G T, F G T 2′ 18″, ferè, tantaq; est *Parallaxis Solis Apogæi.* Ergò data est distantia ☉ apogæa 1490.

Semid.

De Magnitudine & Proportione horum trium Corporum.

Proportio ☉, ☽, & terræ ad invicem.

Si Lector se informare desideret de Magnitudine & Proportione horum trium corporum, *Solis, Lunæ,* & *Terræ,* multiplicet cubicè terminos suarum Diametrorum (quia *Globi* sunt in triplâ ratione suarum Diametrorum per ultimam 12. *Euclidis,* vel Semidiametrorum per 19. quinti.) tumq; dividat

majorem

majorem Cubum per minorem, & Quotus statim monstrabit quantum alter alterum continet. Ut in Sole, Cubus Semidiametri ejus 475 est 107171875, & Cubus Semidiametri Terræ 68. 5 est 321419. 125. Nunc si Cubus Semidiametri Solis dividatur per Cubum Semidiametri Terræ, inveniemus quod *Sol* major sit *Terrâ* 333 [illegible]. Sol verò major est Lunâ 15924 [illegible] vicibus, nam Cubus ex Semidiametro Solis est gr. 107171875, & Cubus ex Semidiametro Lunæ est 6729. 859072, est autem hic in illo 15924. [illegible] itaq; Sol major est Lunâ 15924 vicibus.

Operatio facilior per Logarithmos.

Semidiameter Solis vera	475.		2, 67669.
Semidiameter Terræ	68. 50.		1. 83569.
		Differentia.	0, 84100.
Sol major est Terrá 333. [illegible]		Tripl.	2, 52300.

CAP. XXVI.

De Eclipsi Solis, seu potiùs Terræ.


UT nulla pars Mathematicorum tam nobilis *tamq; excellens est ut Astronomia*, sic nihil *Astronomiæ tam difficile* est ad certam, veramq; ejus cognitionem, ut *Solaris Eclipsis*, accedere, cum calculus ejus particulari Terræ loco definitus est, propter molestam Lunaris Parallaxeos computationem, ob eamq; gratiam aliqui doctissimorum Astronomorum ad opus facilitandum Tabulas composuerunt, ut in *Almagesto Ptolemæi* perspiciatur, & in his jamjam præteritis temporibus novas Tabulas diversis Climatum latitudinibus, *Reinholdus in Prutenicis* instituit propter initia uniuscujusq; tantùm Signi, quas *Lansbergius & Argolus* quàm strictè sequuntur, quæ admirabiles fuerant si id ab eis exactissimè effici potuit quod requiritur, sed nequit ob repentinas *Lunaris Parallaxis* mutationes, ita ut pars proportionalis capta propter intermedios dodecatemorii gradus quàm sæpissimè fallitur, igiturq; (quia à Parallaxi Lunari Solaris Eclipsis principalitèr dependit) vestigia eorum deseremus & quomodò eadem per admirabilem Triangulorum doctrinam obtineatur, docebimus. Veruntamèn anteà indagationi Lunaris & Solaris Parallaxis, calculoq; Eclipsis ad aliquam particularem terræ tractum veniamus, non absre erit *generales Phases Phænomena* determinare, & demonstrare quomodò eos terræ locos inveniamus, qui subjecti sunt particularibus speciebus visibilis Solis corporis. Quarè intellige quòd Eclipsis Terræ non impertinentèr *Lunæ Eclipsi* applicetur, cui propinquum analogum & imaginem gerit, ut enim *Luna* tempore Eclipsis suæ Solis Splendorem per opaci corporis Terræ interpositionem amittit, sic cum Eclipsin terra patitur, *nos incolæ* ab illuminantibus Solis radiis deprivemur, per Lunæ interpositionem inter Solem & nos, ut benè observaretur si defectus *terræ à Lunâ* perspiceretur; & propterea hic demonstrabimus quomodo hinc appareat, quæ hoc in loco generalitèr tractabimus, & quo pacto decernere diversos illuminatæ Disci terræ locos ostendemus secundum *Penumbræ* transitûs tractum, sine ullâ Lunaris Parallaxeos inquisitione, particularem computationem ob aliquem determinatum Terræ locum, referentes sequenti hujus Libri parti; respectuq; generalis hujus rei explicationis hoc Diagramma proponemus *ob Solarem Eclipsin*, 1661. *aptatum*, in quo B L M B repræsentat illuminatum *Terræ* discum, A Centrum Disci, cui puncto Sol est verticalis, S L A M N Zodiacum, cujus polus boreus est B, austrinus K. Sitq; insuper O P Semidiameter Penumbræ, A P Semidiameter Disci terræ, A O aggregatum Semidiametrorum, A F Latitudo

Astronomiæ Præstantia.

Quomodò Eclipsis Solis sit computanda universalitèr.

Explicatio Eclipseos Solaris, modo generali.

Lunæ in medio Eclipſis, & O F E via Lunæ tempore Eclipſis. Nunc ſi aliquis in Lunâ verſeretur, viſibilem Diſcum terræ B L K M B cerneret illuminatum Solis radiis tantummodò præter parvulam illius partem, quæ *Penumbrâ* obumbrata eſt. Et quandoquidem *Lunæ* latitudo in *Diagraphiâ* per A F repræſentata, minor eſt Semidiametro Diſci A B, monſtrat quòd centrum



umbræ vel Penumbræ *Lunæ* intra Diſcum cadit, ita ut fuerit Eclipſis in *Terrâ* ſecundum Lunaris umbræ ſuper lineam O X F G E tranſitum, ut equidem in medio ejus tantum illuminati *Terræ* Diſci à *Solis* luce deprivabitur, ut intrà notatum Lunaris Penumbræ circulum B D K B complectitur.

A *Lunæ* latitudine A F arcum A F obtineamus, hoc eſt Nonageſimi gradûs diſtantiam A, à loci *vertice* F, ut infra docebitur.

Iterùm ut Terræ punctum inveniamus, quem Penumbra primùm tangit, ut ad P, Lunæ latitudinem invenire ſumus ad Eclipſis principium, cujus arcus S O in circulo aggregati Semidiametrorum Diſci & Penumbræ accipiendus eſt, cui in Circulo Terræ diſci L P æqualis eſt; hoc eſt diſtantia Nonageſimi gradû, L à vertice loci P, cujus complementum eſt Nonageſimi gradûs Altitudo, cum quâ Orientis anguli tabulam ingredere, quærendo Signum & gradum Aſcendentis aut ad Siniſtram, aut dexteram, tumq; totam lineam percurre donec propoſitæ altitudini venietis, ubi infrà aut ſupra tabulam, poſita eſt quæſita latitudo loci Septentrionalis, illicq; Aſcenſio recta *Medii Cæli*, &c.

Tab. fol. 68. & Seq.

Monitum Reineri utile.

Verùm ſi in alterutra phaſeon inventa fuerit Altitudo Poli, non Artici, ſed Antartici, tunc Aſcenſioni M. C. Tabularum, adde grad. 180. & aggregato ſubtrahe Aſcenſionem Rectam Meridiani prioris, ut nota fiat differentia Meridianorum

Verùm ſi hæc Nonageſimi gradûs altitudo in totâ lineâ per omnes tabulæ paginas non invenienda eſt cum denominatione ejus propoſitâ (quæ latitudini Lunæ eſt contraria) argumentum eſt quòd Polus auſtralis elevatur, cujus altitudo tum per oppoſitum Aſcendentis gradum acquiretur, & per Nonageſimi gradûs altitudinem, eandem quantitate, ſed denominationis jam contrariæ.

Eodem modo, ex latitudine Lunæ datâ ad principium ingreſſûs centri Penumbræ ſuper Terræ diſcum, invenitur L X, arcus diſtantiæ Nonageſimi gradûs à vertice, illicq; loci latitudo; & deniq; centri umbræ, totiuſq; Penumbræ egreſſus ad eundem modum acquiritur.

Inſuper totalis durationis tempus aggregato Semidiametrorum Diſci Terræ & Penumbræ, latitudineq; *Lunæ* adipiſcitur, nam in triangulo A F O datis A O & A F, illic acquiruntur ſcrupula dimidii univerſalis durationis

FO,

FO, cujus duplum OE sunt Scrupula universalis durationis Eclipseos.

Porrò, ex Disci Semidiametro, A X, & latitudine Lunæ A F, invenitur X F, dimidii centralis durationis scrupula, cujus duplum X G totius centralis durationis sunt Scrupula.

Cum Eclipsis est, & tùm utrum tota penumbra, aut tantùm pars ejus cadit in Terræ discum cognoscatis, duos sequentes Canones observa.

Reg. I.

Si veræ latitudinis Lunaris & Semidiametri Penumbræ aggregatum minus sit Semidiametro Disci Terræ, tùm intrà Discum, tota Penumbra continetur.

Reg. II.

Sed si veræ Latitudinis Lunaris & Semidiametri Penumbræ idem aggregatum majus sit Disci Semidiametro, tum Penumbræ pars extrà Terram cadit & in aere consumet.

Primo Canone, Septem Phases inquiri possunt.

1. Locus Terræ cui *Sol* exoriens stringi à *Lunâ* incipit.
2. Locus Terræ cui *Sol* exoriens totus tegitur.
3. Locus ille cui *Sol* exoriens ab interventu Lunæ liberatur.
4. Locus in quo, Synodus vera cum visâ in 90°. gradu Eclipticæ celebratur.
5. Locus Terræ cui *Sol* occidens primùm à *Lunæ* interventu stringitur.
6. Locus is terræ cui *Sol* totus tectus, seu centralitèr Lunæ junctus occidit.
7. Ille Terræ locus cui Sol occidens deficere definit.

Canone Secundo; *Si quando Centrum Penumbræ in Disci oram, vel extra cadit, tertia & quinta non inveniuntur.*

CAP. XXVII.

Exemplum calculi Eclipseos Solis (modo generali) juxta doctrinam precedentem.

ANno Christi 1661. die 20 *Martii*, ante Meridiem contigit Eclipsis Solis, quam magnâ curâ & sedulitate per ejus totum decursum observavimus *Luffenhamiæ*, ut infra in *Appendice* lectoribus apparebit.

		Dies	ho.	′	″.
Tempus medium veræ ☌ dant Tabulæ nostræ Londini,	Martii.	19	21	40	28.
Locus Solis & Lunæ verus.		♈	10	13	48
Anomalia Eccentri Solis media.		9	1	25	45.
Anomalia Eccentri Lunæ media.		6	27	54	4.
Argumentum veræ latitudinis Lunæ à ☊		5	23	21	7.
Ipsa latitudo Lunæ vera Borealis Ascendens.				34	36.
Reductio ad Eclipticam add.				1	37
Tempus Reductionis Subtr.				2	46.
Tempus exaratum veræ ☌	Mart.	19	21	37	42.
Æquatio temporis add.				3	21.
Tempus apparens veræ ☌ Londini.	Mart.	19	21	41	3.
Horarius motus { *Solis.*				2	28.
Horarius motus { *Lunæ.*				37	31.
Semidiameter { *Solis.*				16	19.
Semidiameter { *Lunæ.*				16	40

Processus Calculi Eclipseos ☉.


Semidia-

	D.	H.	′	″.
Semidiameter Disci Telluris, quæ æqualis est differentiæ Horizontalis Parallaxeos Solis & Lunæ.			58	6.
Semidiameter Penumbræ = aggregato Semidiameter ☉ & ☽.			32	59.
Aggregatum Semidiametrorum.	gr.	1	31	5.

In hoc Paradigmate, quia summa veræ latitudinis Lunæ & Semidiametri Penumbræ sit major Semidiametro Disci Terræ, pars ergò Penumbræ in ætherem abit.

Determinatio totius Durationis.

In Diagrammate præcedenti hic retento, sit O E mensura scrupulorum totius durationis, & G X Scrupula centralis durationis. Quoniam jam in Triangulo Rectangulo A F O, dantur A F Latitudo Lunæ Septentrionalis 34′ 36″ & A O Summa Semidiametrorum Disci Terræ & Penumbræ conjunctarum gr. 1. 31′ 5″, itaq; dabuntur O F Scrupula dimidiæ durationis 84′ 15″, cujus duplum O E ostendit Scrupula totius durationis.



Illustratio per Numeros Logar.

Scrupula dimidiæ durationis rectè inveniri possint per Probl. 1. Triang. Sphæric. Rect.

Summa Semidiametrorum A O	5465.		
Latitudo Lunæ A F	2076.		
Summa	7541.	3, 87743.	
Differentia	3389.	3, 53007.	
		7, 40750.	Aggregatum.
Scrup. dimid. durat. F O 5055″. id est 84′ 15″.		3, 70375.	Semiaggregat.

Deinde ut colligantur Scrupula dimidiæ centralis durationis, habemus in Triangulo A F X (1.) A F Latitudinem Lunæ veram 34′ 36″ (2.) A X Semidiametrum Disci Terræ 58′ 6″. Ergò juxta præcedentem Methodum inveniuntur Scrupula dimidiæ centralis durationis X F 46′ 40″. Divisâ itaque X F per horarium, colligemus tempus dimidiæ centralis durationis, Hor. 1 19′ 53″. Est igitur

Fxoriente

		Ho. ′ ″.
Exoriente Sole	*Initium*	19 16 50.
	Centralis Eclipsis	20 21 10.
In Gr. Nonagesimo	+ *Centralis Eclipsis*	21 41 3.
Occidente Sole	*Centralis Eclipsis*	23 0 56.
	Finis	0 5 16.

I. *Determinatio loci Terræ, ubi Sol centralitèr deficit in ipso gradu Nonagesimo.*

	Gr. ′.
Tempus datum *Londini* in gradibus	325 16.
Ascensio Recta Medii Cœli	334 40.
Latitudo Lunæ vera Septentrionalis descendens	34′ 36″.

Ex Semidiametro disci Terræ AB 58′ 6″ & Latitudine Lunæ AF 34′ 36″ datur arcus AF gr. 36 33′, cujus complementum gr. 53 27′ mensurat Altitudinem Nonagesimi supra Horizontem.

Sinus Semidiametri disci Terræ AB 58′ 6″.	8, 22788.
Arcus AB gr. 90.	10. 00000.
Sinus Latitudinis Lunæ, AF 34′ 36″.	8, 00280.
Arcus AF gr. 36 33′.	9, 77492.

In Tabula Anguli Orientis quæro Altitudinem Nonagesimi gr. 53 27′. quando gr. 10 14′ ♋ est in Ortu, & illi respondet latitudo loci Borea gr. 37 8′.
Ascensio obliqua Ascendentis gr. 10 14′ ♋ sub illâ Elevatione datur 82 17.
Ascensio Recta Medii Cœli. 352 17.
Distat ergò Meridianus ille à Meridiano *Londinensi* ad ortum. 17 37.
In longitudine itaq; Terræ gr. 41 57′ & latitudine Poli loci Borealis gr. 37 8′ incidit Conjunctio vera & centralis in ipso gradu Nonagesimo Eclipticæ.
Totalis igitur Eclipsis in ipso Nonagesimo continget,
In Mari Mediterraneo, Cicilia, inter Maltam, & Septentrionalem Barbariæ partem.

II. *Determinatio loci Terræ, ubi Sol oriens ab Occidentali Margine incipit deficere.*

	gr. ′.
Tempus datum *Londini* in gradibus	289 12.
A. R. M. C.	298 30.
Latitudo Lunæ borea SO	42′ 24″.
Sinus summæ Semid. Disci & Penumbræ SC gr. 1 31′ 5.	8, 42311.
Arcus SC gr. 90.	10, 00000.
Sinus Latitudinis SO 42′ 24″.	8, 09108.
Arcus SO gr. 27 45′. Ergò erit altitudo Nonagesimi gr. 62 15.	9, 66797.
Horoscopus.	♈ 10 14.
Elevatio Poli Borei.	4 33.
Ascensio Obliqua Horoscopi.	9 4.
Ascensio Recta Medii Cœli.	279. 4.
Differentia longitudinis à *Londino* ad occasum.	19 26.
Ergò Longitudo loci quæsita.	4 54.

Locus est in Mari Del Nort, prope C. de Verga, non procul ab occidentali parte Africæ.

3. *Determi-*

3. *Determinatio loci Terræ ubi Sol centralitèr deficit in ipso ortu, in principio totalis defectûs.*

		gr. ′.
Tempus *Londini* in grad.		305 17.
Afcenfio Recta Medii Cœli		314 38.
Latitudo Lunæ borea.		38′ 56″.
Sinus L B 58′ 5″.	8, 22788.	
Arcus L B gr. 90.	10, 00000.	
Sinus L X 38′ 56″.	8, 05404.	
Arcus L X gr. 42 4′.	9, 82616.	

Cujus Complementum gr. 47 56′ erit Altitudo Nonagefimi, quæ eft contraria denominationi Latitudinis Lunæ, vergitq; in Auftrum.

Tot gradibus elevatur gr. 10 14′ ♑ in gradu Nonagefimo fub Elevatione Poli Borei.	18 48.
Horofcopus gr. 10 14′ ♈, cujus Afcenfio Obliqua erit	8 1.
Afcenfio Recta M. C.	278 1.
Diftat itaq; locus à Meridiano *Londinenfi* ad Occafum in grad.	36 37.
Ergò datur Longitudo loci Terræ.	347 43.

Locus rurfum eft in Mari Del Nort, fupra Infulas Hefperides, & infra tropicum Cancri, in Infulis S. Vincentii, S. Lucia, de Fago, S. Antonio, &c.

4. *Determinatio loci Terræ, ubi Sol centralitèr deficit in ipfo occafu, in fine totalis Defectus.*

	gr. ′.
Tunc fuit tempus *Londini* in grad.	345 14.
Afcenfio Recta Medii Cœli.	354 41.
Latitudo Lunæ Borea M. G.	30′ 17″.
Ergò fecundum antecedentem Methodum datur Altitudo 90mi.	58 35.
Horofcopus.	♎ 10 14.
Altitudo Poli Borei.	54 21.
Afcenfio obliqua Horofcopi.	195 5.
A R. Medii Cœli.	105 5.
Diftat ergò Meridianus ille à *Londinenfi* ad Ortum.	110 24.
Itaq; dabitur longitudo loci.	134 44.

Locus eft orientali parte Tartariæ, *prope* Ochardum *fluminum*, Colmak, Tangut, *perq; medias Sinas, verfus Oceanum* Tartaricum.

5. *Determinatio loci Terræ, ubi Sol occidens, ab orientali parte definit deficere.*

	gr. ′.
Tempus datum *Londini* in grad.	1 19.
Afcenfio Recta Medii Cœli.	10 49.
Latitudo Lunæ vera Septentrionalis defcendens.	26′ 48″.
Dat arcum N E gr. 17 17′ cujus complementum eft Altitudo Nonagefimi fupra Horizontem.	72 53.
Horofcopus.	♎ 10 14.
Altitudo Poli Borei.	40 11.
Afcenfio obliqua Horofcopi.	192 50.
A. R. Medii Cœli.	102 50.
Diftat itaq; Meridianus à *Londino* ad ortum	92 1.
Datur ergò longitudo terræ.	116 21.

Locus igitur eft in Auftrali parte Tartariæ, *prope* Indos, *non procul à* Magu, Corazan, Bramas, *& ad Auftrum à Turri lapideâ, &c.*

CAP.

CAP. XXVIII.

De Calculo Eclipsis Solaris ad certum aliquem Terræ locum.

IN prædictâ Eclipsi *Solis*, accidit vera *Luminarium* Conjunctio Hor. 21 41′ 3″ *Londini*, quo momento, reperitur Parallaxis Longitudinis ☽ à ☉ Serup. 1′ 53″, & motus ☽ à ☉ visus in quadrante Horæ præcedentis Conjunctionem veram Scr. 7′ 4″, per quem divisâ Parallaxi longitudinis tempore veræ ☌ datur intervallum inter veram & visam ☌ 4′ 0″. subtrahendam: Ergò *visa Synodus Luminarium* contingit *Londini* die 19 *Martii*, Hor. 9 37′ 3″. ante Meridiem. Ad hoc tempus Latitudo *Lunæ* vera fuit inventa 34′ 49″ Sept. Descend. & Parallaxis Latitudinis 48′ 6″. in Austrum, ex quibus, si auferatur latitudo Lunæ, remanet Latitudo visa 13′ 17″ Austrina, quæ ablata è summa Semidiametrorum ☉ & ☽ 32′ 59″, relinquit Scrupula deficientia 19′ 42″, quæ divisa per Solis Diametrum, efficiunt gr. 36 13′ 14″, qui Quotus in 12. partes ductus præbet quantitatem Deliquii *Solis*, Dig. 7. 14′ 38″.

Reductio hujus Eclipseos ad Horizontem Londinensem.


Scrupula deficientia.

Digiti Ecliptici.

Tandem ut inquirantur *Scrupula Incidentiæ*, seu *Casus*, hoc Diagramma oculis subjiciemus, ubi sit AE Summa Semidiametrorum Solis & Lunæ 32′ 59″, AZ Latitudo Lunæ visa tempore medii Eclipsis 13′ 17″.

Scrupula Incidentiæ sunt arcus viæ Lunaris, quem ipsa motu longitudinis à Sole perambulat, ab initio Eclipsis ad medium.

In Triangulo itaq; Rectangulo AZD, ex datis AD 32′ 59″, & AZ 13′ 17″, datur ZD 30′ 11″, per *Trigonometriæ* Lib. 2. Cap. 2. Prob. 7. in hunc modum.



Praxis.

Ratio inquirendi Scrupula Incidentiæ è Geometricis fundamentis.

AD 1979.	Summa	2776.		3, 44342.
AZ 797.	Differentia	1182.		3, 07262.
			Aggregatum	6, 51604.
ZD 1811.			Semiaggreg.	3, 25802.

Hinc erunt Scrupula Incidentiæ 30′ 11″, quæ divisa per motum Lunæ à Sole visum, unâ horâ ante Conjunctionem visam 28′ 55″, efficiunt tempus Incidentiæ, Hor. 1 2′ 37″. Eadem Scrupula itidem divisa per motum horarium, unâ horâ post visam Conjunctionem 27′ 31″, dant tempus Repletionis, Hor. 1 5′ 50″, & totam durationem, Hor. 2 8′ 27″.

Tempus Incidentiæ est illud ipsum temporis spatium, quo Luna peragrat Scrupula illa incidentiæ.

CAP. XXIX.

De Calculo Eclipsis Lunaris.

Eclipsis ☽ quæ. Tria Eclipsium Lunarium genera. 1. Partialis. 2. Totalis fine morâ in tenebris. 3. Totalis cum morâ.

Eclipsis Lunaris est privatio luminis Lunæ, quæ fit in Diametrali ambo-rum Luminarium Oppositione, propter corpus Terræ interpositum: Estq; partialis, totalis fine morâ, & totalis cùm morâ, ceu mansione in umbrâ Terræ. Hæc genera, seu species Eclipsium ordine Exemplis explicabo.


Eclipsis ☽ anni 1659. partialis.

Exemplum. 1. Accidit Lunæ Defectus Anno Christi 1659. die 26 *Aprilis*, Hor. 7 52′ 30″, respectu veræ Oppositionis Luminarium, cujus Deliquii magnitudinem & tempus computare volumus.

Verus locus Solis tunc erat in gr. 16 8′ 29″ ♉, & locus Lunæ in gr. 16 8′ 29″ ♏, cum latitudine austrinâ 38′ 51″, Semidiameter Lunæ erat 16′ 38″, Semidiameter umbræ Terræ 46′ 30″, Aggregatum ex utroq; 63′ 8″, ex quo demptâ Lunæ Latitudine, relinquitur pars deficiens 24′ 17″, quæ divisa per Diametrum Lunæ 33′ 16″, efficit quotum gr. 43 47′ 51″, qui in 12. ductus, constituit Digitos Eclipticos 8 45′ 34″. Constat igitùr non totum Lunæ corpus deficere, sed Eclipsis solummodò est partialis.

Scrupula Incidentiæ, seu casus quæ?

Scrupula Incidentiæ, seu casus sunt arcus viæ Lunæ quem ipsa proprio motu à Sole perambulat à principio Eclipsis ad medium ejusdem. Ut in hoc Schemate, ubi Luna constituta in L incipit primò deficere: in H autem desinit, sed in Z est medium Eclipsis, seu Maxima Obscuratio; ergò HZ = ZL sunt Scrupula Incidentiæ, quæ ita habebuntur, per Probl. 1. Triang. Sphær. Rect.



Modus inveniendi Incidentiæ scrupula.

Ut cosinus Latitudinis Lunæ, ad Radium; ita Cosinus Summæ Semidiametrorum, ad Cosinum Scrupulorum Incidentiæ.

Illustratio Arithmetica.

Summa Semidiametrorum	gr. 1 3′ 8″.	cs. 19, 99992675.	Rad. add.
Latitudo Lunæ	38 51.	cs. 9, 99997226.	
Scrupula Incidentiæ	49 46.	cs. 9, 99995449.	

Alitèr per *Probl. 7. Triang. Plan. Rectang.*

A H 3788″. Summa Semidiametrorum Lunæ & Umbræ terrenæ.
A Z 2331. Latitudo Lunæ.

Summa 6119.	3, 78668.	
Differ. 1457.	3. 16346.	
Aggr.	6, 95014.	


H Z 2986″. .... 3, 47507. Scrupula Incidentiæ. 49′ 46″.

Motus horarius Lunæ à Sole verus est 34′ 49″, per quem si Scrupula Incidentiæ dividantur, emergit tempus Incidentiæ Hor. 1 25′ 45″, & tota duratio Hor. 2 51′ 30″.

Eclipsis ☽ anni 1664. totalis.

Exemplum 2. Anno Christi 1664. die 27 *Julii*, Hor, 11 34′ 28″, contigit Eclipsis Lunæ totalis cum morâ, aut mansione in Umbrâ, dum tenet gr. 14 54′ 33″ ♒, sita ex adverso Solis, ubi Semidiameter ejus apparent A Z erat 15′ 25″, Semidiameter Umbræ A X 42′ 6″, Aggregatum ex utroq; A E = A B 57′ 31″, Latitudo Lunæ vera A Z 15′ 25″, quæ ablata ex

Aggregato



aggregato Semidiametrorum relinquit partem deficientem 42′ 6″. Cum igitur hæc superet Diametrum Lunæ 30′ 50″, non modò est totalis Eclipsis, sed etiam cum morâ in tenebris, & major foret duodecim Digitis, quare primùm Diametro Lunæ 30′ 50″, detractâ, è Semidiametro Umbræ 42′ 6″, relinquitur adhuc 11′ 16″, quæ divisa per integram Lunæ diametrum, efficiunt gr. 21 55′ 27″, quod productum per 12. digitos multiplicatum, ostendit Digitos 4 23′ 5″; qui prioribus 12. additi, magnitudinem hujus Deliquii Lunæ Dig. 16 23′ 5″, ostendunt.

Quando Eclipsis est totalis cum morâ in tenebris.

In eodem Diagrammate sit A centrum umbræ, G A L Ecliptica, A C E Circulus Latitudinis, B Z N via Lunæ, C locus Lunæ in verâ Oppositione, & Z ejus locus in maximâ obscuratione, *A B Summa Semidiametrorum, B Z Scrupula Incidentiæ & Moræ dimidiæ simul, B K Incidentiæ, K Z Moræ dimidiæ, quæ omnia hoc pacto inveniuntur.

1. Pro Scrupulis Incidentiæ & Moræ dimidiæ inveniendis B Z.

A B 3451″.	Summa Semidiametr.	
A Z 925.	Latitudo Lunæ.	
Summa 4376.		3, 64108.
Differ. 2526.		2, 40243.
	Aggregat.	7, 04351.
BZ 3325. vel 55′ 25″	Semiag.	3, 52175.

2. Pro Scrupulis Moræ dimidiæ K Z investigandis.

A K 1601″.	Differentiâ Semid.	
A Z 925.	Latitudo Lunæ.	
Summa 2526.		3, 40243.
Differ. 676.		2, 82994.
	Aggregat.	6, 23237.
ZK 1307″, vel 21′ 47″	Sem.	3, 11618.

Scrupula Incidentiæ, seu ἐμπτώσεως, sunt, quæ ☽ à ☉ peragrat ab initio defectûs ad medium.

*Ἐξάκεσι ἡμίσεος τῆς μονῆς.

Ergò dabuntur Scrupula Incidentiæ & Moræ dimidiæ simul 55′ 25″, quæ divisa per motum horarium Lunæ à Sole 27′ 27″, dant tempus Incidentiæ, seu dimidiam durationem Defectûs, Hor. 2 1′ 7″. Scrupula Moræ dimidiæ sunt 21′ 47″, quæ itidem divisa per motum Lunæ à Sole horarium, efficiunt tempus Moræ dimidiæ in umbrâ Terræ, Hor. 0. 47′ 37″.

Scrupula moræ dimidiæ sunt ea, quæ à Sole percurrit Luna ab initio totius immersionis ad medium tempus Eclipsis.

CAP. XXX.

De Intervallo temporis à verâ Oppositione, vel Conjunctione cum Sole, ad Maximam Obscurationem.

Contingit medium Eclipsis quando Centrum Lunæ est vel junctum centro umbræ, vel incidit in perpendicularem illam ex centro umbræ, vel Solis, in viam Lunæ ductam. Ut in primâ figurâ Eclipseos Lunæ, quando centrum Lunæ I in A Z incidit,

Intervallum veræ ☌ vel ☍ à maximâ obscuratione.

Maxima Obscuratio (seu Medium Eclipseos) fit eo momento, quo ex umbræ centro duci potest Perpendicularis ad viam Lunæ; hæc est enim brevissima linea, quâ Lunæ centrum maximè accedit ad centrum Umbræ, nisi Plenilunium fiat in Nodis.

In primo Exemplo Eclipsis Lunæ Anni 1659. *Aprilis* 26. quoniam inventa est Latitudo Lunæ 38′ 51″, & distantia loci veræ Oppositionis à Nodo Boreo gr. 7 26′ 55″, erit igitur Angulus A I H gr. 85 3′ 35″.

Distantia Lunæ à Nodo gr.	7 26′ 55″.	t.	19, 11641.	Rad. add.
Latitudo Lunæ vera	38 51.	s.	8, 05311.	Subtr.
Angulus A I H	85 3 35.	t.	11, 06330.	

Tùm in Triangulo Rectangulo A Z I, ex datis A I 38′ 51″, & A I Z gr. 85 3′ 35″, dabitur (*Per Cap.* 2. *Probl.* 2. *Trigonometriæ nostræ*) Z I 5′ 21″ pro distantiâ maximi Defectûs à verâ Oppositione, quæ divisa per Horarium Motum, ostendit Intervallum temporis 5′ 47″, quod est addendum tempori veræ Oppositionis, quoniam Latitudo Lunæ est Merid. Descend. Contingit ergò in nostrâ Eclipsi, Medium Eclipsis, ceu Maxima Obscuratio, Hor. 7 58′ 17″, Ergò

	Hor. ′ ″.
Initium Eclipsis	6 32 32.
Medium	7 58 17.
Finis	9 24. 2.

In alterâ Eclipsi Anno 1664. die 27 *Julii*, Intervallum inter veram Oppositionem & Maximam Obscurationem erit ex Doctrinâ præcedente 2′ 54″. subtrahendum, quocirca medium Eclipsis contigit *Londini* Hor. 11 23′ 14″.

Ergò ita habuerunt hujus Eclipsios phases.

	Hor. ′ ″.
Initium Londini	9 22 7.
Initium totalis Obscurationis	10 35 37.
Medium	11 23 14.
Recuperatio Luminis	12 10 51.
Finis	13 24 21.

Typus prioris Eclipseos Lunæ ad Diem 26 Aprilis, Anno 1659. Hor. 7. 58′ 17″.

Typus posterioris Eclipseos Lunæ ad Diem 27 Julii, Anno 1664. Hor. 11 23′ 14″.

Septentrio.



Meridies.

Septentrio.



Meridies.

CAP.

CAP. XXXI.

De Magnitudine & Proportione quinq; Planetarum, Saturni, Jovis, Martis, Veneris, & Mercurii.

QUanquam *veteres Astronomi* ex falsis suppositionibus, magnitudines & distantias, non solùm Stellarum errantium, sed inerrantium ediderunt, attamen ex neotericorum observationibus, mediante *Telescopio*, multò minores ac veriores deprehenduntur, quàm vulgò habeantur; itaq; inter Astronomos recentiores, *Martinus Hortensius* ex Observatione *Mercurii* in *Sole* à *Gassendo* factâ, & quibusdam aliis admonitus, statuit apparentes Stellarum Errantium diametros in mediâ distantiâ esse, *Saturni* 37″, *Jovis* 50″, *Martis* 36″, *Veneris* 53″, *Mercurii* 19″. At nos non solùm ex istâ animadversione, sed & aliis observationibus cæterorum Planetarum nuper factis, apparentes & veras singularum Stellarum errantium Semidiametros & magnitudines, ita determinabimus. — *Diametri Planetarum apparentes.*



Ex omnium Seculorum Observationibus deprehensus à nobis est Radius Orbis *Saturni* esse ad Radium magni Orbis Terræ, ut 952500. ad 100000.

Sit itaq; in Schemate apposito, D Terra, H centrum corporis Planetæ, DH distantia Planetæ à Terra, HR vel HS Semidiameter Planetæ vera, & deniq; SDH Angulus apparentis Semidiametri Planetæ ut apparet in Terrâ. Ergò in Triangulo Rectangulo DHR, datur latus DH (in Saturno) 952500. cum angulo HDR 0′ 15″, itaq; per Trigonometriam nostram, dabitur HR Semidiameter Saturni vera 69 29. — *Vera Semidiameter Planetæ, quid, & quomodò inveniatur.* — *Probl. 1. Triang. Plan. Rectang.*

At quoniam *Globi* seu *Sphæra* ad invicem in triplici sunt ratione propriorum Dimetientium, per ultimam XII. Euclidis, vel Semidiametrorum per 19. quinti; nam ut totum ad totum, ita ablatum se habuerit ad ablatum; itaq; ut Cubus ex Semidiametro Terræ ad Cubum è Semidiametro Stellæ errantis, ita Globus Terræ ad Globum Stellæ.

Exempli gratiâ. Cubus ex Semidiametro Saturni est 332668. & Cubus ex Semidiametro Terræ 321419. Est autem hic in illo 1 $\frac{11}{321}$. Saturnus igitur major est Terrâ.

Operatio per Logarithmos. — *Facilior est operatio per Logarithmos juxta Cap. 24. hujus Libri.*

Semidiameter ♄ vera	69 29.	1. 84067056.
Semidiameter Terræ	68 50.	1. 83569057.
	Different.	0. 00497999.
♄ major terrâ 1 $\frac{11}{321}$.	Tripl.	0. 01493997.

Eodem prorsus modo, inveniuntur veræ aliorum Planetarum Semidiametri, quas brevitatis causâ, in hanc Tabellam exhibebimus.

Semid.

Proportio Planetarum ad Terram.

	Semid: appar. in mediâ dist. ′	″	Semid. veræ Part.		Proportio Planetarum ad Terram.		
♄	0	15	69	29	1	03.	Major Telluris corpore.
♃	0	20	50	55	24	88.	Minores Terrâ.
♂	0	8	5	90	1565	67.	
♀	0	12	5	82	1630	46.	
☿	0	8	3	88	5502	76.	

Sed hâc de re nimis multa.

Planetarum Diameter apparens quomodo investigetur.

Apparens Diameter alicujus Planetæ citò invenitur ex verâ Semidiametro, & distantiâ datâ: Nam in Triangulo Rectangulo D H R, ex datis, D H distantia Planetæ à Terrâ, & Semidiametro verâ H R, datur Angulus apparentis Semidiametri, H D R.

Supponatur *Mars* in Solis Oppositione habens distantiam à Terrâ 52040. ergò in Orthogonio D H R dantur D H 52040, H R 5. 90. datur itaq; Angulus apparentis Semidiametri Martis R D H 0′ 24″. ac proindè Diametri ejus apparens 0′ 48″. Eadem methodus valet in reliquis.

THEORIARUM PLANETARUM

FINIS.

TABULÆ NOVÆ *ASTRONOMICÆ.*

Liber Quintus.

In quo Cœlestium Motuum *Tabulæ*, cæteris quas Prelum hactenùs exaraverit, longè emendatiores, elimatioresq; continentur.

Ex quibus omnium Stellarum errantium & inerrantium, veri & apparentes motus ad quodvis tempus præteritum aut futurum, mirâ facilitate colligantur, juxta Hypothesin *Copernicanam.*

Observationibus accuratissimis prænobilis Dani *TYCHONIS BRAHÆI* congruentes, Phænomenisq; omnium temporum consentientes.

Secundum Longitudinem inclytissimæ Urbis *LONDINI.*

AUTHORE

VINCENTIO WING Mathematico.

LONDINI,

Typis *J. M.* pro *G. Sawbridge* 1669.

Præcepta Calculi

MOTUUM COELESTIUM EX TABULIS.

Præceptum primum.

De Epochis, Æris, seu Cœlestium Motuum initiis ad aliquot notabilia Tempora; atq; de æquando tempore ob varietatem Meridianorum.

Epocha sive Radix est punctum quoddam temporis, cui *Astronomi* usitatè *medium motum* applicare solent, à quo succedentes Revolutiones Cœlestium motuum computantur. Et quamvis permultæ sunt in usu Epochæ, nihilominus satis judicavi hisce Tabulis præcipuas vobis tradere, ex quibus motus medius citiùs inveniatur pro tempore aliquo, præterito aut futuro, vel secundum computationem Ægyptiacam vel Julianam, ut demonstrabitur in 3. Præcepto; in cujus positione applicui Epocham Julianam diei pridianæ Calendarum *Januarii*, & Meridiano *Londini* adaptavi: Ægyptiaca autem Epocha concinnatur Meridiano diei proximè præcedentis Mensem *Thoth*, accommodata insuper *Horizonti Londinensi*, cujus Longitudo est gr. 24 20′ Latitudo gr. 51 32′.

Epocha quid. Omnis motus metitur à Radice.

Meridianus Londini.

Ut verò eandem Epochen faciliùs alicui Meridiano reducatis & Tabulas quasi universales faciatis, Catalogum urbium vobis dedimus, per quem, & *Altitudo Poli*, & *differentia Meridiani* à *Londino* perquisita est.

Reductio motûs medii in Radice ad aliquem alium terræ Meridianum.

Suppone Radicem mèdii motûs Lunæ à Sole, Sig. 3. gr. 24 31′ 57″, reducendam esse ad Meridianum *Uraniburgi*, quæ in *Catalogo* invenitur jacere 52′ à *Londino* versus Orientem, contrario igitur titulo subtrahe motum 52′ respondentem, viz. 26′ 25″. & reliqua Sig. 3. gr. 24 5′ 32″. est Epocha Christi in Meridiano *Uraniburgi*.

Tabb. fol. 69.

In tempore verò Conjunctionum, Eclipsium, & Aspectuum Planetarum, semper applica tempus inventum in Catalogo tempori concesso *Londini*, sic habebis tempus reductum.

Reductio temporis ob differentiam Meridianorum.

Veluti in Eclipsi Lunari Anno Christi 1659 *Aprilis* die 26 ho. 7 58′ 20″. *Londini*, quam lubentèr reducerem ad meridianum *Uraniburgi*, quærens autem in Catalogo locorum, invenio differentiam Meridianorum 52′. quæ secundum titulum superaddita, faciunt hor. 8. 50′ 20″. pro tempore apparitionis *Uraniburgi*.

Fol. 69.

Postremò. Si propositum sit tempus alicujus loci, reducere ad *Meridianum Londinensem*, applica differentiam cum contrario titulo. Veluti in Exemplo præcedente, ubi à tempore *Uraniburgi*. hor. 8. 50′ 20″. deduco 52′. & de tempore *Londini* restant hor. 7. 58′ 20″.

Præceptum Secundum.

De Conversione temporis in Dierum Sexagenas & Dies, &c.

Quamvis nuspiam naturæ motus medius sive æqualis reperiatur, Astronomi tamèn necessariò eum commenti sunt ad dirigendas exorbitancias illas, & deviationes ab æqualitate, quibus apparentes motus subjecti sunt.

Conversio temporis.

Ut igitùr motus medius citiùs inveniatur pro aliquo temporis momento dati, primùm agendum est de conversione temporis à Radice in Sexagenas & dies, quod ut efficiatur, ostendam secundum Ægyptiacam & Julianam computationem.

Tab. fol. 74.

Primùm igitùr ingredere Tabulam, cui titulus [*Canon convertendi Annos & Menses Ægyptios in Dierum Sexagenas & Dies*] cum annis & Mensibus completis, & ex eâ pete Sexagenas Dierum & Dies, quæ oblato tempori conveniunt. Commuta deindè Horas & Scrupula per Tabulam eorum conversionis, cui titulus est [*Canon convertendi Horas & Scrupula Horæ in Scrupula Diei*] & conversionem fac ut anteà.

1. Exemplum in Annis Ægyptiis.

Exempli gratiâ. Sit tempus datum annus à *Nabonassore* 519. *Dies* 14. *Mensis Tybi, Hor.* 3 24′. & requisitum est idem reducere in Sexagenas, Dies, & Scrupula Dierum. Primùm Annos accipio completos 518. Secundò pro *Tybi* sumo *Chæac* (hoc verò ago quia Annus & Mensis datus non sunt completi sed imperfecti) quo peracto, operatio hæc erit.

Tab. Fol. 74.

	″	′	Dies	′	″
Annis Ægyptiis 500. *debentur Sexagenæ dierum*	50	41	40.		
Annis 18.	1	49	30.		
Mensi Chæac completo		2	0.		
Diebus Tybi 14.			14.		
Horis 3.				7	30.
Scrupulis horæ 24.				1	0.
Collectio omnium	52	33	24	8	30.

Fol. 75.

Si tempus datum sit in annis Julianis, ingredere Canonem convertendi Annos & Menses Julianos in Dierum Sexagenas & Dies, & tum demùm progredere omnimodò sicut anteà.

2. Exemplum in Annis Julianis.

Suppone tempus datum esse diem 16 *Februarii* 1659. meridie. Ad igitùr convertendum idem in Sexagenas & Dies, observa prædictas directiones & hanc sequentem Operationem.

Fol. 75.

	‴	″	′	Dies.
Annis Julianis 1600. *debentur Sextag. Dierum*	2	42	20	0.
Annis 58.		5	53	4.
Mensi Januario completo			0	31.
Diebus 16.				16.
Summa est Sexagenarum dierum pro tempore converso.	2	48	13	51.

Præceptum III.

De Calculo mediorum Motuum Planetarum per Tabulas.

Calculus medii motûs.

Duplex via colligendi medios motus.

Ratio *Alphonsinorum.*

CUm secundum Præceptum præcedens, tempus reduxeris in Sexagenas Dierum & Dies, ingredere *Canonem Sexagenarium* medii motûs Planetæ cujus locum quæris, incipiens cum numero illo directè posito sub titulo Sexagenæ datæ in fronte Canonis : & hic semper memoriâ habendum est, quod si prior numerus excedat senarium, tum rejicies 6. quoties fieri potest, & servabis residuum, ut tot *Signa Physica,* & tunc totum opus pervagatus, adde omnes illos numeros (rectè observato ordine & differentiâ Specierum) & illud aggregatum, medius motus est Planetæ tempori priùs oblato consentiens.

Exemplum.

Sit inquirendus medius motus Solis ad diem 16 *Februarii* 1659. apud Meridiem; hoc tempus secundum Præceptum prius inventum erat in Sexagenis

genis & Diebus 2‴ 48″ 13′ dies 51. Primùm igitùr cum 2‴. ingredior Canonem Sexagenarium medii motûs Solis, ubi adversùs eadem in 4. Columnâ ſub Sexagenis 3æ. invenio Sex. 16. gr. 39 24′ 3″ 22‴ 30^{iv}. à quibus abjicio Sex. 12. (cum ſunt duo completi Circuli) & reſidua 4. colloco ſub titulo Signorum, quibus adjungo gr. 39 24′ 3″ 22‴ 30^{iv}. quemadmodum inventa ſunt illic in Tabulâ. Secundò ingredior iterùm Canonem cum 48″. Ubi in tertiâ Columnâ ſub titulo 2æ invenio Sex. 18. gr. 39 45′ 37″ 21‴ 0^{iv}. à quibus in loco Signorum me rejiciente 6. quoties poſſim (quod eſt hic 3.) relinquuntur Sex. 0. gr. 39 45′ 37″ 21‴ 0^{iv}. Tertiò cum 13′ intro Canonem, & in Secundâ Columnâ 1æ. invenio Sex. 12. gr. 48 48′ 16″ 6‴ 22^{iv}. è quibus ſubduco bis ſex, & relinquuntur Sex. 0. gr. 48 48′ 16″ 6‴ 22^{iv}. Et poſtremò 51. diebus reſpondent Sex. 0. gr. 50 16′ 4″ 44‴ 43^{iv}. quæ omnia collecta in unam ſummulam faciunt Signa Phyſica 6 gr. 58 14′ 1″ 34‴ 35^{iv}. quibus additâ Radice Sex. 4. gr. 37 59′ 51″. & à Summulâ ſubtracto toto Circulo, ſive Sex. Signis, reliqua ſunt Sex. 2. gr. 36 13′ 52″ 34‴ 35^{iv}. Et cùm unum *Signum Phyſicum* eſt gr. 60. ſive duo *communia Signa*, habemus medium ejus motum Sig. 5. gr. 6. 13′ 52″ 34‴ 35^{iv}. Ad hoc autem demonſtrandùm pellucidiùs, accipe Operationem in *Terrâ*, in hâc formulâ.

Fol. 88.

Forma *Alphonſina.*

		Sex.	gr.	′	″	‴	iv:
Sexagenæ Dierum	2‴.	4	39	24	3	22	30.
Sexagenæ Dierum	48.	0	39	45	37	21	0.
Sexagenæ Dierum	13.	0	48	48	16	6	22.
Dies	51.	0	50	16	4	44	43.
Summa.		6	58	14	1	34	35.
Epocha Chriſti add.		1	37	59	51	0	0.
Medius motus Terræ.		2	36	13	52	34	35.

Tab. Fol. 88.

Hinc medius motus Solis ab Æquinoctio vero verno eſt Signis communibus 11. gr. 6 13′ 52″ 34‴ 35^{iv}. id eſt in loco Terræ oppoſito.

Operatio faciliùs perficiatur per *Canonem vulgarem*, ut hic demonſtrabitur.

Supponatur locus medius Solis indagandus ad tempus ſupradictum 1659. diem 16 *Februarii*, qui eſt annus *Mundi* 5608.

Primùm ingredior Canonem mediorum motuum, & Epocham proximè minorem dato annorum numero, nempè 1641. excerpo, cum motibus ei reſpondentibus. Secundò in Canone mediorum motuum in Annis Julianis expanſis, colligo medios motus 18. annis congruentes. Dein in Canone Menſium anni communis, *Februarium* depromo, motuſq; reſpondentes. Poſtremò, ex Canone Dierum, exſcribo dies 16. & motus congruentes, quo peracto, omnes hos numeros ſic diſpono.

Alia ratio & vulgatis.

Fol. 105.

Praxis Calculi.

Tempus *à Chriſto nato.*	Sig.	gr.	′	″.	Tempus *à Mundi exordio.*		Sig.	gr.	′	″.
Epoch. Chr. 1641	3	20	15	51	Epocha Mundi	1	2	8	42	25.
Anni expanſi 18	11	29	38	30	Anni Expanſi	5000	1	7	23	53.
Februarius.	1	0	33	18		600	0	4	29	16.
Dies 16		15	46	13		7	11	29	18	47.
Medius motus ⊕	5	6	13	52	Februarius.		1	0	33	18.
Hinc med. mot. ☉	11	6	13	52	Dies 16			15	46	13.
					Medius motus Terræ.		5	6	13	52. ut priùs.

Fol. 105.

In Anno Christi Bissextili post *Februarium* augeatur unitate Dies, sed non est opus hoc incremento, si tempus adhibeatur in annis à Mundi exordio, aliàs operatio eadem evadet, ut hic vides.

Sit inquirendus locus Solis medius ad *Annum Bissextilem* 1660. diem 20 *Martii*, horam 6. sub Meridiano *Londinensi*. Hic est *Annus Mundi*, 5609.

Praxis Calculi hæc est.

Fol. 105.

Tempus à *Christo nato.*	Sig.	gr.	′	″	Tempus à *Mundi exordio.*	Sig.	gr.	′	″
Epoch. Chr. 1641	3	20	15	51	Epocha Mundi 1	2	8	42	25.
Anni Expansi 19	11	29	24	10	Anni expansi 5000	1	7	23	53.
Martius B	1	29	8	19	Anni expansi 600	0	4	29	16.
Dies 20		19	42	47	Anni expansi 8	0	0	3	35.
Horæ 6			14	47	Martius	1	28	9	11.
Med. mot. Terræ	6	8	45	54	Dies 20		19	42	47.
Med. motus Solis	0	8	45	54	Horæ 6			14	47.
					Medius motus Terræ.	6	8	45	54. ut antea.

Præceptum IV.

De Calculo veri motûs Solis, vel potius Telluris.

Ἐπιλογισμὸς φορᾶς ἡλιακῆς. Fol. 108. & 109.

1. A medio motu Terræ subtrahito Apogæum, & restat Anomalia media Eccentri.

2. Cum Anomaliâ ingredere Tabulam Eccentricæ Æquationis, inveniens Signum in fronte & gradum Sinistrâ cùm Anomalia minor est Sex Signis; sin verò major, quærito Signum in calce & gradum dextrâ, & in angulo communi habebis Æquationem & Logarithmum eidem respondentem. Verùm quia sæpiùs Anomaliæ gradibus adhærent insuper minuta, accipienda est igitùr pars proportionalis. Res autèm clarior exemplis apparebit.

Exemplum 1.

Quæratur verus Solis locus Anno Christi 1659. die 16 *Februarii*, meridie; quo tempore elicietur verus Solis locus, hoc pacto.

Calculus veri sive apparentis motûs ☉.

	Sig.	gr.	′	″
Medius motus Terræ.	5	6	53	52
Aphelium Subtr.	9	6	43	10
Anomalia media	7	29	30	42
Æquatio addenda		1	47	53
Verus locus Terræ à Sole.	5	8	1	45
Hinc verus locus Solis à Terrâ.	11	8	1	45
Logarithmus	499619.			

Æquatio ad Anomal. { gr. 29. 1° 47′ 21″. / gr. 30. 2 48 24.

Differ. Æquationum 0 1 3.

Inventio Partis proportionalis.

Multipl. { 1′ 3″ 8, 243037 / 20 42 9, 708086 } Adde.

Product. 0 32. 17, 952023 Summa.

Æquatio ad grad. 29 1 47′ 21″.

Pars proport. Add. 0 32.

Æquatio correcta 1 47 53.

Pars proportionalis, faciliori negotio inventa sit per opem Canonis ἑξακοντάδων.

Proponatur locus verus Solis explorandus ad Annum 1660. diem 20 *Martii*, Horam 6. *LONDINI*.

Praxis

Praxis Calculi.

	Sig.	gr.	′	″	
Medius Terræ motus à verno Æquinoctio	6	8	45	54	
Aphelium	9	6	44	17	Logar. distantiæ.
Anomalia media	9	2	1	37	⊖ à ⊙ 500044.
Æquatio add.		2	2	39	
Verus Terræ locus	6	10	48	33	Id est in gr. 10
Verus Solis locus	0	10	48	33	48′ 33″ ♈.

Alind Exemplum.

Secundum hæc duo Exempla celeritèr invenias *eccentricum locum Lunæ*, aut alicujus Planetæ, cum ejus *Logarithmo*; calculus enim exigitur eodem pacto.

Præceptum V.

De Æquatione temporis propter inæqualitatem Dierum Naturalium.

Æquatio temporis.

QUid sit *Æquatio Dierum* nil opus est hic differere, cùm hanc in præcedente Libro fusiùs tractaverim, & ejus fundamenta illic enarraverim: secundum quam doctrinam novas Tabulas de temporis æquatione composui, per quas hic ostendam Tempus æquare datum, & secundum *Bullialdum*, & *Tychonem Brahæum*, quod posterius accuratius est, & solùm demonstrabile ex Systemate *Copernici*.

Duplex forma.

Primò, secundum Doctrinam Bullialdi.

Forma Bullialdi. *Tab. fol. 70.*

Supponatur tempus æquale datum esse 10 *Junii* 1656. ad horam 2 30′. P. M. quo tempore verus Solis locus est in 29° 40′ ♊, & ejus Anomalia Sig. 11. gr. 22 44′ 30″, quo præcognito, ingredior priorem partem præcedentis Tabulæ, cum loco Solis vero, & invenio Æquationem o′ 7″. additam esse. Rursùs cum Anomalia ingredior secundam partem ejusdem Tabulæ, ubi invenio Æquationem o′ 31″ subtractam esse à medio tempore; At quia duæ hæ Æquationes contrariæ sunt affectionis, videl. hæc quidèm adaugens, illa autem diminuens tempus medium; propterea differentiam earum o′ 24″, pro Æquatione Dierum naturalium depromo, quæ secundum proprietatem majoris numeri, subtrahenda est, sic tempus apparens erit Hor. 2 29′ 36″. P. M. Ut autem Æquatio Dierum inveniri possit expeditiùs, composui Tabulam pro anno 1656. quæ ingrediendo cum loco Solis vero, dat Æquationem Dierum quæsitam. Veluti in præcedente Exemplo, cum vero loco Solis gr. 29 40′ ♊, intro Tabulam, & invenio Æquationem temporis o′ 24″. subtractum esse, ut antè.

Particularis modus.

Secundo, *Secundum Systema* Copernici, *& Observationis* Tychonis Brahæi.

Forma Tychonica.

Nobilis ille *Tycho Brahe* admirabilibus suis Observationibus ingeniosè invenit veram Dierum Æquationem constare solùm è differentia inter verum Solis locum, & rectam ejus Ascensionem, quod enodatè demonstravimus *in* 3. *Libro ex Systemate Copernici*, & ut idem nostrò usui nunc applicemus, ingredi oportet primam partem præcedentis Tabulæ, cum vero loco Solis, veluti ante dirigitur, & Æquatio illic inventa (quæ in præcedente Exemplo est o′ 7″ addenda) est vera & absoluta Dierum Æquatio, sic tempus apparens erit datum, Hor. 2 30′ 7″.

Præ-

Præceptum VI.

De Calculo veri motûs trium superiorum Planetarum, Saturni, Jovis, & Martis, *in Longitudinem.*

ἐπιλογισμὸς Calculi.

1. COllige primùm, ad tempus datum, verum locum *Solis*, & ejus *Logarithmum*, secundum Præceptum I V.

2. Invenito dein *Medium Motum Planetæ*, *Aphelium*, & *Nodum Boreum*, veluti in 3. Præcepto traditum est.

3. Subtrahe *Aphelium* à Longitudine Planetæ, & residua est Anomalia Eccentri media.

Regulæ ad inveniendum verum motum Planetæ.

4. Cum Anomaliâ ingredere Tabulam *Prosthaphæresis Planetæ in Ellipsi*, veluti ante in Sole demonstratur, & illic deprome Prosthaphæresin, cum Logarithmo, quem seorsim denota, veluti in operatione subsequenti; Prosthaphæresis autem addenda est, vel subtrahenda à medio motu longitudinis, prout tituli in Canone docent; sic erit Summa sive differentia, locus Planetæ Heliocentricus, seu locus ejus à Sole in Orbitâ suâ.

5. Ab *Heliocentrico loco* Planetæ sic invento, aufer *Nodum* ejus *Boreum*, & relinquitur *Argumentum latitudinis*, quo cum ingredere Canonem Latitudinarium, proximè post Tabulam Prosthaphæresis Planetæ in Ellipsi, positum, & eximito *Inclinationem*, *Reductionem*, & *Curtationem*, cum Scrupulis Proport. Reductionem, adjice *loco Planetæ Heliocentrico*, vel ab eodem detrahe, juxta tituli affectionem, & habebis locum Planetæ Heliocentricum ad Eclipticam reductum. *Curtatio* autem semper subtrahenda est à *Logarithmo* Planetæ, & relinquitur *Logarithmus curtatus*.

6. Aufer *locum Planetæ Heliocentricum* à vero loco Solis, & remanebit Anomalia Orbis, quæ reservanda est.

7. Auferatur Logarithmus Planetæ è Logarithmo distantiæ Telluris (Radio priùs, addito Terræ Logarithmo) ut relinquatur *Numerus Logarithmicus*.

Eâdem facilitate resolvi potest per Probl. 2. Triang. Plan. Obliq.

8. Numerus Logarithmicus sic inventus erit Tangens arcûs, cui adde 45. gradus, & tùm Cotangenti Summæ si addatur Tangens Semissis Anomaliæ Orbis, (vel si eadem semissis Anomaliæ Orbis sit major 90. gradibus, accipe Complementum ad gr. 180.) aggregatum erit Tangens cujusdem arcus, qui additus dimidio Anomaliæ Orbis, dat Angulum Elongationis, subductus verò, relinquit Parallaxin Orbis quæsitam.

Ratio facilior per Tabulas.

Aliter: Adi Canonem Parallaxeωs Annui Orbis in Planetâ formatæ, cujus locum quæris, inveniendo Numerum Logarithmicum in fronte Canonis, & Anomaliam Orbis vel dextrâ vel sinistrâ, & in angulo communi invenies Parallaxin huic respondentem, quæ addenda est loco Planetæ Heliocentrico ad Eclipticam reducto, vel subtrahenda ab eodem, ut tituli monent.

Exemplum. Sit inquirendus verus locus *Saturni* Septimo die *Novembris*, Anno Christi, 1665. Meridie, quo tempore verus locus Solis secundum 4. Præceptum, invenitur in gr. 25 37′ 44″ ♏, & Logarithmus, 499409.

Praxis

Praxis Calculi in ♄.

Exemplum in ♄.

	S.	gr.	′	″			
Medius motus Saturni	9	11	51	32		600285.	Logarith ♄.
Aphelium	8	27	36	47		1.	Curt. Sub.
Anomalia Eccentri	0	14	14	45		499409.	Logar. ☉.
Prosthaphæresis sub.		1	31	14		600284.	Logar. ♄ Curt.
Locus Heliocentricus	9	10	20	18	Tang.	899125	5° 35′ 51″. Num. Log.
Nodus Boreus	3	21	18	35			45 Add.
Argumentum Latitudinis	5	19	8	43	Cotang.	991460	50 35 51. Summa.
Reductio Ad.			0	38	Tang.	961421	22 21 36. sem. Co. Ano. Orb.
Locus Heliocent. Reduct.	9	10	20	56	Tang.	952881	18 40 16 Semis. differ.
Locus Solis verus	7	25	37	44			41 1 52. Elong. ♄ à ☉.
Anomalia Orbis	10	15	16	48			3 41 20. Parallaxis
Parallaxis Subtr.		3	41	20			Orbis annui.
Verus locus ♄ Geocentric.	9	6	39	36	Hoc est in gr. 6 39′ 36″ ♑.		

Praxis Calculi in ♃ ad idem supra datum tempus.

Exemplum in ♃.

	S.	gr.	′	″			
Medius motus Jovis	10	29	46	10		570141.	Logar. ♃.
Aphelium	6	9	12	4		7.	Curt. sub.
Anomalia media	4	20	34	6		499409.	Logar. ☉.
Prosthaphæresis Subtr.		3	37	56		570134.	Logar. ♃.
Locus Heliocentricus	10	26	8	14	Tang.	929275	11 6 6. Num. Log.
Nodus Boreus	3	7	10	2			45. Add.
Argumentum Latitud.	7	18	58	12	Cotang.	982732	56 6 6. Summa.
Reductio Subtr.			0	29	Tang.	1000379	45 15 0. Sem. Co. Ano. Orb.
Locus Heliocent. Reduct.	10	26	7	45	Tang.	983111	34 7 48. Semis. differ.
Locus Solis	7	25	37	44			79 22 48. Elongatio.
Anomalia Orbis	8	29	29	59			11 7 12. Paral. Orbis ♃.
Parallaxis Subtr.		11	7	12			
Locus ♃ Geocentric.	10	15	0	33	Id est in gr. 15 0′ 33″ ♒.		

Praxis Calculi in ♂ ad tempus idem supra datum.

Exemplum in ♂.

	S.	gr.	′	″			
Medius motus ♂	4	0	23	2		521720.	Logar. ♂.
Aphelium	5	0	15	46		22.	Curt.
Anomalia Eccentri	11	0	7	16		499409.	Logar. ☉.
Prosthaphæresis ad.		4	48	6		521698.	Logar. ♂ Curt.
Locus Heliocentricus	4	5	11	8	Tang.	977711	30° 54′ 11″. N. L.
Nodus Boreus	1	17	30	38			45. Add.
Anomalia Latitud.	2	17	40	30	Cotang.	939989	75 54 11. Summa.
Reductio Subtr.			0	23	Tang.	1015840	55 13 29. Semis. Ano. Orb.
Locus Heliocent. Reduct.	4	5	10	45	Tang.	955829	19 52 57. Semis. differ.
Locus Solis verus	7	25	37	44			75 6 26. Elongatio.
Anomalia Orbis	3	20	26	59			35 20 32. Parallaxis
Parallaxis Add.	1	5	20	32	Orbis annui in ♂ Add.		
Locus ♂ Geocent.	5	10	31	17	Hoc est in gr. 10 31′ 17″ ♍.		

Methodus facilior eruendi Parallaxin Orbis in quinq; Planetis.

Modus inveniendi Parallaxin Orbis in omnibus quinq; Planetis, per Tabulas.

Parallaxis Orbis annui secùs inveniatur per Tabulas, ut supra docetur, prout videris in Exemplo præcedente *Saturni*, ubi Anomalia Orbis reperitur, Sig. 10 gr 15 16′ 48″. cum quâ, & *Numero Logarithmico*, 899125. Canonem Parallaxeω: Orbis annui in *Saturno* ingredior, & parte proportionali utendo, ut alibi edoctum est, reperlo Parallaxin, gr. 3 41′ 27″, quæ anteacto calculo adamussim congruit.

Præ-

Præceptum VII.

De Calculo veri motus duorum inferiorum Planetarum, Veneris, *&* Mercurii *in Longitudinem.*

De Venere & Mercurio.

PRaxis Calculi persimilis est calculo trium superiorum Planetarum, & differt tantùm in collatione Parallaxeos Orbis. In superioribus enim Planetis Parallaxis Orbis est angulus ad Planetam; hic autem in Inferioribus est angulus apud Terram, qui in priori Semicirculo additus, & in posteriori subductus è loco Solis vero, dat verum locum Planetæ quæsitum, ut visus est à Terra.

Et cum in superioribus Planetis, Anomalia Orbis sit inventa subducendo locum Planetæ Heliocentricum à vero loco Solis; hic invenia est in Inferioribus Planetis, subtrahendo locum Solis à loco Planetæ Heliocentrico. Postremò subtrahe Logarithmum Solis à Logarithmo Planetæ Curtato, (Radio superaddito minori Logarithmo) & emergit Numerus Logarithmicus.

Exemplum. Quæratur verus locus Veneris anno supradicto 1665. die 7 *Nobris,* in meridie.

Praxis Calculi.

Exemplum in ♀.

	S.	gr.	'	"		
Medius motus Veneris	4	21	16	31		
Aphelium	10	0	35	32	485679. Logarith. ♀.	
Anomalia media	6	20	40	59	65. Curtario Subtr.	
Prosthaphæresis Add.			17	52	4855 8. Logar. Curt.	
Locus ♀ Heliocentricus	4	21	34	23	400409. Logar. Solis.	
Nodus Boreus	2	13	58	38	Tang. 986204	36° 2' 58".
Argumentum Latitudinis	2	7	35	45		45. Add.
Reductio Subtr.			2	5	Cotang. 919727	81 2 58.
Locus Heliocent. Reduct.	4	21	32	18	Tang. 1003103	47 2 43 Compl. Ano. Orb.
Verus locus Solis	7	25	37	44	Tang. 922830	9 36 5. Semidifferent.
Anomalia Orbis	8	25	54	34		37 26 38. Elongatio,
Parallaxis Orbis Subtr.	1	7	26	38	seu Parallaxis Orbis Veneris in Terrâ.	
Locus ♀ Geocentricus.	6	18	11	6	Hoc est in gr. 18 11' 6". ♎.	

Praxis Calculi veri loci Stellæ Mercurii *ad tempus supradictum.*

Aliud in ☿.

Per Probl. 2. Triang. Plan. Obliquang.

	S.	gr.	'	"	
Medius motus Mercurii	5	8	56	1	460056. Logar. ☿.
Aphelium	8	11	56	48	140 Curt. sub.
Anomalia media	8	26	59	13	1499409. Logar. major, Rad. add.
Prosthaphæresis Ad.		23	35	26	459916. Logar. ☿ Curt.
Locus Heliocentricus	6	2	31	27	Tang. 1039493. gr. 68 3' 41".
Nodus Boreus	1	14	13	44	Tang. 962914. gr. 23 3 41.
Anomalia Latitudinis	4	18	17	43	Tang. 969676. gr. 26 26 56. Semis. Ano. Orb.
Reductio Add.			12	25	Tang. 932590. gr. 11 57 28.
Locus Heliocent. Reduct.	6	2	43	52	14 29 28. Elongatio
Locus Solis verus	7	25	31	44	☿ à ☉, seu Parallaxis Orbis Mercurii in Terrâ.
Anomalia Orbis	10	7	6	8	
Parallaxis Subtr.		14	29	28	
Locus ☿ Geocentric.	7	11	8	16	Viz. in gr. 11 8' 16" ♏.

Præceptum

Præceptum VIII.

De Calculo Latitudinis quinq; Planetarum, Saturni, Jovis, Martis, Veneris, & Mercurii.

Duplex latitudo.

Prior, respectu Solis, quæ inclinatio dicitur.

Posterior ut apparet è Terrâ, quæ ubiq; Latitudo Planetæ vera à nobis appellatur.

UT in calculo longitudinis horum quinque Planetarum, duplicem habemus longitudinem datam, unam quidem verum locum à Sole, alteram autem locum à Terrâ visum. Sic etiam duplex est latitudo, una quidèm vera Latitudo, seu Inclinatio Orbitæ ab Eclipticâ quoad Solem, qui communis est Focus Orbis: altera ut apparet è Terrâ, quæ præcipuè respicit distantiam Terræ à corpore Planetæ, quemadmodum ex ratione Opticâ evincitur, ut evidentiùs patet ex pellucidis illis Demonstrationibus præcedentis Libri.

Et cum Latitudo Planetarum facilè obtineatur per Canonem Artificialium *Sinuum* & *Tangentium*, idcircò Regulam generalem ad hoc efficiendum, proponam.

Ut Sinus Anguli Elongationis, ad Sinum Anguli Commutationis, seu Anomalia Orbis, ita Cotangens *Inclinationis*, *ad Cotangentem Latitudinis.* Et è converso.

Ut Sinus Anguli Anomaliæ Orbis, ad sinum Anguli Elongationis, ita Tangens Inclinationis, ad Tangentem Latitudinis.

Primus modus inveniendi Latitudinem Planetæ.

Quapropter, Arithmetico Complemento sinûs Elongationis, addatur sinus Anomaliæ Orbis, & Cotangens Inclinationis, & Summa (rejecto Radio) est Cotangens Latitudinis quæsitæ.

In priori Exemplo, Elongatio *Saturni* à *Sole* est gr. 41 1′ 52″. Anomaliæ Orbis Complementum, gr. 44 43′ 12″, & Inclinatio gr. 0. 28′ 20″ Latitudo igitur Saturni est gr. 0. 26′ 26″.

Praxis Calculi.

Exemplum in ♄.

Elongatio ♄ *à* ☉, gr. 41 1′ 52″.	A c.	018279
Complementum Anomalia Orbis, gr. 44 43′ 12″.	s.	984735.
Inclinatio gr. 0 28′ 12″.	ct.	1208396.
Latitudo ♄ *Geocentrica* gr. 0 26′ 26″.	ct.	1211410.

Sit eruenda Latitudo *Jovis* ad tempus supradictum, in quo Anomalia Orbis est gr. 89 29′ 59″. supra Semicirculum, Elongatio gr. 79. 22′ 48″, & Inclinatio gr. 1. 1′ 43″.

Praxis Calculi.

Exemplum in ♃.

Elongatio ♃ *à* ☉, gr. 79. 22′ 48″.	A C	000750.
Angulus Anomalia Orbis, gr. 89. 29′ 59″.	s.	999998.
Inclinatio ab Eclipticâ, gr. 1 1 43.	ct.	1174583.
Latitudo ♃ *Geocentrica* gr. 1 0 40.	ct.	1175331.

Sit Inquirenda Latitudo *Martis* ad idem tempus, in quo Anomalia Orbis est gr. 110. 25′ 58″. Elongatio gr. 75 5′ 37″, & Inclinatio gr. 1 48′ 31″, Ergò latitudo *Martis* erit gr. 1 51′ 54″.

Praxis Calculi.

Exemplum in ♂.

Elongatio ♂ *à* ☉ gr. 75 6′ 26″.	A C	001484.
Angulus Anomalia Orbis gr. 69 33 1.	s.	997173.
Inclinatio gr. 1 48 31.	ct.	1150063.
Latitudo ♂ *Geocentrica.* gr. 1 51 54.	ct.	1148720.

Sit eruenda Latitudo *Veneris* juxta tempus supradictum, in quo Elongatio à Sole est gr. 37 26′ 38″, Anomalia Commutationis est gr. 265 54′ 34″, & Inclinatio, gr. 3 7′ 30″. Latitudo hinc evadet gr. 1 54′ 22″.

Exemplum in ♀.

Praxis Calculi.

Angulus Anomaliæ Orbis	gr. 85 54′ 34″.	s. A C.	000111.
Elongatio ♀ *à* ☉	gr. 37 26 38.	s.	978389.
Inclinatio	gr. 3 7 30.	t.	873716.
Latitudo ♀ *Geocentrica,*	gr. 1 54 22.	t.	852216.

Proponatur Latitudo *Mercurii* exploranda ad idem tempus, in quo datur Anomaliæ Orbis Complementum gr. 52 53′ 52″, Elongatio gr. 14 29′ 28″, & inclinatio, gr. 4 35′ 24″. dabitur itaq; latitudo *Mercurii*, gr. 1 26′ 34″.

Exemplum in ☿.

Praxis Calculi.

Elongatio ☿ *à* ☉	gr. 14 29′ 28″.	s. A C.	060166.
Compl. Anomaliæ Orbis,	gr. 52 53 52.	s.	990176.
Inclinatio S. D.	gr. 4 35 24.	ct.	1109538.
Latitudo ☿ *Geocentrica,*	gr. 1 26 34.	ct.	1159880.

Modus secundus.

METHODUS ALTERA, LATITUDINEM HORUM QUINQUE PLANETARUM ERUENDI.

Primùm, quærito Tangentem maximæ Inclinationis, cui adde Sinum Elongationis, Sinum Anomaliæ latitudinis, & Complementum Arithmeticum Sinûs Anomaliæ Orbis, à quibus subtrahe Radium duplum, & relinquet Tangentem Latitudinis quæsitæ.

Exemplum. Cupio scire Latitudinem *Saturni* veram, Anno Christi supradicto, 1665. die 7 *Novembris*, quo tempore dabitur Elongatio à ☉ gr. 41 1′ 52″, Complementum Anomaliæ Latitudinis gr. 10 51′ 17″. Et Anomalia Orbis annui gr. 269 29′ 59″.

Exemplum.

Praxis Calculi.

Inclinatio maxima ♄	gr. 2 30′ 30″.	t.	8641540.
Elongatio	gr. 41 1 52.	s.	9817214.
Compl. Anomaliæ Latitudinis,	gr. 169 8 43.	s.	9274895.
Compl. Anomaliæ Orbis	gr. 44 43 12.	C A.	0152648.
Latitudo ♄ *Geocentrica*	gr. 0 26 26.	t.	7886297.

Congruit itaq; hic Calculus adamussim cum priori.

Modus alius horum quinque Planetarum Latitudines explorandi, absque Sinuum, Logarithmorumve usu.

Methodus altera per Tabulas nostras, facillima.

QUamvis Latitudo Planetarum adamussim inveniatur per Doctrinam *Sinuum* & *Tangentium* præcedentem, propositum tamen nobis hic est demonstrare quo pacto eadem Latitudo expeditissimè elici potest ad quodvis tempus, ex Tabulis nostris exquisitè confectis; quare ad remipsam properamus.

Utrum Latitudo Planetæ sit Borea, seu Austrina.

Ingredere Canonem Maximæ *Latitudinis Geocentricæ* alicujus Planetæ, inveniendo Anomaliam Orbis in latere dextro aut sinistro, ac *Numerum Logarithmicum* in fronte, & in angulo communi exscribe Latitudinem Planetæ Maximam, de quâ sumenda est Pars Proportionalis Scrupulis proportionalibus congruens, & nascetur Latitudo Planetæ vera, Borea quidem si Anomalia Latitudinis minor sit sex Signis, Austrina verò si totidem major extiterit.

Exemplum 1. *in Stella Martis.*

Exempla duo Tab. fol. Tab. fol.

Sit inquirenda Latitudo *Martis* ad tempus supra datum, in quo Anomalia Latitudinis erat Sig. 2. 17° 40′ 30″. Anomalia Orbis, Sig. 3. gr. 20 26′ 58″, & *Numerus Logarithmicus*, 977781.

Primùm ingredior Canonem Scrupulorum Proportionalium, cum Anomaliâ Latitudinis, & excerpo Scrup. proport. 58′ 38″. Dein cum Anomalia Orbis & Numero Logarithmico, Latitudinem sumo maximam Geocentricam

centricam gr. 1 54', quibus in 58' 38" ductis, prodit Latitudo *Martis* Geocentrica, gr. 1 51' 25", quæ anteacto Calculo per Logarithmos consentit. Tab. fol.

Exemplum aliud in Stellâ Veneris.

In priori Exemplo calculi longitudinis Veneris, erat Anomalia Latitudinis, Sig. 2. gr. 7 35' 45", Anomalia Orbis, Sig. 8. gr. 25 54' 34", & Numerus Logarithmicus 986205.

Cum Anomalia Latitudinis eliciuntur Scrupula Proportionalia 55' 28", Tab. fol. & cum Anomalia Orbis, & Numero Logarithmico, Latitudo maxima gr. 2 3' 31". Hisce itaq; datis, Latitudo sit investiganda. Tab. fol.

Operatio. Per Tab. Sexag.

2°	3'	31".		Latitudo Maxima.
	55	28.		Scrup. Propor.
	57	38	28.	
1	53	13	25.	
1	54	11	3 28.	Latitudo ♀ Geocentrica.

Aliter, per Logarithmos Logisticos.

Latitudo ♀ Maxima	2° 3' 31".	853542.
Scrup. Propor.	55 28.	996588.
Latitudo ♀ Geocentrica.	1 54 11.	850130.

Præceptum IX.

De Lunâ.

De Calculo Longitudinis Lunæ.

PRimùm, *Locus Solis verus* sit inquirendus, juxta Præceptum 4.

2. *Medii motus Lunæ, Apogæi,* & *Nodi* ejus *Borei* colligendi sunt ad tempus datum. Modus supputandi veros Lunæ motus.

3. Auferatur locus Apogæi Lunæ à Longitudine ejus mediâ, ut relinquatur Anomalia media, seu simplex.

4. Cum *Anomaliâ* Lunæ *mediâ* adeunda est *Tabula Prosthaphæresium* Lunæ in Ellipsi, ex quâ excerpenda est *Æquatio absoluta*, ut in cæterorum Planetarum locis computandis innuimus, unàcum *Logarithmo*, quem adserva. Æquatio autem addenda est medio motui, & Anomaliæ mediæ, vel ab eisdem auferenda, juxta titulos.

5. Detrahatur *Locus Solis* verus à *loco Lunæ* sic æquato, & relinquetur distantia Lunæ à Sole, cum quâ adeunda est Tabula Reflectionis & Logarithmorum Chordæ Evectionis, & habebis Logarithmum *Chordæ Evectionis*.

Vel Logarithmo Diametri Circelli Evectionis addatur Sinus Distantiæ Lunæ à Sole, & Summa (rejecto Radio) est Logarithmus Chordæ Evectionis.

6. Si Luna à Conjunctione sive Oppositione Solis ad Quadraturas transierit, Complementum ad Quadraturam ejus distantiæ à Sole addendum est Anomaliæ æquatæ. Sed cum à Quadraturis ad Conjunctionem sive Oppositionem transierit, excessus supra Quadrantem ejus distantiæ à Sole subtrahendus est ab Anomaliâ æquatâ, & summa sive differentia est Anomalia Synodica.

7. A Logarithmo Chordæ Evectionis subtrahe Logarithmum Distantiæ Lunæ ab umbilico, & relinquitur *Numerus Logarithmicus*, cum quo & Anomaliâ Synodicâ ingredi oportet Tabulam Evectionis Lunæ, & *Evectio* excerpenda est, cum suo titulo.

 8. Deniq;

8. Deniq; Si Reflectio & Evectio aut & Additionis aut Subtractionis erunt, summa, aliàs differentia earum, Absoluta secundaria est Æquatio, &c.

Exemplum.

Exempli gratia. *Anno* 1587. *Januarii* die 15. horis 15. 5′ tempore apparente quando Luna esset in Nonagesimo Eclipticæ gradu, visa est *Uraniburgi* in ♌ gr. 25 38′ 30″. Locus Solis verus tunc fuit in gr. 5 46′ 33″ ♒, & Æquatio temporis 9′ 33″ addenda: tempus igitur medium erat horis 15 14′ 33″.

Propter Meridianorum discrimen subtrahenda sunt *Londini* scrupula Horæ 52′ quamobrem tempus medium *Meridiano Londinensi*, est horis 14 22′ 33″.

Praxis Calculi.

Tab. fol.

		Lunæ	Apogæi	Nodi Bor.	
Radix	1581	7ˢ 23° 56′ 17″	4 15 42 57	10 8 23 17	Radix.
Anni expansi	6	2 9 28 49	8 4 6 7	3 26 1 29	
Dies	15	6 17 38 45	1 40 16	47 40	
Horæ	14	7 41 10	3 54	1 51	
Scrup.	22′	12 5	6	3	
	33″	18	0	3 26 51 3	Subtr. à Radice.
Medius motus		4 28 57 24	0 21 33 20	6 11 32 14	☊
Apogæum Sub.		0 21 33 20			
Anomalia media		4 7 24 4			Sig. ° ′ ″
Prosthaphæresis sub.		4 0 39	Anomalia correcta		4 3 48 32
Anomalia æquata		4 3 23 25	Add.		2 10 49 48
Locus ☽ æquatus		4 24 56 45	Anomalia Synodica.		6 14 38 20
Locus Solis		10 5 46 33			
Distantia ☽ à ☉		6 10 10 12	Log. Chordæ Evectionis		175941
Duplicata distantia		1 8 20 24	Log. distantiæ ☽		359632
Reflectio add.		25 7	Numerus Logarithmicus		816309
Anomalia correcta		4 3 48 32			
Æquatio 2 Add.		37 50	Reflectio add.		0° 25′ 7″
Locus Lunæ in Orbitâ		4 25 34 35	Evectio add.		0 12 43
			Æquatio Lunæ secundaria.		0 37 50

Æquationem Lunæ secundariam alitèr invenire.

Alius modus investigandi Æquationem Lunæ secundariam. Per Tab. fol.

Cum Anomaliâ æquatâ (per Prosthaphæresin & Reflectionem) unà cum distantiâ ☽ à ☉ adeunda est Tabula Æquationis ultimæ ☽ compositæ ex Evectione & Reflectione, & Æquatio in angulo communi accipi debet, quæ per partem proportionalem limitanda est. Hâc autem Æquatione additâ vel subtractâ juxta tituli affectionem in fronte ac calce Canonis expressam, à loco Lunæ secundò æquato, relinquitur verus Lunæ locus in propriâ Orbitâ.

In nostrô Exemplo, Anomalia secundò correcta est Sig 4 gr. 3 48′ 32″ & distantia Lunæ à Sole Sig. 6 gr. 19 10′ 12″. Cum istâ Distantiâ & Anomaliâ ingredior Canonem ultimæ Æquationis Lunæ, & quoniam Luna ab Oppositione vadit ad Quadraturam, quæro Anomaliam in primâ Columnâ ad sinistram, & in fronte, distantiam Lunæ à Sole, & in Angulo communi (factâ Analogiâ pro gradibus interceptis) reperio Æquationem gr. 0 37′ 34″ loco Lunæ primò æquato addendam, ita ut Locus Lunæ secundò æquatus fit in gr. 25 34′ 19″ ♌.

Præceptum X.

De Calculo veræ Latitudinis Lunæ.

De Latitudine Lunæ inveniendâ. Tab. fol.

PRimùm. Auferatur locus Nodi Lunæ Borei à vero Lunæ loco, ut habeatur verus motus Latitudinis, seu Distantia Lunæ à Nodo.

2. Cum verâ distantiâ Lunæ à Sole intra Canonem scrupulorum proportionalium,

tionalium, & ibi excerpe ſcrupula proportionalia, unà cum Nodorum Proſthaphæreſi quæ nullius nobis eſt uſûs, ſed Hypotheſibus Tychonianis ſolùm inſerviet, ut infra demonſtrabimus.

3. Cum vero motu Latitudinis antea conſtituto, ex Canone Latitudinis Lunæ, excerpatur Latitudo cum acceſſu, de quo accipe partem proportionalem (ut in Logiſt. Arith. demonſtravimus) eamq; ſemper Lunæ latitudini adde, ut habeatur Latitudo Lunæ vera vel Borea vel Auſtrina, prout tituli in fronte & calce Canonis monent. Tab. ſol.

Exemplum. In priori Paradigmate habuimus motum Lunæ ſecundò æquatum, Sig. 4 gr. 25 34′ 35″, & diſtantiam Lunæ à Sole, Sig. 6 gr. 19 10′ 12″; cum quâ ingredior Canonem ſcrupulorum proportionalium, & excerpo ſcrupula proportionalia 6′ 35″, & Proſthaphæreſin Nodorum gr. 1 7′ 28″ ſubtrahendam, hanc igitur ſubtraho à Nodo Lunæ Boreo, Sig. 6 gr. 11 32′ 14″, & relinquitur Motus Nodi (formâ Tychonianâ) Sig. 6 gr. 10 24′ 46″. His verò ſic acquiſitis, ſubtrahatur primùm Motus medius Nodi Borei, Sig. 6 gr. 11 32′ 14″ à verò motu Lunæ, Sig. 4 gr. 25 34′ 35″, & reliquus (noſtrâ Hypotheſi) eſt verus motus Latitudinis Lunæ, Sig. 10 gr. 14 2′ 21″, cum quo intro Canonem Latitudinis Lunæ, & excerpo ejus Latitudinem gr. 3 35′ 33″, cum exceſſu 12′ 13″, de quo capio partem proportionalem ſcrupulis proportionalibus debitam, tali Analogiâ, ut gr. 1 ad 12′ 13″, ita 6′ 35″ ad 1′ 19″, quæ pars addita, gr. 3 35′ 33″ oſtendit veram Lunæ Latitudinem, gr. 3 36′ 52″ Auſtrinam.

Tycho in ſuis Hypotheſibus conſtituit *motum Nodorum inæqualem*, & poſſe tam contra ſeriem, quam ſecundum ſucceſſionem Signorum proreptari, idcircò hic oſtenderimus, quo pacto, indaganda eſt Latitudo (ſententiâ *Tychonianâ*) ut Lectores aſſequi poſſint, quam opinionem maluerint. *Tychonis* opinio de motu Nodorum inæquali.

Supra habuimus motum Nodi Borei æquatum, Sig. 6 gr. 10 24′ 46″, & locum Lunæ, Sig. 4 gr. 25 34′ 35″, ſubtracto loco Nodi à loco Lunæ, conſurgit Argumentum Latitudinis, Sig. 10 gr. 15 9′ 49″, cujus auxilio (ut priùs docetur) Latitudo *Tychonica* erit gr. 3 32′ 43″ Auſtrina.

Denique, *Reductio Lunæ* ab Orbitâ ad Eclipticam ſic invenienda eſt. Cum Argumento Latitudinis *Lunæ* ingrediatur Canonem Reductionis Lunæ, &c. & juxta titulos Reductio addi vel ſubtrahi debet.

Veluti in noſtro Exemplo, Argumentum Latitudinis eſt, Sig. 10 gr. 15 9′ 49″, cum quo Canonem ingredior, & invenio Reductionem 6′ 59″ addendam; adde igitur eandem ad motum Lunæ in Orbitâ, & conflatur vera Longitudo Lunæ in Eclipticâ, gr. 25 41′ 34″ ♌.

Præceptum XI.

De inveniendò tempore medio Conjunctionis vel Oppoſitionis Luminarium.

HUjus rei inveſtigatio cum ſit perquàm neceſſaria in Calculo Eclipſium, neceſſe eſt illius Demonſtrationem facere; quapropter Meridie Diei proximè præcedente Menſem datum, quærito mediam Longitudinem *Lunæ* à *Sole* per *Canonem Sexagenarium*, vel aliter, quæ ſi fortè ſit Sexagenarium 6 præciſè, tempus medii Novilunii accuratè eſt eo momento. Si verò minor ſit Sexagenis 6, ſubtrahe eandem à Sexagenis 6, & reliquum converte (*per Canonem Sexagenarium medii motûs Lunæ à Sole*) in dies, & diei ſcrupula, quæ reducta in tempus (ut infra demonſtrabimus) dabunt tempus Novilunii medii anno & menſe dato. Ac ſi requirendum ſit Plenilunium invenire; tunc aufer medium motum Lunæ à Sole à Sexagenis 3, & converte reliquum, ut ante. De tempore mediæ Syzygiæ inveniendo.

In

In Exemplo. Cupio scire tempus Novilunii & Plenilunii in mense Aprilis 1659. quem ad finem, accipio annos completos 1658. & mensem Martium. Hoc est *Sexagenæ dierum*, 2‴ 48″ 14′. Dies 34. ex quibus medius motus Lunæ à Sole sic obtineri possit.

	Sex.	gr.	′	″.
Epocha Christi	3	24	32	17.
2‴	5	23	2	13.
48″	3	21	12	53.
14′	2	40	13	41.
Dies 34	0	54	29	8.
Distantia Lunæ à Sole	9	43	30	12.

Modus convertendi distantiam Lunæ à Sole in dies, & diei Scrupula. Tab. fol.

Hoc præcognito, deduco eandem à Sexagenis 6. & reliquum Sex. 2. gr. 16 29′ 48″. converto in Dies & Diei Scrupula, per *Canonem Sexagenarium* Longitudinis Lunæ à Sole, in hunc modum.

	Sex.	gr.	′	″.
Distantia Lunæ à Conjunctione Solis	2	16	29	48.
Dies 11.	2	14	5	54.
Restat		2	23	54.
Scrup. 11.		2	14	6.
Restat			9	48.
Sec. 48″.			9	45.
Restat				3.
Tert. 14.				3.
Restat				0.

Reductio in tempus.

Quæ sic reducuntur in tempus:

	Dies,	Ho.	′	″	‴.	
Dies 11.	11					Per Can. fol. 76.
Scrup. 11.		4	24			
Sec. 48.			19	12		
Tert. 14.				5	36.	
Summa omnium	11	4	43	17	30.	

Quapropter tempus medii Novilunii cadit In Aprili 1659. die 11. horâ 4. 43′ 17″. ad autem inveniendum tempus Plenilunii medii proximè subsequentis, addo Novilunio dato, tempus dimidiæ Syzygiæ, dierum 14 hor. 18. 22′ 2″. & productus dat tempus medii Plenilunii proximè subsequentis, die 25 Aprilis, hor. 23 5′ 19″. & sic procedendum à Plenilunio ad Novilunium, & à Novilunio ad Plenilunium, ad libitum.

Præceptum XII.

Ἀκριβὴς Συζυγία.

Tempus veræ Conjunctionis vel Oppositionis Luminarium invenire.

De tempore veræ Syzygiæ.

TEmpori mediæ Syzygiæ oblato, colligenda est loca Luminarium vera, quæ in unum si fortè consentient, vera Syzygia fit eodem momento, sin verò eorum loca dissentient (quòd sæpiusculè fit) tunc accipienda est eorum differentia, quam dividere oportet per verum horarium Lunæ à Sole motum, & Quotiens intervallum dabit mediæ & veræ Syzygiæ. Adjice hoc mediæ Syzygiæ, si Lunæ locus sit minor Solis loco; aufer verò eundem, si locus Lunæ sit major loco Solis, & habebis tempus medium veræ Syzygiæ quamproximè.

Ad

Ad hoc tempus computa veros Solis & Lunæ motus, qui si præcisè consenserint; erit tempus veræ Syzygiæ adamussim inventum; sin verò restat quantilla quæpiam differentia (quod sæpissimè accidit) divide eandem in motum verum Lunæ à Sole horarium, eo momento, & quotientem, vel adde vel aufer tempori veræ Syzygiæ priùs invento (ut locus Lunæ minor, vel major est loco Solis) & habebis tempus veræ Syzygiæ accuratum.

Exemplum. Ex priori Præcepto, tempus medii Plenilunii accidit in *Aprili*, 1659. die 25. horis à meridie 23 5′ 19″, quo tempore verus locus Solis est in gr. 15 47′ 34″ ♉, & verus locus Lunæ in gr. 10 46′ 18″ ♏, & quia Lunæ locus distat ab opposito Solis gr. 5 1′ 16″, idcircò hanc differentiam divido per verum motum Lunæ à Sole horarium 34′ 34″, & prodeunt horæ 8. 42′ 56″ quas addo tempori medii Plenilunii, horis 23 5′ 19″, quia Lunæ locus, Solis loco est minor, & producuntur dies 26. horæ 7. Scrup. 48 15″, quod est tempus æstimatum veri Plenilunii mense dato. Ad hoc tempus veros motus Solis & Lunæ computo, & invenio locum Solis in gr. 16 8′ 34″ ♉, & locum Lunæ in 16° 10′ 1″ ♏, differentia igitur ab Oppositione Solis est 1′ 27″, & hoc rursùs divido per correctum horarium Lunæ à Sole motum 34′ 50″, & Quotiens est 2′ 31″, quæ auferendæ sunt à tempore priùs invento, quia locus Lunæ sequitur locum Solis, & restat tempus veri Plenilunii, 26 die *Aprilis*, horis à meridie 7. 45′ 44″. quo tempore, Sol est in gr. 16 8′ 29″ ♉, & Luna in gr. 16 8′ 31″. quocirca tempus exaratum veri Plenilunii accidit die 26′ *Aprilis*, hor. 7 45′ 40″. Ad hoc tempus iterùm examino motus Solis & Lunæ veros, ut in sequente Synopsi videre licet.

Operatio.

De emendatione temporis.

Plenilunium Mensis *Aprilis* anni *1659*.

	Sig.	gr.	′	″		Sig.	gr.	′	″
Medius motus Solis	1	14	33	35	Medius motus Lunæ	7	18	57	52
Apogæum Subtr.	3	6	43	20	Apogæum Subtr.	2	22	40	15
Anomalia Media	10	7	50	15	Anomalia media	4	26	17	37
Æquatio Add.		1	34	54	Æquatio Subtr.		2	49	23
Verus locus Solis à Terrâ.	1	16	8	29	Verus locus Lunæ à Terrâ.	7	16	8	29

Hinc lucidissimè apparet loca Solis & Lunæ è diametro esse opposita, quapropter concludo tempus veri Plenilunii exquisitè peractum esse.

	Sig.	gr.	′	″.
Verus motus Lunæ	7	16	8	29.
Nodus Boreus Subtr.	7	23	35	24.
Argumentum latitudinis	11	22	33	5.

Deniquè, Cum Argumento latitudinis Lunæ invenio ejus Reductionem 1′ 48″, loco Lunæ in Orbitâ addendam esse, ut in Ecliptica sit in gr. 16 10′ 17″ ♏, quo cognito, divido Reductionem per motum horarium Lunæ à Sole verum, & Quotiens 3′ 6″ est tempus Reductionis, quod (ut ex loco Lunæ apparet) hic subtrahendum est.

		D.	Ho.	′	″.
Tempus medium veri Plenilunii	*Aprilis*	26	7	45	40.
Tempus Reductionis Subtr.				3	6.
Tempus exaratum veri Plenilunii	*Aprilis*	26	7	42	34.
Æquatio temporis Add.				9	56.
Tempus apparens veri Plenilunii	*Aprilis*	26	7	52	30.

Præ-

Præceptum XIII.

Horarium motum Solis & Lunæ verum, & Parallaxes eorum Horizontales; itemque Semidiametrum Solis, Lunæ, & Umbræ terrenæ reperire.

De Horariis motibus, Parallaxibus, & Semidiametris ☉, ☽, & Umbræ terræ. Tab. fol.

INgredere Canonem Horizontalium Parallaxium, Horariorum motuum, & Semidiametrorum Solis & Lunæ; & cum Anomalia Solis excerpe ejus Semidiametrum, Horizontalem Parallaxin, & Motum horarium: tunc ab aggregato Horizontalis Parallaxeωs Solis & Lunæ, aufer Semidiametrum Solis, & habebis Semidiametrum Umbræ Terræ apparentem.

Exempl. In præcedenti Præcepto, Anomalia Solis inventa est Sig. 10. gr. 7 50′ 15″, & igitur Horarius ejus motus est 2′ 25″. Horizontalis Parallaxis 2′ 20″, & Semidiameter ejus 16′ 9″.

Rursus cum Anomalia Lunæ Sig. 4. gr. 26 17′ 37″, invenio Horizontalem ejus Parallaxin 60′ 19″. Horarium motum 37′ 14″. & Semidiametrum ejus, 16′ 38″.

Modi duo inveniendi apparentem Semidiametrum Umbræ Terræ.

I.		II.	
Parallaxis Solis Horizontalis	2′ 20″	Perficitur etiam facili negotio sic, per Cap. 23. Lib. 4.	
Parallaxis Lunæ Horizont.	60 18		
Aggregatum	62 38	à Parallaxi ☽ horizontali.	60′ 18″
Semidiameter Solis Subtr	16 8	aufero Semiang. Coni	13 48
Semidiameter umbræ terrenæ	46 30	Restat Semid. Umbræ. ut antè.	46 30

Demonstrationem hujus habet Lector Lib. 4. Cap. 22.

Præceptum XIV.

Quæ Plenilunia sint Ecliptica.

Περὶ τῆς Ἐκλείψεως Σεληνιακῆς. *Ptolemæi* κριτήριον. Terminos Eclipsium Lunæ determinare.

HUjus rei sunt duo κριτήρια, unum *Ptolemæi*, alterum *Nicolai Copernici*; *Ptolemæi* κριτήριον hoc est.

Si sub ipsum medium Plenilunium, medius Lunæ locus distet ab alterutro Nodorum minùs gr. 15 12′ secundum vel contra Signorum successionem, Plenilunium illud Eclipsin patiatur.

Exemplum. Tempore Plenilunii prædicti Mense *Aprilis* 1659. die 25 hor. 23 5′ 19″. medius motus Lunæ est Sig. 7. gr. 14 12′ 12″, & motus Nodi ejus borei Sig. 7. gr. 23 36′ 2″, sic inter locum Lunæ & Nodum ejus boreum est tantùm gr. 9 24′ 20″. Undè infero Plenilunium hoc Eclipsin perpessum esse.

Nicolai Copernici *κριτήριον hoc modo se habet.*

Copernici κριτήριον.

Si tempore veri Plenilunii Latitudo ejus minor sit summâ Semidiametrorum Lunæ & Umbræ Terræ, Luna Eclipsin patietur: Sin vero major, Eclipsin non pati potest eo Plenilunio.

Exemplum. In dictâ Eclipsi, latitudo ejus tempore veri Plenilunii est 38′ 51″, & Summa Semidiametrorum 63′ 8″, quia igitur latitudo Lunæ minor est prædictâ Summâ, assero Plenilunium eundem Eclipsin perpessum esse.

Præceptum XV.

Magnitudinem Eclipseωs Lunaris reperire.

QUantitas Deliquii Lunaris ex Scrupulis Diametri Lunæ deficientibus cognoscitur, quos vocant Digitos *Astronomi*, qui in Sole & *Lunâ* statuuntur esse 12. Sciendum tamen est Diametrum Umbræ multò majorem esse *Lunæ* Diametro, ex quibus usitatè computatur triplicem esse Lunæ defectum; Partialem, Totalem sine morâ, & Totalem cum morâ; omnia quæ oriuntur ex latitudine Lunæ ab Eclipticâ. Modus autem inveniendi Eclipseωs magnitudinem hic est. Περὶ τῶν δακτύλων ἐκλειπτικῶν.

Cum inveneris veram *Lunæ* latitudinem, ejus Semidiametrum, & Semidiametrum Umbræ Telluris, ut antè mandavimus, auferre oportet latitudinem Lunæ ex aggregato earundem Semidiametrorum, & relinquitur Pars Deficiens, quâ inventâ, sic nobis ratiocinandum est. Ut Diameter *Lunæ* est in proportione ad 12. Digitos: ita se habet Pars Deficiens, ad Digitos, qui Eclipsin perpessi sunt. Veluti in prædictâ Eclipsi, Mense *Aprilis* 1659. (de qua priùs disseruimus) vera Lunæ latitudo inventa est 38′ 51″, & Semidiameter Lunæ apparens 16′ 38″. Umbræ verò 46′ 30″. ut sit summa utriusq; semidiametri 63′ 8″ ut antè. Auferatur deindè ex illâ Latitudo *Lunæ*, & residua est Pars Deficiens, 24′ 17″.

Per Logarithmos sic est Operatio. Forma duplex.

Digiti 12. seu Scrup. 720.	2857332.
Pars deficiens 24′ 17″. vel 1457″.	3163459.
Summa.	6020791.
Diameter Lunæ 33 16 vel 1996.	3300160.
Digiti Ecliptici 8. 45′ 34″, vel 525 [illegible].	2720631.

Prior.

Alitèr per Logarithmos Logisticos.

A Logarithmo Logistico Scrupulorum deficientium, aufer Logarithmum Logisticum duplicatæ Diametri Lunæ, & relinquitur Logarithmus Logisticus digitorum eclipticorum quæsitus. Alia forma per Logarithmos Logisticos.

Exemplum.

Scrupula deficientis	24′ 17″	960716.
Diameter Lunæ dupla gr.	1 6′ 32″.	1004480.
Digiti Ecliptici, ut antè Dig.	8. 45′ 34″.	956227.

Tab. fol. 1.

Præceptum XVI.

Scrupula & Tempus Incidentiæ in Lunari Eclipsi elicere.

IN 27. Capite 4. Libri demonstravimus hanc Propositionem enodare per Doctrinam Trigonometriæ, quam Institutionem quia curtatior est aliis, hic sequemur. Περὶ χρόνω Ἐξάκοσα Ἐμπτώσεως.

In Exemplo priori, Summa Semidiametrorum *Lunæ & Umbræ Terræ* in secunda reducta, sunt 3788″ & Latitudo *Lunæ* 2331″.

Operatio.

Summa Semidiametr. Lunæ & Umbræ	3788″	Aggreg. 6119 ---	3786680.
Latitudo Lunæ	2331	Differ. 1457 ---	3163459.
		Summa.	6950139.
Scrupula Incidentiæ 49′ 46″. vel.	2986.	Semi-sum.	3475069.

Tempus incidentiæ.

Scrupula incidentiæ & moræ dimidiæ simul.

Posteà hæc Scrupula Incidentiæ 49′ 46″, divido in motum horarium Lunæ à Sole verum 34′ 49″, & acquiro tempus Incidentiæ hor. 1 25′ 45″, quod duplicatum, dat totalem durationem istius Eclipseos ho. 2 51′ 30″. Sin verò Eclipsis totalis fit cum morâ, invenire oportet Scrupula Incidentiæ & moræ dimidiæ simùl, & Scrupula moræ dimidiæ insuper, quod quomodò efficiatur priori Libro videndum est.

Præceptum XVII.

Intervallum veræ ☍ & visæ ☌ ab obscuratione maximâ reperire.

Fol. 130.

Cum visâ latitudine Lunæ à Sole in Eclipsi Solari, sivè verâ latitudine in Lunari Eclipsi, ingredere Canonem cui titulus [*Canon distantiæ Conjunctionis vel Oppositionis ☉ & ☽ à maximâ Obscuratione*] & habebis distantiam quæsitam, quam divide per motum horarium, &c.

Exemplum. Latitudo *Lunæ* in priori Eclipsi est 38′ 51″. Merid. desc. idcircò intervallum veræ Oppositionis & maximæ Obscurationis est 3′ 23″, quod divisum per horarium motum Lunæ à Sole, dat Scrupula 5′ 50″, addenda, tempus igitur medium Eclipseos & maximæ obscurationis fit horis 7. 58′ 20″.

Præceptum XVIII.

Quomodò vera Lunæ Latitudo ad initium & finem Eclipseos inveniatur.

Latitudo Lunæ ad initium & finem Eclipseos.

Ad inveniendam Lunæ latitudinem principio & fine Eclipseos (ut Eclipsi Lunæ aptiùs describatur in Plano) operæpretium erit ostenderimus quomodò invenias latitudinem ejus principio & fine Eclipsis; quare sumito Scrupula Incidentiæ & motum Solis competentem tempori Incidentiæ, cujus summam subtrahe ab Anomaliâ Latitudinis Lunæ ad tempus veri *Plenilunii*, & habebis Anomaliam latitudinis Lunæ, tempore Principii Eclipseos Lunæ; deindè adde illam ad Anomaliam Latitudinis tempore veri Plenilunii, & habebis eandem fine Eclipseos, cujus auxilio invenias veram illius latitudinem, per Præceptum 10.

Exemplum. In Eclipsi præmemoratâ motus Solis tempori Incidentiæ consentiens est 3′ 27″. qui additus Scrupulis Incidentiæ 49′ 46″ facit 53′ 13″. aufer hæc ab Argumento Latitudinis tempore veri Plenilunii, Sig. 11. gr. 22 33′ 5″, & relinquitur Argumentum Latitudinis ejus principio Sig. 11. gr. 21. 39′ 52″. Adde, vice versâ, ea ad eundem, & producet Argumentum ejus Latitudinis fine Sig 11. gr. 23 26′ 18″. Hinc vera illius Latitudo principio est 43′ 25″ & fine 34′ 16″. semper Meridiana descendens. Quod erat à nobis demonstrandum.

Præcep-

Præceptum XIX.

Epilogus Calculi prædictæ Eclipseos Lunaris.

Calculus Eclipsis D.

		Dies	Ho.	′	″
Oppositio media Luminarium	Anni 1659. April.	25	23	5	19.
Intervallum mediæ & veræ ☍.	Add.		8	40	21.
Tempus medium veræ ☍.	April.	26	7	45	40.
Locus Solis verus		♉	16	8	29
Locus Lunæ Eccentricus		♏	16	8	29.
Anomalia latitudinis Lunæ vera à ☊.		11	22	33	5.
Latitudo Lunæ vera	M. D.			38	51.
Reductio	Add.			1	48.
Horarius motus Lunæ à Sole verus				34	49.
Tempus Reductionis	Subtr.			3	6.
Tempus adæquatum veræ Oppositionis	April.	26	7	42	34
Æquatio temporis	Add.			9	56.
Tempus apparens veræ ☍.	April.	26	7	52	30.
Semidiameter Lunæ				16	38.
Semidiameter Umbræ terrenæ				46	30.
Summa Semidiametrorum				63	8.
Pars Deficiens				24	17.
Ergò Digiti Ecliptici	Dig.		8	45	34
Scrupula Incidentiæ				49	46.
Tempus Incidentiæ			1	25	45
Tota duratio			2	51	30
Intervallum veræ ☍ & maximæ obscurationis	Add.			5	50.
Initium Eclipsis in Meridiano Londinensi			6	32	35.
Medium defectûs			7	58	20.
Finis			9	24	5.
Latitudo Lunæ ad Eclipsis Initium	M D.			43	25.
Latitudo Lunæ ad Eclipsis Finem	M D.			34	16.

Præceptum XX.

De Typis Eclipsium Lunarium in Plano describendis.

Delineatio Eclipsis Lunæ in Plano.

AD delineandam Eclipsin Lunarem in plano, hæc debent esse cognita; Semidiameter Lunæ, Semidiameter umbræ terræ, & Latitudo Lunæ vera, tàm ad initium, quàm ad finem Eclipseos. Dein pro Typo præcisè repræsentando formetur linea recta in 70. partes distributa, & ex eâ describatur Eclipsis lunaris hoc pacto.

Exemplum. In Eclipsi prædictâ, Semidiameter Lunæ est 16′ 38″. Semidiameter umbræ 46′ 30″. Summa Semidiametrorum 63′ 8″. Item Latitudo Lunæ ad principium Eclipsis est 43′ 25″. & ad finem 34′ 16″, semper Merid.

 In

Septentrio. C F D X A P B H M I L G E Auster. Oriens. Occidens.

Exemplum.

In Diagrammate hujus Eclipsis, A D est aggregatum Semidiametrorum Lunæ & Umbræ 63′ 8″. intervallo igitur A D, centroque A, describatur Circulus B C D E, cujus Diameter B A D est portio Eclipticæ. Ex eodem centro A, intervallo A X describatur alius circulus F X P quantitate Semidiametri Umbræ 46′ 30″. Dein in lineâ C E ab Eclipticâ B D notetur Latitudo Lunæ in principio Eclipsis A I 43′ 25″. Merid. quæ ex lineâ parallelâ ducatur versus Occasum ad L. Item Latitudo Lunæ in fine notetur in eadem lineâ ab A ad M, quæ ex rectâ quoq; lineâ porrigatur parallelâ versus Ortum ad H, quo peracto, connectantur L & H rectâ lineâ, quæ erit via Lunæ tempore Eclipseos. Postea describantur tres Lunulæ, prima in L, secunda in I, tertia in H. Prima repræsentabit principium Eclipsis, secunda medium Eclipsis, postrema in H finem. Eodem modo & reliquos Eclipsium Typos formare poteris.

Præceptum XXI.

Περὶ Ἐκλείψεων Ἡλιακῶν.

De Solis Eclipsi, & de inveniendo quando foret, quandoque non.

An fiat Eclipsis.

PRiusquam ad Calculum Solaris Eclipseως devenitur, necesse foret an Eclipsis accidet, aut non, demonstrare. Notandum enim est Solem in qualibet Conjunctione Eclipsin non pati, sed cum continget juxta unum Nodorum, ubi Luna parvam, aut nullam Latitudinem in Conjunctione suâ cum Sole habet, quapropter operæpretium fore judicaverim duas Regulas huic proposito institutas inserere, per quas dignoscendum est quando Sol Eclipsin patietur, quandoq; non: quarum prima pluris apud veteres semper fuerit, etiamsi posterior longè est accuratior quamvis difficilior, quas justo ordine hic deposuimus.

Regula prima, seu Ptolomæi *κριτήριον hoc est.*

Regula 1.

Si medius motus latitudinis Lunæ tempore mediæ Synodi distet à Nodo Boreo minus gr. 20 40′, vel ab australi Nodo minus gr. 11 22′ Sol defectionem perpeti possit in illo Coitu.

Exemplum 1.

Exemplum. Tempore mediæ Conjunctionis ☉ & ☽, Novembre 1659. die 3. horis 21 51′ 40″. medius motus latitudinis Lunæ distat à Nodo Boreo gr. 9. 57′ 10″. tantùm, idcircò Eclipsin fieri posse ostendit.

Regula secunda, sive Copernici *κριτήριον.*

Regula 2.

Si *apparens Lunæ latitudo*, sub visam Synodum minor sit summâ duarum Semidiametrorum apparentium Solis & Lunæ, Sol Eclipsin patietur. Sin verò major, nullam illo tempore defectionem sentiet.

Exemplum.

Exemplum. In prædictâ Synodo, apparens Lunæ latitudo tempore visibilis Syzygiæ est scrup. 9 3″. quæ minor est Summâ Semidiametrorum Luminarium, quapropter infero Solem Eclipsin perpessum fuisse. Exemplum 2.

Hæc autem Regula non æquè est usitata atq; prior, quia nunquam operatur donec Calculus penè finitur, ideircò præcedens utere, & certum sit Lunam eclipticis limitibus contineri, ne fortè oleum & operam (quod aiunt) perderis. Monitum.

Præceptum XXII.

Gradum Nonagesimum Eclipticæ invenire.

PRimò, Rectam *Solis* Ascensionem invenito secundum doctrinam Lib. 3. Prob. 2. traditam, cui adde pomeridianum tempus reductum in gradus & minuta Æquatoris, & summa, si non excedit gr. 360. est recta Ascensio *Medii Cœli*, sin verò major, subtrahito ab eâ gr. 360 & reliqua erit Recta Ascensio perquisita, quæ in Tabulâ Rectarum Ascensionum dabit Medium Cœli & Angulum Meridianum. Dein ad inveniendam *Medii Cœli* altitudinem, addere oportet declinationem *Medii Cœli*, in Signis borealibus, ad Altitudinem *Æquatoris* loci, ut altitudo *Medii Cœli* habeatur. Contrario modo, in Signis australibus, fieri debet, ut altitudo ejusdem evadat. De gradu Nonagesimo.

Exemplum,

		gr.	′.
Locus Solis verus	♏	22	9.
Ascensio ejus Recta		229	43.
Tempus in gradus Æquatoris reductum		40	1.
Ergò Ascensio Recta M.C.		269	44.
Medium Cœli in Eclipticâ	♐	29	45.
Angulus Meridianus		89	53.
Declinatio Medii Cœli	Merid.	23	31.
Altitudo Æquatoris Londini		38	28.
Altitudo Medii Cœli quæsita		14	57.

Postremò, Distantia Medii Cœli à gradu Nonagesimo acquiritur, si Cosinui Anguli Meridiani, addatur Cotangens altitudinis M. C. tunc enim emergit Tangens distantiæ Medii Cœli à Nonagesimo Eclipticæ gradu, quæ addenda est Medio Cœli à Capricorno ad Cancrum subtrahenda autem à Cancro ad Capricornum, ut gradus Nonagesimus prosiliat. Regula.

Exemplum.

					gr.	′.
Angulus Meridianus gr. 89 53′.	cosin.	730882.	Medium Cœli	♐	29	45.
Altitudo Medii Cœli gr. 14 57′.	cotang.	1057346.	Arcus Subtr.		0	26.
Distantia M.C. à gradu Nonagesimo gr. 0.26′.	tang.	788228.	Grad. Nonages.	♐	29	19.

Ad cognoscendum autem an Ecliptica hæc Synodus cadit in Orientali aut Occidentali Quadrante Signiferi, videndum est utrum locus Solis major, aut minor sit Nonagesimo gradu: Si enim major sit, Eclipsis in Orientali, sin verò minor, in Occidentali Quadrante accidit. Veluti in præcedente nostro Exemplo, ubi An Synodus Luminarium Ecliptica cadat in Orientali aut Occidentali Quadrante Signiferi.

		gr.	′.
Gradus Nonagesimus est	♐	29	19.
Verus locus Solis	♏	22	9.
Distantia Solis à 90, ad occasum		37	10.

Præ-

Præceptum XXIII.

Altitudinem Solis & Lunæ supra Horizontem reperire.

De Altitudine Solis.

IN *Parte* 3. *Cap.* 1. *Probl.* 10. demonstravimus Altitudinem Solis investigari aliquo tempore dato, secundum quam doctrinam, Altitudo Lunæ & cæterorum Planetarum inveniatur. Hoc autem observandum est, quod si Planeta latitudinem habet ab Eclipticâ, invenienda vobis est ejus Declinatio & recta Ascensio, velut prædocti estis, *Lib.* 3. *Cap.* 2. *Probl.* 1. quod autem faciliùs idem efficiatis per Tabulas posteà insertas, huic proposito supputatas, & tunc operare sicut anteà. Ad hoc demonstrandum, vobis dedero Exempla inveniendæ altitudinis Solis & Lunæ tempore oblato.

Praxis.

Pro Altitudine Solis.			*Pro Altitudine Lunæ.*		
Radius, gr. 90		1000000	*Radius, gr.* 90		1000000
Altit. Poli, gr. 51 32′	ct.	988415	*Altit. Poli, gr.* 51 32′	ct	990008
Distantia ☉ *à Merid. gr.* 40 1′ 0″	cs.	988415	*Distantia* ☽ *à Merid.* 39° 48′ 54″	cs	988543
Arcus 1. *gr.* 31 19′ 8″	t.	978423	*Arcus* 1 *gr.* 31 23′ 38″	t	978551
Gr. 108 22′ 14″ distantia ☉ à Polo Boreo.			Gr. 107 38′ 17″ distantia ☽ à Polo.		
Gr. 31 19 8 Arcus 1 subtr.			Gr. 31 23 38 Arcus 1 subtr.		
Gr. 77 3 6 Arcus 2			Gr. 76 14 39 Arcus 2.		
Arcus 1 *gr.* 31 19′ 8″	cs.	993160	*Arcus* 1 *gr.* 31 23′ 38″	cs	993126
Elevatio Poli, gr. 51 32″	s.	989374	*Elevatio Poli, gr.* 51 32′	s	989375
Arcus 2 *gr.* 77 3′ 6′	cs.	935039	*Arcus* 2 *gr.* 76 14′ 39″	cs	937618
		1924413			1926993
Altitudo Solis, gr. 11 51′ 4″	s.	931253	*Altitudo Lunæ, gr.* 12 35′ 52″	s	933867

Præceptum XXIV.

Angulum Parallacticum investigare.

De Angulo Parallactico.

SUbtrahatur Cotangens Solaris Altitudinis à Tangente ejus distantiæ è Nonagesimo (Radio primùm addito minori Logarithmo) & relinquetur Cosinus Anguli Parallactici, vel Eclipticæ cum circulo verticali.

Exemplum.

Distantia Solis à gradu Nonagesimo, gr. 37 10′	t	987980
Altitudo Solis, gr. 11 51′ 4″	ct	1067811
Angulus Parallacticus, gr. 80 50′ 42″	cs	920169

Præceptum XXV.

Parallaxin Lunæ à Sole in Circulo Altitudinis tempore Eclipseos invenire.

Περὶ τῆς παραλλάξεως Σελήνης. De Parallaxi in Altitudinem. Duo modi seu formæ. Tab. fol. Prior.

UT habeatur Parallaxis Lunæ in circulo verticali quovis tempore, operæpretium est scire Parallaxin Lunæ Horizontalem, & Altitudinem ejus supra Horizontem, ab his enim omnes cæteræ pendent Parallaxes, puta in Altitudinem, Longitudinem, & Latitudinem, ut infra docebitur. Modus autem inveniendi Parallaxes Lunæ Horizontales, hic est.

Primùm cum Anomaliâ Lunæ mediâ ingredi oportet Canonem Parallaxium Lunæ Horizontalium, ut in *Precept.* 13. edoctus es, & habebis Parallaxin

laxin Lunæ Horizontalem. Dein ingredere Canonem Lunæ Parallaxium in circulo Altitudinis cum Parallaxi Lunæ Horizontali in fronte, & ejus Altitudine supra Horizontem in latere sinistro, & invenies in angulo communi Parallaxin Lunæ in Circulo verticali quæsitam. Tab. fol.

Exemplum. Tempore veræ Synodi Solis & Lunæ, anno 1659. die 4. *Novembris*, hor. 2 40′ 4″. Parallaxis Lunæ Horizontalis est 59′ 49″, & Altitudo ejus supra Horizontem, gr. 12 35′ 52″ cum his ingredior Canonem Parallaxium Lunæ in circulo Altitudinis, & accipio in angulo communi Parallaxin Lunæ in circulo verticali 58′ 36″. Eodem modo invenienda sit Parallaxis Solis in qualibet ipsius Altitudine supra Horizontem; ut in hoc Exemplo, ubi ex Altitudine Solis, gr. 11 51′ 4″, & Parallaxi ejus Horizontali 2′ 23″, Parallaxis in Circulo verticali invenitur 2′ 20″. Tab. fol.

Parallaxis Lunæ in Altitudinem.	58′	36″
Parallaxis Solis subtr.	2	20
Parallaxis Lunæ à Sole.	56	16

Methodus altera inveniendi has Solis & Lunæ Parallaxes in Circulo verticali, secundum Doctrinam in 3. Lib. 3. Cap. 7. Probl. traditam. Posterior.

Logarith. Semid. Terræ 183569				Logarith. Semid. Terræ 183569			
Logar. dist. ☉ à Terrâ 499440	gr.	′	″	Log. distantia ☽ à Terrâ 359500	gr.	′	″
Tang. 7684129	0	2	23	Tang. 824069	0	59	50
Adde	45			Adde	45		
Cotang. 999940	45	2	23	Cotang. 998488	45	59	50
Tang. 1009048	50	53	32	Tang. 1009627	51	17	56
Tang. 1008988	50	53	12	Tang. 1008115	50	19	20
Parallaxis ☉		2	20	Parallaxis ☽		58	36

Præceptum XXVI.

Parallaxin Lunæ à Sole in Longitudinem & Latitudinem explorare.

TAngenti Parallaxeos Lunæ à Sole in Altitudinem, addatur Cosinus anguli Parallactici, seu Eclipticæ cum Verticali, & eorum aggregatum (Radio deducto) est Tangens Parallexeos Lunæ à Sole in Longitudinem. De Parallaxi in Longitudinem.

Exemplum.

Parallaxis Lunæ à Sole in Altitudinem 56′ 16″	Tang.	821401
Angulus Parallacticus, gr. 80 50′ 42″	Cosin.	920169
Parallaxis Lunæ à Sole in Longitudinem 8′ 57″	Tang.	741570

Ut Parallaxis Lunæ à Sole in Latitudinem facillimè habeatur, necesse est addere sinum anguli Parallactici sinui Parallaxeos Lunæ à Sole in Altitudinem, & summa (deducto Radio) est sinus Parallaxeos in Latitudinem. De Parallaxi in Latitudinem.

Exemplum.

Parallaxis Lunæ à Sole in Altitudinem 56′ 16″	Sin.	821395
Angulus Parallacticus, gr. 80 50′ 42″	Sin.	999443
Parallaxis Lunæ à Sole in Latitudinem 55′ 33″	Sin.	820838

Præceptum XXVII.

Horarium motum Lunæ à Sole visum in aliquo tempore dato definire.

Hoc Præceptum tribus Regulis gubernatur.

Tres Regulæ.

1. SI Eclipsis Solis accidit in Orientali Quadrante Signiferi, & Parallaxis Longitudinis decrescit, vel ad initium temporis major fuerit quàm ad finem, subtrahito differentiam Parallaxis Longitudinis in unâ horâ, vel in quollibet intervallo temporis à vero horario motu *Lunæ à Sole*, sive à motu oblato, quovis temporis intervallo. Si verò Parallaxis Longitudinis crescit, adde prædictam differentiam.
2. Si *Sol* toto tempore dato versetur in occidentali Quadrante, & Parallaxis Longitudinis decrescit, vel ad temporis initium major fuerit quam ad finem, adde differentiam Parallaxeos longitudinis horario motui Lunæ à Sole vero, &c alioquin subtrahe eandem si Parallaxis longitudinis crescit, seu ad temporis initium fuerit minor quàm ad finem.
3. Si vera Synodus Luminarium accidet in Nonagesimo gradu Eclipticæ, ita ut pars prior Eclipsis sit in orientali,& posterior in occidentali Quadrante, tunc subtrahe differentiam Parallaxeos ab horario motu Lunæ à Sole, & relinquetur motus horarius visus, &c.

Exemplum.

Exemplum. Tempore veræ Synodi Luminarium in *Novemb.* 1659. horis 2 40′ 4″, sit datus per Præceptum 13. motus horarius Lunæ à Sole verus 33′ 54″, & Parallaxis longitudinis eidem tempori 8′ 57″, jam quia Sol toto tempore dato versatur in Quadrante Signiferi occidentali secundum 22. Præceptum, investigo igitur Parallaxin Longitudinis ad semissem horæ post veram Synodum, quæ invenio 12′ 29″. est autem harum Parallaxium differentia 3′ 32″, & quoniam Parallaxis longitudinis in Occidenlali Quadrante crescit, idcircò juxta Regulam 2. aufero eandem differentiam à semi-horario motu Lunæ à Sole vero 16′ 57″, & consurget motus Semi-horarius Lunæ à Sole visus 13′ 25″ post veram Synodum.

Præceptum XXVIII.

Intervallum veræ & visæ Synodi Luminarium indagare.

Distantiæ visæ Copulæ ac veræ.

TEmpori veræ Luminarium Synodi colligenda est Parallaxis Longitudinis Lunæ à Sole, quæ si minor est visibili motu horario, divide eandem in motum Lunæ horarium visum, & exibit intervallum veræ & visæ Synodi, subtrahendum à tempore veræ Synodi in Quadrante orientali, & addendum in occidentali. Si verò Parallaxis longitudinis major est horario motu Lunæ à Sole visibili, tunc exime visum motum horarium parallaxi longitudinis, & reliquam divide in visum horarium Lunæ à Sole motum, & proveniet temporis intervallum supra horam unam inter veram & visam Synodum, addendum tempori veræ Luminarium Synodi, vel auferendum ab eodem, ut accidit in Orientalibus vel in Occidentalibus partibus Eclipticæ, veluti ante prædictum.

Exemplum. Tempore veri Synodi, Parallaxis Lunæ à Sole in longitudinem est 8′ 57″, & Semi-horarius motus Lunæ à Sole visus est 13′ 25″, tum dico per *Logisticam Arithmeticam*, ut 13′ 25″ ad Scrup. temporis 30′ : : ita 8′ 57″. ad intervallum veræ & visæ Synodi, 20′ 1″, quod hic addendum

Tempus

		Ho.	'	".
Tempus veræ Synodi Londini		2	40	4.
Intervallum veræ & visæ ☌	Add.		20	1.
Tempus visæ Synodi Londini		3	0	5.

Si verò scire cupias an hoc tempus rectè sit inventum, aut non, quære Parallaxin longitudinis tempore visæ Synodi, & veram distantiam Solis & Lunæ; si enim hæ duæ æquales forent, tempus visæ Synodi rectè inventum est. Sin alitèr, calculus est corrigendus.

Exemplum. Tempore visæ Synodi invenio Parallaxin longitudinis 15′ 20″, & distantiam Lunæ à Sole 11′ 20″, & quia æquales sunt, infero visam Synodum verè inventam.

Δοκιμασία. Examen temporis visæ synodi, & ejus emendatio si opus fuerit.

Præceptum XXIX.

Latitudinem Lunæ à Sole visam, sub ipsam Synodum reperire.

TEmpore visæ Synodi invento, per verum horarium motum computes oportet verum motum Lunæ respondentem intervallo veræ & visæ Synodi, quem adde aut subtrahe vero loco Lunæ sub veram Synodum, prout apparens Synodus præcedit aut succedit veram, & ex hoc obtineas verum ejus locum tempore visæ Synodi. Eodem modo reduc locum Nodi ejus, tempori visæ Synodi, tunc aufer motum Nodi ejus borei à vero loco *Lunæ*, & reliqua est Anomalia latitudinis *Lunæ* tempore visæ Synodi, ex quâ, per 10. Præceptum, invenias Latitudinem ejus veram. Tum sicut antea edoctum est, eodem momento invenire oportet Parallaxin *Lunæ* à *Sole* (quæ in his Septentrionalibus terrarum locis semper Australis est;) Dein perpendite si ejusdem affectionis fuerint, hoc est, aut ambo Septentrionales, aut Australes: si fortè sint, adde Parallaxin ejus & latitudinem simul; sin verò diversæ, minorem aufer à majori, sic enim aggregatum sive residuum visibilis erit Latitudo *Lunæ* tempore visæ Synodi, vel Boream versus, vel Austrum versus, quod sciendum est ex proprietate majoris numeri; visa enim Latitudo *Lunæ* ejusdem erit denominationis & speciei, cujus major numerus est, &c.

De latitudine ☽ visâ sub ipsam apparentem σύνοδον.

Illustratio.	S.	gr.	'	".
Locus Lunæ tempore veræ Synodi	♏	22	8	47.
Motus Lunæ intervallo veræ & visæ ☌ congruens Add.			12	10.
Locus Lunæ verus ad tempus visæ Synodi	♏	22	20	57.
Nodus ejus boreus	♏	13	26	1.
Anomalia Latitudinis Lunæ sub visam Synodum	0	8	54	56.
Latitudo ejus vera Borea			46	26.
Parallaxis Latitudinis Lunæ à Sole Austrina			55	29.
Latitudo Lunæ à Sole visa Austr.			9	3.

Præceptum XXX.

Digitos Eclipticos in Eclipsi Solis numerare.

AUferatur Latitudo Lunæ visa è Summâ Semidiametrorum Solis & Lunæ, & reliqua erunt Scrupula Diametri Solis deficientia, tùm dico,

Ut Diameter Solis : ad Digitos 12 :: ita Scrupula deficientia : ad Digitos Eclipticos.

Quantus fiat defectus ☉.

Operatio per Logarithmos Logisticos.

Scrupula deficientia 23′ 59″	960176.
Diameter Solis dupla gr. 1 6′ 8″	1004227. Subtr.
Digiti Ecliptici 8. 42′ 13″.	955949.

Eadem operatio agenda est quoque per Tabulam Sexagenarium, sive per Logarithmos, sicut videndum est in *Logisticâ* meâ *Arithmeticâ*.

Præceptum XXXI.

Scrupula & Tempus Incidentiæ & Repletionis, in Solis Eclipsi discernere.

Duratio seu magnitudo temporis.

PRimùm, Reducantur summa Semidiametrorum Luminarium & Latitudo Lunæ in scrupula secunda, tunc summantur Summa & differentia, & earum Logarithmi, nam semissis Summæ Logarithmorum (secundum Trigonometriam nostram) erit Logarithmus Scrupulorum Incidentiæ.

Exemplum.

Exemplum.

Summa Semidiametrorum ☉ & ☽ in Scrup. secundis 1982″.	Sum. 2525″.	340266.
Latitudo Lunæ visa 543.	Differ. 1439 —	315806.
	Summa	656032.
Scrupula Incidentiæ 31′ 46″ in Scrupulis verò secund. 1906″.	½ Summæ	328016.

Tempora ἐμπτώσεως καὶ ἀναπληρώσεως in Eclipsi Solis non sunt æqualia.

Postremò, ad inveniendum tempus Incidentiæ, & Repletionis, quærito horarium motum *Lunæ à Sole* visum, per Præceptum 27. pro unâ horâ ante visam Synodum, & pro unâ horâ post eandem. His inventis, divide primùm Scrupula Incidentiæ per motum Lunæ à Sole visum unâ horâ ante visam Synodum, & habebis tempus Incidentiæ. Deinde partire eadem scrupula per motum Lunæ horarium visum, unâ horâ post visam Synodum, & habebis tempus *Repletionis*.

Veluti in Eclipsi Solis hic tractatâ, motus horarius Lunæ à Sole visus, unâ horâ ante visam Synodum, inventus est 26′ 18″, & unâ horâ post visam Synodum 27′ 43″. His ita cognitis, divido primùm Scrupula Incidentiæ 31′ 46″. per motum horarium Lunæ à Sole visum 26′ 18″, & acquiro tempus Incidentiæ, hor. 1 12′ 28″. Deindè partio eadem Scrupula per motum *Lunæ* horarium visum scrup. 27′ 43″ & invenio tempus Repletionis, seu ἀναπληρώσεως, hor. 1 8′ 46″.

	Ho. ′ ″.
Tempus Incidentiæ	1 12 28.
Tempus Repletionis	1 8 46.
Duratio totalis	2 21 14.

Præceptum XXXII.

Intervallum visæ Synodi & maximæ Obscurationis perscrutare.

Intervallum visæ ☌ & maximæ obscurationis. Tab. fol.

CUm Latitudine Lunæ visâ, ingredere Tabulam distantiæ veræ Oppositionis, aut visæ Conjunctionis à maximâ obscuratione, & distantiam ibi inventam,

inventam, divide per motum horarium Lunæ à Sole visum, & Quotientem, secundum Tabulam, applicato tempori visæ Synodi, & tempus habebis mediæ Eclipseos, seu maximæ obscurationis.

Exempli gratiâ. Latitudo Lunæ visa in nostrâ Eclipsi 9′ 3″. dat intervallum 0′ 47″ addendum, quod divisum per visibilem horarium Lunæ à Sole motum pro horâ post visam Synodum Scr. 27′ 43″. designat temporis intervallum, inter visam Synodum & maximam Obscurationem Scr. 1 42″ addendum esse, ita ut medium Eclipsis est dies. hor. 3. 1′ 47″, unde ablatâ Incidentiâ, colligitur

	Ho.	′	″.
Initium Londini	1	49	19.
Visa ☌	3	0	5.
Maxima obscuratio	3	1	47.
Finis	4	10	33.

Hoc intervallum, ut parvum, ita incertum est.

Præceptum XXXIII.

Latitudinem Lunæ visam principio & fine Solaris Eclipseos invenire.

SI ab Argumento Latitudinis Lunæ sub visam Synodum auferantur Scrupula Incidentiæ, & motus Solis tempori Incidentiæ congruens, prodibit Argumentum Latitudinis Lunæ ad initium Eclipseos, quod patefaciet ipsam veram latitudinem. Verùm si prædicta Incidentiæ Scrupula, unà cum motu Solis tempori Repletionis ei addantur, conflabis verum Argumentum ad finem Eclipseos, & per hoc dabitur ipsa *Lunæ latitudo* vera. Eodem prorsùs modo ad initium & finem Eclipseos, quæratur Parallaxis latitudinis, ut in 26 Præcepto edocti estis, nam ex hisce inveniatur ipsa latitudo Lunæ visa, tum ad initium tum ad finem Solaris Eclipseos.

Modus inveniendi latitudinem Lunæ visam ad principium & finem Eclipsis. Declaratio.

Exemplum. In Eclipsi hic tractata, Argumentum Latitudinis sub *visam Synodum* fit Sig. 0. gr. 8 54′ 55″, ex quo aufero Scrupula Incidentiæ 31′ 46″, & motum Solis tempori Incidentiæ debitum, Scr. 3′ 3″, & remanet Argumentum latitudinis Lunæ ad initium Eclipsis, Sig. 0. gr. 8 20′ 6″, & proinde ipsa Lunæ latitudo 43′ 25″ Borea. Deindè addo eadem Scrupula Incidentiæ, & motum Solis tempori Repletionis competentem 2′ 54″, & consurget Argumentum Latitudinis Lunæ ad finem, Sig. 0. gr. 9. 29′ 35″, ex quo provenit ipsa latitudo Lunæ vera 49′ 25″ Borea. Postremò, Parallaxis Latitudinis Lunæ in principio Deliquii invenitur 55′ 17″. in fine 54′ 28″. Visa igitur Lunæ Latitudo in principio Eclipsis est 11′ 52″ Austrina, & in fine 5′ 3″. etiam Austrina.

Præceptum XXXIV.

Epilogismus Calculi prædictæ Eclipseos Solaris.

		Dies	ho.	′	″.
MEdia Conjunctio Luminarium	Londini 1659. Novemb.	3	21	51	40.
Intervallum mediæ & veræ ☌	Add.		4	34	57.
Tempus medium veræ ☌		4	2	26	37.
Locus luminarium		♏	22	8	47.
Argumentum Latitudinis Lunæ à ☊.		0	8	42	43.
Latitudo Lunæ vera	Sept. Ascend.			45	22.
Reductio				2	6.
Horarius motus Lunæ à Sole verus				33	54.

Calculus Eclipseos Solis.

		Dies	ho.	′	″
Tempus Reductionis ad.				3	43.
Tempus correctum veræ Synodi	Novemb.	4	2	30	20.
Æquatio temporis add.				9	44.
Tempus apparens veræ Synodi	Novemb.	4	2	40	4.
Quo tempore, Altitudo Solis colligitur		gr.	12	51	4.
Et Altitudo Lunæ			12	35	52.
Parallaxis Altitudinis Solis				2	20.
Parallaxis Altitudinis Lunæ				58	36
Parallaxis Altit. Lunæ à Sole in Austrum vergens				56	16.
Angulus Parallacticus			80	50	42.
Parallaxis Longitudinis Lunæ				8	57.

			gr.	′	″
Parallaxis latitudinis Lunæ				55	33.
Ad Semihoram post ☌ veram, Altitudo Solis datur			8	44	4.
Altitudo Lunæ			9	33	35.
Angulus Parallacticus			77	18	8.
Parallaxis Altitudinis Solis				2	21.
Parallaxis Altitudinis Lunæ				59	10.
Parallaxis Lunæ à Sole in Austrum				56	49.
Ergò Parallaxis longitudinis ☽ à ☉				12	29.
Et Parallaxis latitudinis				55	25.
Semihorarius motus Lunæ à Sole visus				13	25.
Intervallum inter veram & visam Synodum add.				20	1.
Ergò tempus apparens visæ Synodi	Novemb.	4	3	0	5.
Quo tempore Solis Altitudo eruitur			9	48	52.
Altitudo Lunæ			10	36	37.
Angulus Parallacticus			78	27	0.
Parallaxis Solis				2	21.
Parallaxis Lunæ				58	59.
Sola Lunæ à Sole				56	38.
Et in Longitudinem tantùm				11	20.
In Latitudinem versus Austrum				55	29.
Latitudo Lunæ vera borea				46	28.
Latitudo igitur Lunæ visa M. D				9	3.
Semidiameter Solis				16	31.
Semidiameter Lunæ				16	30.
Summa Semidiametrorum				33	2.
Scrupula deficientia				23	59.
Proveniunt igitùr Digiti Ecliptici	Dig.		8	42	13.
Scrupula Incidentiæ				31	46.
Hæc per Horarium motum visum divisa, exhibent tempus Incidentiæ	Hor.		1	12	28.
Tempus Repletionis	Hor.		1	8	46.
Tota duratio			2	21	14.
Intervallum visæ ☌ & mediæ Eclipseos Add.				1	42.
Latitudo Lunæ visa ad Eclipsis Initium				11	52.
Latitudo Lunæ visa ad Eclipsis Finem				5	3.
Initium Eclipsis in Merid. Londini.	Hor.		1	49	19.
Medium, seu maxima Obscuratio	Hor.		3	1	47.
Finis	Hor.		4	10	33.

Præ-

Præceptum XXXV.


Eclipsin Solarem in plano delineare.

DElineatio Solaris Eclipsis parùm differt à Lunari illâ, in loco autem Semidiametri Umbræ terrenæ utendum est Semidiametro Solis, & visâ latitudine pro verâ, & sic procedendum sicut in Eclipsium Lunarium doctrinâ.

Delineatio Eclipsis Solis.

Exemplum.

			′	″
Summa Semidiametrorum Solis & Lunæ	AC.		33	2
Semidiameter Solis	AM.		16	32.
Semidiameter Lunæ	ZO.		16	30.
Latitudo Lunæ visa ad principium Eclipsis	AK.	*Austrina*	11	52.
Latitudo Lunæ visa ad finem	AD.	*Austrina*	5	3.



His ita peractis, duco lineas KL & DE sicut edoctus sum in Lunari Eclipsi. Postea extendo lineam ab L ad E, quæ repræsentet viam Lunæ tempore hujus Eclipseos; sic L est locus Lunæ principio, Z locus ejus medio, & E locus ejus fine, sicut hæc figura ad oculum facile repræsentabit.

Præceptum XXXVI.

Methodus altera enucleandi Parallaxes, Supputandiq; Eclipses Solares, ad certum Terræ locum, mirâ facilitate.

PRimùm invenienda est Altitudo Medii Cœli, ut ante edoctum est in Præcepto 12.

Ratio alia computandi Eclipsin Solarem mirâ promptitudine ad aliquem terræ situm.

Exemplum.

Ad tempus apparens veræ ☌ Luminarium Anno 1661. Martii die 19 Hor. 21 41′ 3″.

		gr.	′	″
Verus locus Solis		♈ 10	19	48.
Ascensio Solis recta		9	24.	
Tempus in gradus Æquatoris conversum		325	16.	
Ascensio Recta Medii Cæli		334	40.	
Medium Cæli in Ecliptica		♓ 2	41.	
Angulus Meridianus		68	51.	
Declinatio Medii Cæli	Austrina.	10	33.	
Altitudo Æquatoris Londini		38	28.	
Altitudo Medii Cæli		27	55.	

2. Ad-

Altitudo gradûs Nonagesimi, quomodo investigetur.

2. Addantur Sinus Anguli Meridiani & Cosinus Altitudinis Medii Cœli, & proveniet Cosinus Anguli Orientis, seu altitudinis Nonagesimi gradûs.

Exemplum.

Angulus Meridianus	gr. 68 51′ ″.	s.	9, 96971.
Altitudo Medii Cœli	gr. 27 55	cs.	9, 94627.
Altitudo Nonagesimi	gr. 34 30 10.	cs.	9, 91598.

Nonagesimi locus quâ me thodo investigetur.

3. Addantur Cosinus anguli Meridiani & Cotangens altitudinis Medii Cœli, & habebis Tangentem distantiæ Medii Cœli à Nonagesimo gradu Eclipticæ supra Horizontem, quæ si addatur Medio Cœli à *Capricorno* ad *Cancrum*, vel auferatur à *Cancro* ad *Capricornum*, exsurgit gradus Eclipticæ Nonagesimus.

Exemplum.

Angulus Meridianus	gr. 68 51′ ″.	cs.	9, 55728.
Altitudo Medii Cœli	gr. 27 55	ct.	10, 27585.
Distantia M. C. à Nonagesimo	gr. 34 15 14.	t.	9, 83313.

S. gr. ′ ″.	
11. 2 41 0.	Medium Cœli in Ecliptica.
1 4 15 14.	Distantia Nonagesimi à Medio Cœli add. juxta Reg. 3.
0 6 56 14.	Gradus Nonagesimus.
0 10 13 48	Verus locus Solis.
0 3 17 34.	Distantia Solis à Nonagesimo ad Ortum.

Modus investigandi Parallaxin Lunæ à Sole in longitudinem.

4 His datis, addantur in unam summam tres Logarithmi, 1. *Logarithmus Logisticus* Horizontalis Parallaxeos Lunæ à Sole. 2. Sinus altitudinis Nonagesimi. 3. Sinus distantiæ Solis à gradu Nonagesimo, & aggregatum, post subductionem Radii dupli, est Logarithmus Logisticus Parallaxeos longitudinis Lunæ à Sole.

Exemplum.

Parallaxis Horizontalis ☽ à ☉	58′ 6″.	L L.	9, 98602.
Altitudo Nonagesimi	gr. 34 30 10.	S.	9, 75316.
Distantia Solis à Nonagesimo	gr. 3 17 34.	S.	8, 75919.
Parallaxis Longitudinis ☽ à ☉	1 53.	L L.	8, 49837.

Notandum obiter quotiescunq; locus Lunæ sit minor Nonagesimo, apparet Lunæ locus minor, quàm reverâ sit. Si autem idem locus eodem gradu Nonagesimo major fuerit, tum Lunæ locus apparens major est vero, ex quantitate Parallaxeos Longitudinis.

Modus inveniendi Parallaxin ☽ à ☉ in latitudinem.

5 Addantur *Logarithmus Logisticus* Horizontalis Parallaxeos Lunæ à Sole, & Cosinus altitudo Nonagesimi, & Summa erit *Logarithmus Logisticus* Parallaxis Latitudinis Lunæ à Sole.

Exemplum.

Horizontalis Parallaxis ☽ à ☉	58′ 6″.	L L	9, 98602.
Altitudo Nonagesimi	gr. 34 30 10.	cs.	9, 91598.
Parallaxis latitudinis ☽ à ☉	47 53.	L L	9, 90200.

Ad Quadrantem Horæ antecedentem, videl.		Hor. 21 26′ 3″
Ascensio Recta Medii Cœli erat		330 54
Medium Cœli in Ecliptica		28 45 ♒
Angulus Meridianus		69 34.
Altitudo M. C. *Londini.*		26 31.
Ergò datur,		
Gradus Eclipticæ Nonagesimus		♈ 3 43 52.
Altitudo Nonagesimi		33 8 6.
Distantia Solis à Nonagesimo		6 29 19.
Hinc emergit Parallaxis Longitudinis Lunæ à Sole		3 35.
Horarius motus Lunæ à Sole verus		35 3.
Ergò motus Lunæ à Sole in Scrup. 15′. Horæ		8 46.
Differentia Parallaxeos	Subtr.	1 42.
Motus Lunæ à Sole visus in 15′ Horæ.		7 4.
Per quem divisâ Parallaxi ad tempus veræ ☌ datur intervallum veræ & visæ ☌ subtrahendum.		Hor. 0 4 0.
Cadit ergò visa Synodus in diem 19 *Martii* ante merid.		Hor. 21 37 3.
Quo tempore erit Ascensio Recta Medii Cœli		333 40.
Medium Cœli in Ecliptica		1 38 ♓.
Angulus Meridianus		69 2.
Altitudo M. C. *Londini*		27 32.
Ergò reperitur,		
In gradu Nonagesimo		♈ 6 5 56.
Altitudo Nonagesimi		34 6 8.
Distantia Solis à Nonagesimo ad Ortum		4 7 42.
Parallaxis Longitudinis Lunæ à Sole		2 31.
Parallaxis Latitudinis in Austrum.		48 6.
Latitudo Lunæ vera	Sept. Desc.	34 49.
Quâ ablatâ ex Parallaxi latitudinis, erit latitudo visa, Mer.		13 17.
Semidiameter Solis		16 19.
Semidiameter Lunæ		16 40.
Summa Semidiametrorum		32 59.
Demptâ latitudine visâ, erit Pars deficiens		19 42.

Pro Digitis Eclipticis.

		Log. Logist.
Pars deficiens	19′ 42″.	951631.
Diameter Solis dupla	gr. 1 5 16.	1003654. Subtr.
Digiti Eclipsici	7 14 38.	947977.

Pro Scrupulis Incidentiæ inveniendis.

Ut Cosinus visæ latitudinis Lunæ, ad Radium; ita Cosinus Summæ Semidiametrorum Solis & Lunæ, ad Cosinum Scrupulorum Incidentiæ.

Vel perfici potest ad modum 31. Præcepti.

Aliter.

A *Logarithmo Logistico* latitudinis ☽ à ☉ visæ auferatur Logarithmus Logisticus aggregati Semidiametrorum Solis & Lunæ, & relinquitur Sinus cujusdam arci, cujus Cosinus si addatur *Logarithmo Logistico* Semidiametrorum Solis & Lunæ, Summa erit *Logarithmus Logisticus* Scrupulorum Incidentiæ.

Exem-

Exemplum.

Latitudo Lunæ à Sole visa	13′ 17″	L L.	9, 34515.
Summa Semidiametrorum ☉ & ☽	32 59.	L L.	9, 74014.
		S.	9, 60501.
		cs.	9, 96157.
Summa Semidiametrorum	32′ 59″.	L L.	9, 74014.
Scrupula Incidentiæ	30 11.	L L.	9, 70171.

Inquirantur Parallaxes ad horam 1. antecedentem ☌ *visam, videl.*	Ho. 20 37′ 3″.
Quo tempore dabitur Ascensio Recta Medii Cœli	318 37.
Medium Cœli in Ecliptica	16 8. ♒
Angulus Meridianus	72 34.
Altitudo Medii Cœli	22 25.
Est ergò in gradu Eclipticæ Nonagesimo	♓ 22 7 21.
Altitudo Nonagesimi, seu angulus Eclipticæ & Horizontis	28 7 10.
Distantia Solis à Nonagesimo	18 3 49.
Parallaxis Longitudinis	8 29:
Parallaxis Latitudinis	51 14.
Differentia Parallaxeos longitudinis horâ datâ	6 8.
Quæ ablata à Motu horario ☽ à ☉ vero, relinquit visum.	28 55.
Ad hor. 1. seq. ☌ *visam inquirantur Parallaxes, videl. ad Hor.*	22 37 3.
Quo tempore erit Ascensio Recta Medii Cœli	348 42.
Medium Cœli	17 42. ♓
Angulus Meridianus	68 56.
Altitudo Medii Cœli	33 35.
Est ergò in Nonagesimo	♈ 18 14 38.
Altitudo Nonagesimi	39 57 40.
Distantia Solis à Nonagesimo ad Occasum	7 58 32.
Parallaxis longitudinis	5 11.
Differentia Parallaxeos Longitudinis Horâ datâ	7 32.
Quæ ablata à motu horario ☽ à ☉ vero, exhibet visum	27 31.
Parallaxis Latitudinis	44 32.
Scrupula Incidentiæ præinventa	30 11:
Quæ divisa per horar. 28′ 55″, dant tempus Incidentiæ, Ho.	1 2 37.
Divisa etiam per hor. 27′ 31″, exhibent tempus Repletionis Ho.	1 5 50.
Et totam durationem	Hor. 2 8′ 27″.
Latitudo visa 13′ 17″. Merid. Ascend. dat intervallum 1′ 8″, quod divisum per horarium visum ante ☌ visum exhibet temporis intervallum	Ho. 0 2′ 21″.
Accidit ergò Medium Eclipsis, seu maxima Obscuratio, Ho.	9 34 42.

Unde colligitur,

	Ho. ′ ″.	
Initium Eclipsis Londini	8 32 5.	Ante Meridiem.
Medium	9 34 42.	
Visa Luminarium ☌	9 37 3.	
Finis	10 40 32.	

Typus

Typus Eclipsis Solaris.

Septentrio.



Meridies.

Ex prædictis patet, quòd quando est Eclipsis Lunæ, est Obscuratio luminis Lunaris in omnibus Terræ locis, sed quando est Eclipsis Solis, nequaquam: Nam in uno Climate est Obscuratio Solis, & in alio non, quod contingit propter diversitatem Lunæ Parallaxeos in diversis Climatibus. Unde Virgilius,

Defectus Lunæ varios, Solisq; labores.

Præceptum XXXVII.

De Calculo appulsuum Lunæ ad Planetas, seu ad Stellas fixas.

Appulsus Lunæ ad Planetas, seu ad Stellas fixas vix differt à Computo Eclipsis Solaris, nisi quòd Calculus sit Calculo illarum expeditior; perinsignis autem est horum usus, præcipuè in perquirendis veris Lunæ locis, tùm in Longitudine tum in Latitudine. Modus verò Calculi in antecedentibus Præceptis satis demonstratus est, sufficiet itaq; hoc unum Exemplum subjungere.

De Appulsu Lunæ ad Stellas errantes & inerrantes.

Anno Christi 1625. die 30 *Januarii*, horâ 6 47′. vespertinâ, (vel Hora dimidia citius juxta *Keplerum* in *Tab. Rudolph.* fol. 94.) *Erbachii*, *Ulmæ*, *Tubingæ*, & passim in *Sueviâ*, conspecta est *Venus*, quasi in complexu esse Lunæ corniculatæ, seu ut alii, quasi hærere in Austrino Lunæ cornu. Idem quoq; φαινόμενον animadversum est *Lugduni Batavorum* à D. *Martino Hortensio*.

Tempus medium erat *Erbachii*, Hor. 6 27′, *Londini* verò Hor. 5 47′, quo tempore verus locus Solis erat in gr. 21, 24′ 28″ ♒, & Log. 499445.

Motus

Motus Lunæ & Veneris, ex antecedentibus Præceptis ita colliguntur.

Luna.	S.	gr.	′	″.	*Veneris.*	S.	gr.	′	″.
Medius motus Lunæ	11	20	14	30	Medius motus Veneris	1	13	46	8
Apogæum	4	9	34	31	Aphelium	9	29	35	35
Anomalia media	7	10	39	59	Anomalia media	3	14	10	33
Prosthaphæresis Ad.		3	18	25	Prosthaphæresis Sub.			48	53
Anomalia æquata	7	7	21	34	Locus Heliocentricus	1	12	57	15
Locus Lunæ æquatus	11	23	32	55	Nodus Boreus	2	13	33	34
Locus Solis verus	10	21	24	28	Argumentum Latitud.	10	29	23	41
Distantia ☽ à ☉	1	2	8	27	Reductio Add.			2	37
Duplicata distantia	2	4	16	54	Locus Heliocent. Reduct.	1	12	59	52
Reflectio Add.			36	29	Locus verus Solis	10	21	24	28
Anomalia exarata	7	7	58	3	Anomalia Orbis	2	21	35	24
Æquatio 2ª. Add.		1	57	28	Parallaxis Orbis Add.	1	3	11	34
Locus ☽ in Orbitâ	11	25	30	23	Locus ♀ Geocentricus	11	24	36	2
Nodus Boreus	5	24	18	21	Latitudo Maxima		1	52	30
Anomalia latit. ☽	6	1	12	2	Latitudo vera Austr.			57	15
Reductio Sub.			0	18					
Locus Lunæ verus	11	25	30	5					
Latitudo vera M. A.		0	6	50					

Ad tempus apparens Hor. 6 17. Erbachii, datur,

Ascensio Recta Solis	gr. 323 48′.
Ascensio Recta Medii Cœli	58 3.
Medium Cœli in Eclipticâ	0 14 ♊.
Declinatio M. C. Borea	20 16.
Altitudo Æquatoris Erbachii	41 30.
Altitudo M. C.	61 46.

His ita datis, inquirantur Parallaxes Lunæ, juxta modum præcedentis Præcepti.

1. *De investigandâ Nonagesimi altitudine.*

Angulus Meridianus	gr. 77 47′.	S.	9, 99005.	Add.
Altitudo Medii Cœli	gr. 61 46.	ct.	9. 67492	
Altitudo Nonagesimi	gr. 62 27 40″.	ct.	9, 66497.	

Vix differt hic calculus à Calculo Eclipseos Solaris.

2. *De M. C. à Nonagesimo, Distantiâ computandâ.*

Angulus Meridianus	gr. 77 47′.	cs.	9, 32553.
Altitudo M. C.	gr. 61 46.	ct.	9, 72993.
Distantia M. C. à Nonagesimo	gr. 6 28 57″.	t.	9, 05546.

S	°	′	″.	
2	0	14	0.	Medium Cœli
	6	28	57.	Distantia M. C. à Nonagesimo Add.
2	6	42	57.	Gradus Eclipticæ Nonagesimus
5	24	18	21.	Nodus ☽ Boreus
8	12	24	36.	Anomalia Latitudinis Orbitæ ☽ in Nonagesimo.
	4	45	55.	Ergò dabitur Latitudo Orbitæ Lunæ vera Austrina.
	57	41	45.	Et Altitudo Nonagesimi in Orbita Lunæ.
	71	12	34.	Distantia Lunæ à Nonagesimo ad occasum.

3. *De investigatione Parallaxeos Longitudinis Lunæ.*

Horizontalis Parallaxis Lunæ	60′ 5″.	L L.	10. 00060.	Add.
Altitudo 90^mi in Orbitâ Lunæ	gr. 57 41 45.	S.	9, 92697.	
Distantia ☽ à Nonagesimo	gr. 71 12 34.	S.	9. 97621.	
Parallaxis Longitudinis ☽	48 5″.	L L.	9, 90378.	

4. *De*

4. De investigatione Parallaxeωs latitudinis Lunæ.

Horizontalis Parallaxis Lunæ	60′ 5″.	L.L.	10, 00060.	Add.
Altitudo 90^{mi} in Orbitâ ☽	gr. 57 41 45.	cs.	9, 72788.	
Parallaxis latitudinis Lunæ	32 6.	L.L.	9, 72843.	

Verus locus Lunæ erat in gr. 25 30′ 5″ ♓, cum latitudine austrinâ 6′ 50″. Ergò centrum Lunæ apparebat in gr. 24 48′ 0″ ♓, cum latitudine austrinâ 38′ 56″. Semidiameter autem Lunæ erat 16′ 35″, fuit itaq; latitudo cornu austrini Lunæ 55′ 31″. Erat igitur differentia Longitudinum marginis australis Lunæ & Veneris 5′ 58″, & differentia latitudinum 1′ 44″. Semidiameter etiam ♀ erat 1′ 30″. Distabat ergo Venus à cornu Lunæ austrino Scrup. 4. Quòd igitur visa est Venus ipsum Lunæ cornu stringere, id fuit ab explicatione radiorum Lunæ in oculis observatorum.

Septentrio.

Schema hujus Apparitionis.



Luna.

Stella Veneris ingens Cornu 1° austrinum

Aliter.

Parallaxes Lunæ accuratiùs inveniantur per doctrinam in Lib. 3. Cap. 3. Probl. 10. traditam; uti in hoc Exemplo, ubi datur.

	Gr. ′ ″.			
Distantia ☽ à vertice	73 30 34.			
Complementum Altitudinis 90^{mi} in Orbitâ ☽	32 18 15.			
Distantia Lunæ à Nonagesimo	71 12 34.			
Ergò *Semisumma Basium erit*	36 45 17.	t.	9, 87324.	Per Probl. 11. Triang. Sphær. Obliquang.
Ergò *Semisumma Laterum*	51 45 24.	t.	10, 10340.	
Ergò *Semidifferentia Laterum*	19 27 10.	t.	0, 54801.	
			19, 65141.	
Ergò *Semidifferentia Basium*	30 57 54.		9, 77817.	
In PISCIBUS. Informium in □ sub Pisce priore, borei lateris præced.	22	10	♓	2	45	A.	4
Sequens.	23	10	♓	2	25		4
Australis lateris præced.	22	15	♓	5	35		4
Sequens.	23	20	♓	5	30		4
Quæ sequuntur hoc □ prior. *	1	15	♈	4	36		5
Posterior. *	6	10	♈	4	24		5
In CETE. Caudæ □ seq. lat. bor.	2	45	♈	12	10	A.	5
Australis.	1	45	♈	14	10	A.	5

DENOMINATIO Stellarum.	Longitudo G.	M.	S	Latit. Gr.	M.		
Antecedentis lateris borea.	0	30	♈	13	30		5
Australis.	0	0	♈	14	30	A.	5

Ptolemæi *numeros correxit* Keplerus *ad circumstantium* Tychonicarum *exemplum.*

In ERIDANO. Trium ultima.	27	20	♉	25	50	A	4
Media. Ptol. 8. va.	26	40	♉	26	50		4
Ex quatuor quæ præit. 17. ma.	1	30	♉	23	10		4
In conversione fluvii ad pectus ceti.	26	10	♈	32	10		4
Sequens.	26	50	♈	34	50		4
Sequentium trium prima.	29	50	♈	38	30		4
Media.	4	50	♉	38	0	A.	4
Ultima.	8	30	♉	38	50		4
In ⊔ præced. lateris borea.	12	20	♉	41	10		4
Austrina.	12	30	♉	42	20		5
Sequentis lateris antecedens.	13	10	♉	43	0	A	4
Ultima harum quatuor.	15	40	♉	43	10		4
Ad ortum duarum conjunctarum borea. Alias 53° ♉.	25	10	♈	50	20		4
Magis in Austrum. Alias ♉.	26	0	♈	51	40		4
In Reflexione duarum posterior.	19	10	♉	53	40		4
Præcedens.	16	50	♉	53	0		4
In ultimo intervallo ex tribus postrema.	8	50	♉	52	50		4
Media.	5	50	♉	53	20		4
Prima trium.	2	50	♉	51	50		4
In extrémo fluminis.	21	10	♈	53	30	A.	1

Scaliger *ad* Tychonem, *scribit, collocari hanc à suis Marinariis in gr* 9. 45′ ♓, *Lat.* 59 30′ ½. *Hoc exprimit* Bayerus.

In CANE majore. In Pectore.	11	30	♋	42	20	A.	5
In genu australis.	7	0	♋	41	10		5
In sinistro genu duarum præced. Alias 20′.	5	0	♋	46	10		5
Sequens.	7	10	♋	45	30		5
In poplite cruris dextri.							
Informes circa Canem.	14	0	♋	54	50	A.	4
A Septentrione ad verticem Canis.	10	30	♋	25	0	A.	4

DENOMINATIO Stellarum.	Longit. G.	M.	S.	Latit. G.	′	Magn.
Sub pedib. posterioribus 4. in rectâ lineâ Austr.	1	0	♋	61	10	4
Quæ magis in Boream.	2	20	♋	58	30	4
Quæ etiam hâc Septentrionalior.	4	0	♋	56	40	4
Residua de 4. Borealissima.	5	10	♋	55	40	4
Trium ad Occas. in linea præcedens. Alias 19°.	18	0	♊	55	10	4
Media.	21	20	♊	57	20	4
Trium ultima.	23	20	♊	59	30	6
Sub his duarum clararum sequens.	20	0	♊	59	20 A.	2
Antecedens.	17	0	♊	57	20	2
Reliqua australior prædictis.	13	10	♊	59	30	4
In ARGO. Extrema duarum præced.	2	0	♌	42	10 A.	5
Quæ magis ad austrum.	[illegible]	20	♌	45	40	4
Quæ has duas præcedit.	27	0	♋	45	10	4
Sub scuto trium præcedens.	27	0	♋	49	10	4
Sequens.	1	0	♌	49	30	4
Media trium.	0	10	♌	49	0	4
In extremo gubernaculo.	5	40	♌	49	30 A.	4
In carinâ puppis duarum borea.	25	40	♋	52	40	4
Australis.	25	40	♋	58	20	3
In foliâ puppis Borea.	1	50	♌	55	20	5
In eodem folio trium præcedens.	3	50	♌	58	30 A.	5
Media.	4	50	♌	57	0	4
Sequens.	8	0	♌	57	30	4
Clara sequens in transtro.	12	40	♌	58	30	2
Sub hanc duarum obscurarum præced.	9	40	♌	59	50	5
Sequens.	12	30	♌	59	10	5
Supra dictam fulgentem duarum præcedens.	14	30	♌	56	30 A.	5
Sequens.	15	40	♌	57	30	5
In statione Mali borea trium.	26	50	♌	51	30	4
Media.	27	20	♌	55	30	4
Australis trium.	25	10	♌	57	0 A.	4
Sub his duarum conjunctarum Borealior.	[illegible]	20	♍	59	50 A.	4
Australior.	[illegible]	10	♍	61	0	4
In medio Mali duarum Australis.	21	10	♌	51	30	4
Borea.	20	20	♌	49	0	3
In summo velo anterior Aliter 53°.	19	0	♌	43	10 A.	4
Sequens.	20	0	♌	43	30	4

DENOMINATIO Stellarum.	Longit. G.	M.	S.	Latit. G.	′	Magn.
Sub 3. seq. Scutum. Alitèr 5° 54′.	16	10	♌	51	30	2
In sectione instrati.	8	30	♌	51	15	2
Inter remos in carina.	12	40	♌	63	0	4
Quæ sequitur hanc obscura.	10	0	♌	64	30	6
Lucida quæ sequitur hanc instrationem.	21	0	♌	63	50	2
Ad austrum magis infra carinam fulgens.	29	30	♌	69	40	2
Sequentium hanc trium antecedens.	6	10	♍	65	40	2
Media.	12	20	♍	65	50	3
Sequens. Aliter 65°, 50′.	17	0	♍	67	20	2
Sequentium duarum ad sectionem præcedens.	22	0	♍	62	50	3
Sequens. Aliter 65°.	29	0	♍	62	15	3
In temone borea præced. Aliter. 23°.	25	0	♊	65	50	4
Quæ sequitur. Aliter 17°.	11	10	♋	65	40	3
In temone reliqua præced. Canopus. Aliter 69°.	8	0	♋	75	0	1
Reliqua sequens hanc Aliter. 61°.	20	0	♋	71	45	3

IN HYDRA.

Borea duarum in oculo.	4	20	♌	13	40 A.	4
Australis earum & in hiatu.	7	0	♌	14	15	4
Ab austro duarum contiguarum Borea.	20	40	♌	19	45	6
In triquetro præcedens.	3	40	♎	31	20	4
Media earum & Australior.	6	0	♎	33	10	4
Sequens earundem trium.	7	40	♎	31	20	3
In extrema cauda.	6	0	♏	17	40 A.	4
A Capite ad austrum. Alitèr. 13°.	4	0	♌	25	15 A.	3
Sequens collum. Alitèr. 26°.	2	30	♍	16	0 A	3

IN

IN CENTAVRO.

DENOMINATIO Stellarum.	Longit. G.	M.	S.	Latit. G.	'		
In humero finiſtro & præcedente.	27	10	♎	25	40	A.	3
In humero dextro.	6	40	♏	22	40		3
In armo finiſtro.	0	10	♏	27	40		4
In ſcuto 4. præced. duarum Borealis.	9	10	♏	22	30		4
Auſtralis.	10	10	♏	23	50		4
Reliquarum duarum, quæ in ſummitate ſcuti.	13	0	♏	18	30	A.	4
Quæ magis in auſtrum	13	30	♏	21	10		4
In latere dextro trium præcedens.	4	20	♏	28	30		4
Media.	5	0	♏	29	30		4
Sequens.	6	10	♏	28	10		4
In brachio dextro.	7	20	♏	26	40		4
In dextro cubito.	13	50	♏	25	30	A.	3
In extrema manu dextræ.	18	30	♏	24	20		4
In eductione corporis humani lucens.	9	0	♏	33	40		3
Duarum magis borealium obſc. ſequens.	8	40	♏	31	10		5
Præcedens.	7	50	♏	33	10		5
In eductione dorſi.	3	10	♏	35	0		5
Antecedens hanc in dorſo equi.	0	0	♏	37	50		5
In lumbis trium ſequens.	26	50	♎	40	10	A.	3
Media.	26	0	♎	43	10		4
Antecedens trium. Alit. 41°.	23	40	♎	44	10		5
In dextro femore duar. contiguar. præcedens.	23	40	♎	46	20		3
Sequens.	24	30	♎	46	50		4
In pectore ſub ala equi.	9	20	♏	42	50		4
Sub alvo duarum præced.	7	20	♏	43	10		2
Sequens.	8	40	♏	44	0		3
In poplite pedis dextri.	1	0	♏	51	20		2
In talo ejuſdem.	6	20	♏	51	50		2
In cavo pedis ſiniſtri.	27	20	♎	53	15		4
Sub maſculo ejuſdem.	2	10	♏	55	30		2
In ſummo pede dextro priori.	29	20	♎	41	20	A.	1
In genu Siniſtro.	15	10	♏	45	30		2
Sub dextro pede poſteriori.	5	40	♏	49	20	A.	4

IN LVPO.

DENOMINATIO Stellarum.	Longitudo G.	M.	S.	Latit. Gr.	'		
In ſummitate pedis poſterioris ad manus Cent.	19	0	♏	25	0	A.	3
In poplite ejuſdem pedis.	16	50		29	20		3
In armo duarum præced.	22	0		21	30		4
Sequens.	25	10	♏	21	20		4
In medio corpore beſtiæ.	24	0		25	30		4
In alvo ſub ilibus.	21	10		27	20		5
In femore.	21	50	♏	29	20		5
In eductione femoris duarum borealis.	25	40		28	50		5
Auſtralis.	24	40		30	30	A.	5
In ſummo lumbo.	26	40	♏	33	30		5
In extremâ caudâ trium Auſtralis.	13	0		31	40		5
Media.	15	50	♏	30	50		4
Septentrionalis trium.	14	0		29	40		4
In jugulo duarum auſtralis.	29	50	♏	17	20		4
Borea.	0	20	♐	15	40		4
In rictu duarum præced.	26	40	♏	13	40		4
Sequens.	27	40	♏	12	10		4
In priori pede duarum Auſtralior.	18	10		12	10		4
Quæ magis in Boream.	19	30	♏	10	20	A.	4

IN THVRIBVLO.

In baſi duarum borealis.	18	50	♐	23	0	A.
Auſtralis.	24	20	♐	26	0	
In media arula.	17	30	♐	26	45	
In foculo trium Borealis. Aliter. 31°.	11	40	♐	30	40	
Reliquarum duar. contiguar. Auſtralis.	16	20	♐	34	30	
Borea.	16	10	♐	33	30	
In ſummitate flammæ Aliter 31°.	12	0	♐	34	30	

DENOMINATIO Stellarum.	Longit. G.	M.	S.	Latit. G.	′	
IN CORONA AUSTRALI.						
Ad ambitum austr. foris præcedens. Aliter 24°.	0	20	♑	21	50 A	4
Quæ hanc sequitur in corona	2	50	♑	21	20	5
Sequens hanc.	4	20	♑	23	20	5
Quæ etiam hanc sequitur.	6	0	♑	20	20	4
Post hanc ante genu Sagittarii.	7	20	♑	18	50	5
Quæ inde maximè boreæ in genu lucens.	8	10	♑	17	30 A.	4
Magis borea.	7	30	♑	16	20	4
Adhuc magis in Boream.	7	40	♑	15	30	4
In ambitu boreo duarum sequens.	6	20	♑	15	40	6
Præcedens.	5	50	♑	15	10	6
Ex intervallo præcedens has.	3	0	♑	15	0	5
Quæ etiam hanc antecedit.	0	50	♑	16	10	5
Reliqua magis in austrum.	0	20	♑	18	50 A.	5

DENOMINATIO Stellarum.	Longit. G.	M.	S.	Latit. G.	′	
IN PISCE NOTIO.						
In notio ambitu capitis trium præced.	21	50	♒	20	35 A.	4
Media.	25	20	♒	22	30 A.	4
Sequens.	26	30	♒	22	45	4
Quæ ad branchiam.	25	30	♒	16	30	4
In spina australi atq; dorso.	16	20	♒	19	50	5
In alvo duarum sequens.	22	20	♒	15	30	5
Antecedens.	20	0	♒	15	0 A.	4
In spina septentr. sequens trium.	16	20	♒	15	15	4
Media.	13	0	♒	16	45	4
Præcedens trium.	12	10	♒	18	25 A.	4
In extrema cauda.	11	20	♒	22	30	4
Præcedentium Piscem, quæ anteit.	29	10	♑	22	40	3
Media.	2	20	♒	22	30	3
Sequens trium.	5	10	♒	21	30	3
Quæ hanc præcedit obscura.	5	0	♒	21	10	5
Reliquarum ad Septentrionem duarum Australior.	3	10	♒	17	20	4
Quæ magis in Boream.	5	0	♒	15	10 A.	3

Finis Catalogi Ptolemaici.

TERTIA CLASSIS STELLARUM FIXARUM,

Duodecim imagines cœlestes complectens, quæ in Zona nostra temperata Septentrionali planè non conspiciuntur. Has Johannes Bayerus *in* Uranometriâ *suâ*, Americo Vespucio, Andreæ Corsalio, *&* Petro Medinensi, *primis Europæorum, acceptas fert, primùmq; à* Petro Theodori *ad normam Astronomicam correctas asserit. Ex* Bayeri *verò Tabulis & Mss. ultimis, easdem* Jacobus Bartschianus Lusatus, *juvenis industrius, & bonis de Globo cœlesti meritis dudum celebris, in numeros & chartam conjectas (flosculum decerptum ex* Uranographiâ Schillerianâ, *Christianarum imaginum, cujus editionem ex ultimâ voluntate autoris maturat) olim* Augusta Ulmam *ad* Keplerum *transmisit: pollicitus se deinceps chartas, inducendo globo sesquipedali, perfectissimas, cum imaginibus antiquis, quòd instituto* Tychonis *accommodatius est in publicum editurum.*

DENO-

DENOMINATIO Stellarum.	Longit. G.	M.	S.	Latit. G.	′		

GRUS.

Lucida capitis.	11	52	♓	22	50	A.	2
In collo medio.	11	53	♒	24	56		6
In eductione colli Orientalior.	13	23	♒	28	57		6
Occidentalior.	14	34		28	40		6
In dorso orientalior.	14	59	♒	31	52		6
Occidentalior.	16	14		31	35		6
In dextrâ alâ Borealior.	23	13	♒	34	23		5
Australior.	22	44		36	15		4
In lævâ alâ.	10	35	♒	32	57		2
Quæ in caudæ eductione.	16	53		34	36		2
In cauda, trium Borealior.	15	25	♒	39	20		4
Orientalior.	13	21		41	36		5
Occidentalior.	17	45		41	27	A.	4

PHOENIX.

In collo lucida.	9	11	♓	40	10	A.	2
Adjacens parvula.	8	49	♓	41	30		5
In ancone alæ dextræ.	3	14	♓	41	40		4
In alâ dextrâ trium Australior.	28	24	♒	39	45		4
Media.	29	14	♒	35	50		5
Borealior.	0	34	♓	32	0		5
In extremâ alâ sinistrâ.	22	44	♓	47	30		3
In ejusdem eductione.	9	4	♓	44	10		4
Ad pedem dextrum trium Orientalior.	5	29	♓	45	10		N
Occidentalior.	6	59	♓	45	40		N
Australior.	5	39	♓	46	0		4
In foco sub alâ dextrâ duarum superior.	2	34	♓	53	0		4
Inferior.	6	54	♓	54	40	A.	4

INDUS.

In capite.	27	36	♑	32	30	A.	4
In axillâ lævâ.	29	49	♑	36	55		4
In lævæ manûs Sagittæ prima.	3	6	♒	37	0		4
Secunda.	5	4	♒	38	35	A.	4

DENOMINATIO Stellarum.	Longitudo G.	M.	S.	Latit. Gr.	′		
Tertia.	4	21	♒	40	0	A.	4
In summâ parte sagittæ manus dextra.	23	16	♑	27	55		5
In imâ.	13	36	♑	32	35		5
In axilla dextra Occidentalior.	22	56	♑	33	45		6
Sequens.	23	36	♑	33	53		6
Orientalior.	22	24	♑	33	40		6
In pectore.	23	34	♑	36	0		5
In ventre.	21	14	♑	39	15	A.	4

PAVO.

In capite lucida.	16	45	♑	36	0	A.	2
In collo superior.	16	59	♑	40	40		6
Media.	18	14	♑	41	20		6
Inferior.	15	59	♑	41	45		6
In pectore.	20	29	♑	48	30		3
In radice alæ dextræ.	15	14	♑	46	32		3
Adjacens parvula.	13	49	♑	47	0		N
In mediâ alâ seu dorso.	10	24	♑	45	20		3
Adjacens nebulosa.	8	29	♑	46	5	A.	N
In eductione cauda prima.	1	54	♑	45	40		5
Secunda.	0	21	♑	44	0		5
Tertia.	0	27	♑	43	0		5
Quarta.	0	44	♑	39	35		5
Quinta.	28	14	♐	41	30		5
Sexta.	27	39	♐	40	30		5
Septima.	26	49	♐	39	20		5
Octava.	23	29	♐	41	20		5
Nona & ultima.	18	34	♐	42	20		4
In dextro pede Australis.	8	9	♑	50	0		4
Borealis.	11	4	♑	49	20		6
In sinistro pede.	17	59	♑	50	25		6
In extrema caudæ. Aliis infr.	1	4	♑	48	27		6
In eadem.	26	51	♐	51	40	A.	5

APUS, AVIS INDICA.

In capite quibusdam informis.	17	9	♐	44	40	A.	5

DENOMINATIO Stellarum.	Longit. G.	M.	S.	Latit. G.	′		
In collo.	16	49	♐	48	6	A.	5
In eductione caudæ trium Borealis.	16	11	♐	54	20		5
Media.	11	51	♐	55	0		5
Auſtrina.	14	46	♐	55	45		5
In cauda verſus △ duarum ſuperior.	7	24	♐	51	30		6
Inferior.	6	39	♐	52	0	A.	
In mediâ caudâ trium Borealior.	8	47	♐	57	10		5
Media.	7	36	♐	57	57		6
Auſtralior.	8	14	♐	59	20		4
In eadem verſus Chamæleontem unica.	12	16	♐	61	25	A.	4

APIS, MUSCA.

In capite.	15	34	♏	54	0	A.	4
In alâ dextrâ.	15	29	♏	56	25		4
In alâ læva.	21	39	♏	56	5		4
In caudâ.	19	33	♏	57	30	A.	4

CHAMÆLEON.

In prioribus pedibus.	0	3	♐	62	40		5
Ad collum.	24	44	♏	63	20		5
In dorſo.	23	29	♏	67	0		5
In poſteriorib. pedibus.	29	57	♏	67	25		5
In eductione caudæ orientalior.	29	4	♏	70	38		5
Occidentalior.	1	34	♐	70	35		5
In mediâ caudâ ſuperior.	26	44	♏	73	0		5
Inferior.	24	49	♏	73	15		5

TRIANGULUM.

Sequens baſis verſus Apodis collum.	12	56	♐	46	20	A	3
Superior verſus Lupum in cuſpide.	4	6	♐	41	0		3
Adjacens parva.	7	16	♐	40	40		5
Baſis præcedens verſus Apodis caudam.	2	56	♐	48	30		3
Quæ ſupra hanc parva.	3	36	♐	44	15		5

PISCIS VOLANS, PASSER.

DENOMINATIO Stellarum.	Longit. G.	M.	S.	Latit. G.	′		
In capite.	18	19	♎	72	26	A.	5
In medio corpore.	23	5	♎	77	12		6
In caudâ.	5	48	♏	82	5		5
In alâ lævâ ſuperior.	12	10	♎	75	20		6
Inferior.	18	43	♎	82	14		6
In alâ dextra ſuperior.	4	49	♏	76	21		6
Inferior.	10	19	♏	79	28		6

DORADO, XIPHIAS.

In capite.	25	21	♎	86	53		4
In branchiis.	29	57	♑	87	0	A.	5
In ventre.	29	29	♉	88	12		5
Supra dorſum.	23	39	♉	84	46		4
In extimâ caudâ.	9	14	♉	76	19		4
Nubecula major ſecundum medietatem.	29	39	♑	84	0	A	
Adjacens huic.	16	39	♑	82	31		5

TOUCAN, ANSER AMERICANUS.

In extremo roſtro.	3	54	♒	45	55		3
In eductione roſtri ſive capite.	14	51	♒	48	15		3
In ancone alæ ſiniſtræ ſeu ad pectus ſuperior.	13	59	♒	54	15		4
Inferior.	12	54	♒	55	45		5
In mediâ alâ.	14	45	♒	58	20	A.	3
In dorſo.	20	59	♒	57	50		3
In caudâ.	21	24	♒	61	30		4
In rami folio ſeu uvæ myriſtica.	1	9	♒	49	55		4

HYDRUS.

In capite.	3	59	♓	64	5	A.	3
In collo ſuperior.	10	29	♓	71	40		4
Colli trium inferior.	11	54	♓	70	25		4
Converſionis Colli prima.	29	54	♒	71	12		4
Secunda.	16	54	♒	70	30		5
Tertia.	24	39	♒	67	50		5
Quarta.	20	9	♒	64	0		5
Quinta.	5	40	♒	65	0	A.	5

DENOMINATIO Stellarum.	Longit. G.	M.	S.	Latit. G.	'		[illegible]
Sexta.	25	5	♑	64	55	A.	4
Septima.	17	51	♑	60	0	A.	5
In prima caudæ conversione Austr.	14	14	♑	58	10		5
Borea.	12	24	♑	56	0		5
In secundâ caudæ conversione antepenultima.	11	49	♑	62	40		5
Penultima.	7	29	♑	64	30		5
Ultima.	4	14	♑	64	0		5
Nubeculæ minoris medietas.	4	39	♒	67	0	A	5
Inter hanc & majorem Inform. Borealis.	7	24	♒	72	20		6
Austrina.	4	24	♒	78	30		4
Quæ supra 8. & 9. Hydri.	3	16	♒	61	20		5
Infra collum Hydri superior.	15	46	♓	75	30		4
Inferior.	29	55	♓	80	0	A.	6

Hactenus Bartschianus *Catalogus.*

FINIS

CATALOGI FIXARUM.

OBSERVATIONUM ASTRONOMICARUM

SYNOPSIS Compendiaria.

In quâ omnes præcipuæ Obſervationes, quas omnium Seculorum *Aſtronomi* fecerunt, comprehenduntur.

Cui additus eſt *Calculus* Locorum *Planetarum*, & *Eclipſium Solis* & *Lunæ*, juxta *Tabulas* noſtras *Aſtronomicas*; quâ quidem ratione etiam & Veritas *Tabularum* eluceſcat.

Vireſcit Vulnere Virtus.

Authore

VINCENTIO WING Mathematico.

LONDINI,

Typis *J. M.* pro *G. Sawbridge*, 1668.

OBSERVATIONUM ASTRONOMICARUM
Synopſis Compendiaria.

PRÆFATIO.

UT Tabularum noſtrarum Veritas omnibus quàm manifeſtè appareat, haud abs re fuerit, ſi omnes præcipuæ Obſervationes, quas Aſtronomi omnibus ſeculis à tempore *Hipparchi* huc uſq; fecerunt, produceremus: tametſi verò multum ſit ambiguitatis obſervationibus Veterum factis, attamen illas imponam, & conſenſum noſtrarum Tabularum cum illis demonſtrabo: Poſtea illas quas Aſtronomi quàm clari nominis fecerunt, animadvertemus, & præcipuè illi, hoc, & priore ſeculo, in quo *Divinæ Urania* maximè ſplenduit. At quia Verus Solis motus (qui reverà ineſt Terræ) eſt tanquam Baſis & fundamentum *Aſtronomiæ*, ſuper quam omnes Planetarum motus & loca dependunt, adeo ut niſi perfectam loci ejus cognitionem inveſtigamus, loca aliorum obtinere difficile fuerit; cum eo igitur imprimis incipiam, & ſic ſtellis fixis procedam, quæ (præterquam Sol) ſunt optima fundamenta ob Aſtronomiæ reſtaurationem; tum alios Planetas contemplabo, quo demonſtrabo quàm accuratè Tabulæ noſtræ Aſtronomicæ illis obſervationibus congruunt, quas optimi Aſtronomi fideliter fecerunt, ut *Tycho*, *Longomontanus*, *Bullialdus*, noſtratiumq; notiſſimus *Edvardus Wright*, & alii. Deniq; ordine juſto, Eclipſes pertractabo, in quibus multas obſervationes noſtratibus exquiſitè factas quæ non adhuc in publicum venerunt, producemus, quo ſtabile fundamentum propter ampliorem *Aſtronomiæ* reſtitutionem collocabitur in ſeculis ſuccedentibus, ſi tunc neceſſarium exiſtimabitur. Hoc autem judico, quòd nulla accuratior via ad componendas Tabulas Aſtronomicas inveniri poterit quàm hîc perficitur, ſummoperè in inveſtigatione Apheliorum & Eccentricitatum Planetarum; attamen agnoſco plures obſervationes temporibus futuris multa in lucem adferre quæ nunc adumbrantur. Deniq; Lectorem animadvertere deſiderem, quòd quia *Ptolomæus* & *Veteres* talibus Inſtrumentis propter obſervationem carebant, ut hæc poſterior ætas profuſè miniſtravit, & quoq; cœleſtes motus non accuratè attendere potuerunt, hinc evenit quòd loca Planetarum ut illi annotârunt multùm à veritate diſcrepant, quòd obſervationibus locorum Stellarum fixarum illuceſcat, ſi accurato *Tychonis Catalogo* comparantur, ita ut congreſſu Planetarum priſtinis iſtis temporibus maximè uſi ſumus, quia illis plus ineſt certitudinis quàm in aliis, ſolus enim oculus ſine ullo auxilio veritatem ejus patefaceret. Non diutiùs verò in hæc ſubſiſtam, ſed nunc (ut indicavi) obſervationibus veri Solis loci perveniemus.

Obſervationum

Observationum Solarium Examen. § I.

Æquinoctia Autumnalia ab Hipparcho olim observata sub Meridiano Alexandrino Ægypti.

Observationes Solares Hipparchianæ.

Post obitum Alexandri. Anno, Mense, Die, Momentum.					Sub Meridiano Londinensi.	Loc. Sol. verus ex Tabulis	Differentia ab observ.
					Ho. ′.	gr. ′ ″	′
1	163	Meseri	30	occasu Solis	3 24 pomerid.	0 27 34 ♎	27 $\frac{1}{3}$ +
2	166	Intercal.	1	manè	3 24 antemer	0 13 52 ♎	13 $\frac{1}{4}$ +
3	167	Intercal.	1	in meridie.	9 24 antemer	0 14 19 ♎	14 $\frac{1}{3}$ +
4	177	Intercal.	3	ult. med noct.	9 24 pomerid.	0 4 9 ♎	4 +
5	179	Intercal.	4	manè	3 24 antemer.	0 4 35 ♎	4 $\frac{1}{2}$ +
6	182	Intercal.	4	vesperi	3 24 pomerid	29 50 55 ♍	9 −

Æquinoctia Vernalia ab Hipparcho Alexandriæ observata.

Post obitum Alexandri Anno, Mense, Die, Momentum					Sub Meridiano Londinensi.	Loc. Sol. verus ex Tabulis.	Differentia ab observ.
					Ho. ′	gr ′ ″	′
1	178	Mechir	27	mane h. 5. & post h. 11.	8 24 antemer.	29 56 43 ♓	3 $\frac{1}{4}$ −
2	189	Mechir	29	ult. med. noct.	9 24 pomerid.	29 49 29 ♓	10 $\frac{1}{3}$ −
3	196	Phamen.	1	in occas. Solis.	3 24 pomerid.	29 52 40 ♓	7 $\frac{1}{3}$ −

10. *Albategnius Arabs* observavit Æquinoctium Autumnale *Aractæ Syriæ* anno ab obitu Alexandri 1206. octavo die *Pachon*, quatuor horis cum dodrante ante ortum Solis. Hoc est anno Christi 882. *Septemb.* 18. hor. 9. 55′ sub Meridiano *Londinensi*, cui debentur hi motus. Observatio Albategnii, anno 882

	Sig.	gr.	′	″
Medius motus Solis à verno Æquinoctio	6	2	0	6
Apogæum Subtr.	2	23	25	41
Anomalia Eccentri media	3	8	34	25
Æquatio absoluta Subtr.		2	2	8
Locus itaq; Solis verus erat in gr.		29	57	58 ♍

11. Præterea ait *Nicolaus Cardinalis de Cusa*, quod anno Christi 1290. die 13 *Martii* inventus sit Sol intrare in principium Arietis post horas 16, id est die 13 horis 16 à meridie diei præcedentis 12. quare hoc Æquinoctium (ut rectè observavit Doctissimus, vereq; Astronomiæ meritissimus *Ism. Bullialdus*) cadit in annum 1290. diem 12 *Martii*, hor. 16. (more Astronomico) in Meridianis per *Galliam*, & *Angliam* transeuntibus; quo tempore congruunt hi motus. Observatio veri loci Solis, anno 1290.

	Sig.	gr.	′	″
Longitudo Solis media ab Æquinoctio verno	11	28	1	49
Apogæum Solis	3	0	24	14
Anomalia media	8	27	37	35
Æquatio addenda		2	2	55
Longitudo Solis vera		0	4	44 ♈.

12. *Prophatius Judaus* & quidam alii Observatores invenerunt ingressum Solis in Arietis principium, anno Christi 1303. die 12 *Martii*, hor. 20. circiter. Hoc est *Meridiano Londinensi* ho. 19. 36′.

	Sig.	gr.	′	″
Medius motus Solis tunc erat	11	28	1	45
Apogæum	3	0	37	34
Anomalia media	8	27	24	11
Æquatio addenda		2	2	55
Locus Solis verus ab Æquinoctio verno		0	4	40 ♈

13. Quinetiam ex collatis Observationibus *Bernardi Waltheri*, reperit ille *Tycho*, Æquinoctium vernum anno 1488. incidere in diem 10 *Martii*, hor. 15. 40′.

	Sig.	gr.	′	″
Longitudo Solis media	11	27	59	1
Apogæum	3	3	47	35
Anomalia media	8	24	11	26
Prostaphæresis Solis add.		2	2	40
Locus Solis verus ab æquinoctio verno		0	1	41 ♈

Vera loca Solis à *Tychone* diligentissimè observata, & hic juxta *Tabulas* nostras *Britannicas* computata.

I. Juxta Æquinoctium vernum.

Observationes veri loci Solis olim Uraniburgi factæ, à D. Tychone Brahe.

Num.	Temp. Uraniburgi Ann. Mens. dies	Loc. Solis obs. gr. ′ ″	Loc. Sol. ex tab. gr. ′ ″	Differentia.
1	1583 Martii 14	3 17 40 ♈	3 18 6 ♈	$\frac{1}{2}$ +
2	1584 Martii 11	1 5 35 ♈	1 5 13 ♈	$\frac{1}{2}$ −
3	1585 Martii 13	2 48 15 ♈	2 49 24 ♈	1 $\frac{1}{2}$ +
4	1586 Martii 11	0 37 0 ♈	0 36 27 ♈	0 $\frac{1}{2}$ −
5	1587 Martii 12	1 21 30 ♈	1 21 23 ♈	0
6	1588 Martii 12	2 5 0 ♈	2 6 18 ♈	1 $\frac{1}{4}$ +
7	1589 Martii 11	0 53 5 ♈	0 52 37 ♈	0 $\frac{1}{2}$ −
8	1590 Martii 11	0 37 10 ♈	0 38 15 ♈	1 +
9	1593 Martii 10	29 54 43 ♓	29 55 5 ♓	0 $\frac{1}{2}$ +
10	1594 Martii 10	29 38 45 ♓	29 40 42 ♓	2 +
11	1596 Martii 11	1 7 45 ♈	1 10 36 ♈	2 $\frac{1}{4}$ +
12	1597 Martii 10	29 56 20 ♓	29 56 53 ♓	0 $\frac{1}{2}$ +

II. Circa

II. Circa Æquinoctium Autumnale.

	Temp. Uraniburgi Ann. Menf. Dies	Loc. Solis obf. gr. ′ ″	Loc. Sol. ex tab. gr. ′ ″	Different: ′
1	1583 Septemb. 13	29 36 0 ♍	29 35 20 ♍	0 2/3 −
2	1584 Septemb. 12	29 21 57 ♍	29 21 2 ♍	0 3/4 −
3	1585 Septemb 10	27 9 20 ♍	27 9 3 ♍	0 1/4 −
4	1586 Septemb. 13	29 51 45 ♍	29 51 24 ♍	0 1/3 −
5	1587 Septemb. 12	28 36 30 ♍	28 38 13 ♍	1 3/4 +
6	1588 Septemb. 12	29 23 30 ♍	29 23 57 ♍	0 1/2 +
7	1589 Septemb. 9	26 11 15 ♍	26 12 3 ♍	0 3/4 +
8	1590 Septemb. 12	28 53 30 ♍	28 54 18 ♍	0 3/4 +
9	1592 Septemb. 10	27 26 15 ♍	27 26 54 ♍	0 2/3 +
10	1594 Septemb. 13	29 56 30 ♍	29 55 1 ♍	1 1/2 −
11	1596 Septemb. 14	1 24 10 ♎	1 24 22 ♎	0 1/3 +

III. Secundum Medietatem ♉

Nu.	Temp. Uraniburgi. Anni, Menf. Dies	Loc. Solis obf. gr. ′ ″ S.	Loc. Sol. ex tab. gr. ′ ″ S	Differentia.
1	1582 Aprilis 27	16 25 30 ♉	16 24 24 ♉	1 − 6
2	1583 Aprilis 26	15 10 40 ♉	15 12 37 ♉	1 57
3	1584 Aprilis 30	19 46 45 ♉	19 47 24 ♉	0 + 39
4	1585 Aprilis 26	15 41 10 ♉	15 42 26 ♉	1 + 10
5	1586 Aprilis 27	16 26 50 ♓	16 26 15 ♉	0 − 35
6	1587 Aprilis 29	18 8 10 ♉	18 7 40 ♉	0 − 22
7	1588 Aprilis 27	16 56 30 ♉	16 56 1 ♉	0 − 29

IV. Juxta Medietatem ♌.

Nu.	Temp. Uraniburgi Anni, Menf. Dies.	Loc. Solis obf. gr. ′ ″ S.	Loc. Sol. ex tab. gr. ′ ″ S	Differentia.
1	1582 Julii 28	14 14 35 ♌	14 15 26 ♌	0 + 51
2	1584 Julii 28	14 46 45 ♌	14 45 7 ♌	1 − 38
3	1585 Julii 27	13 19 10 ♌	13 33 41 ♌	Error Obf.
4	1587 Julii 27	13 4 15 ♌	13 5 51 ♌	1 + 36
5	1589 Julii 29	15 30 35 ♌	15 30 37 ♌	0 + 2
6	1610 Sept. 12	28 3 45 ♌	28 4 27 ♌	0 + 42

Obfervationibus hifce *Tychonicis*, alias à Doctiffimo Aftronomo & Mathematico *Edvardo Wright* allatas, ut noftrarum Tabularum Veritas affatim elucefceret, fubjungemus.

Obfervationes

Observationes veri loci Solis extra Æquinoctia & Solstitia LONDINI habitæ à D. E. W. per amplum Quadrantem ligneum septem pedum (respectu Radii) exquisitè divisum; unà cum loco Solis ex Tabulis nostris Astronomicis, supputato.

Observationes 32. veri loci Solis Londini factæ à D. *Edvard. Wright.*

Nu.	Temp. Londini. Anni,	Mens.	Dies.	Loc. Sol. observ gr.	′	″	S.	Loc. Sol. ex tab. gr.	′	″	S.	Differentia.		
1	1594	Julii	6	23	23	0	♋	23	21	28	♋	1	−	32
2	1594	Julii	25	11	29	52	♌	11	30	32	♌	0	+	40
3	1594	August.	7	24	1	0	♌	23	59	32	♌	1	−	28
4	1594	Sept.	17	3	50	42	♎	3	53	10	♎	2	+	28
5	1594	Octob.	5	21	39	36	♎	21	42	24	♎	2	+	48
6	1594	Octob.	18	4	42	42	♏	4	41	54	♏	0	−	48
7	1594	Novem.	7	24	54	12	♏	24	51	48	♏	2	−	24
8	1595	Martii	17	6	21	45	♈	6	23	7	♈	1	+	22
9	1595	April.	8	27	54	16	♈	27	54	56	♈	0	+	40
10	1595	Maii	3	22	2	40	♊	22	4	20	♊	1	+	40
11	1595	Julii	31	17	0	3	♌	17	1	51	♌	1	+	48
12	1595	Augusti	19	5	18	14	♍	5	20	37	♍	2	+	23
13	1595	Sept.	11	27	44	27	♍	27	45	5	♍	0	+	38
14	1595	Octob.	9	25	25	27	♎	25	27	6	♎	1	+	39
15	1596	Martii	13	3	10	48	♈	3	11	16	♈	0	+	28
16	1596	Febr.	13	4	18	6	♓	4	18	27	♓	0	+	21
17	1596	Febr.	29	20	17	12	♓	20	18	13	♓	1	+	1
18	1596	April.	24	14	9	40	♉	14	8	23	♉	1	−	17
19	1596	Maii	4	23	45	4	♊	23	45	38	♊	0	+	34
20	1596	Augusti	10	27	24	24	♌	27	22	50	♌	1	−	34
21	1596	Augusti	30	16	44	40	♌	16	45	46	♌	1	+	6
22	1596	Sept.	14	1	25	10	♎	1	26	29	♎	1	+	19
23	1596	Sept.	27	14	15	18	♎	14	16	21	♎	1	+	3
24	1596	Octob.	4	21	11	35	♎	21	13	26	♎	1	+	51
25	1597	Martii	11	0	57	48	♈	0	58	21	♈	0	+	33
26	1597	Martii	21	10	49	50	♈	10	49	40	♈	0	−	10
27	1597	Julii	5	22	38	18	♋	22	39	59	♋	1	+	41
28	1597	Augusti	9	26	11	36	♌	26	10	59	♌	0	−	37
29	1597	Sept.	22	9	3	26	♎	9	5	10	♎	1	+	44
30	1597	Octob.	6	22	58	13	♎	22	58	25	♎	0	+	12
31	1597	Novem.	3	21	6	26	♏	21	5	22	♏	1	−	4
32	1596	Julii	30	16	50	10	♌	16	47	54	♌	2	−	16

Una Observatio *Riccioli Bononiæ* facta.

Anno 1646. Septemb. die 12. stylo veteri, Doctiss. vir *Ricciolus* (cum P. *Francisco M. Grimaldo*) magnis Quadrantibus *Bononiæ*, invenit altitudinem meridianam Solis, gr. 45. 44′. 40″. Vera autem Altitudo erat 45°. 46′. 19″. Parallaxis enim altitudinis fuerat 1′. 39″. addenda, & refractio nulla, vel insensibilis. Elevatio autem Æquatoris *Bononiæ* (quæ à *Ricciolo* plus quàm quadragies à circumpolari stellâ capta est) gr. 45. 30′. 30″. ergò declinatio Solis Borea erat, 15′. 49″. hinc datus est locus Solis verus in gr. 29. 20′. 23″. ♍

Medius

	S	gr.	'	"
Medius motus Solis	6	1	21	51
Apogæum	3	6	30	25
Anomalia media	2	24	51	26
Prosthaphæresis subtr.		2	2	1
Locus Solis verus	♍	29	19	50

Qui cum Observatione *Riccioli* congruit.

§. II.

De Stellis Fixis.

QUandoquidem in omnibus Observationibus *Timocharidis*, *Hipparchi*, *Ptolomæi*, cæterorumq;, qui tunc temporum vixerunt, cum *Sacra Astronomia* in cunabulis vagiebat, parum sit certitudinis; quoniam & Instrumentorum satis exquisitorum egeni fuerunt, & expeditam methodum Cœlestium Observationum faciendi haud amussim calluerunt, quapropter loca stellarum ad gradum perrarò invenêrunt, ut collatione Observationum antiquarum temporibus illis factarum percipiamus. Idcircò difficile nimis videtur vera loca *Apheliorum* & *mediorum motuum* Planetarum in temporibus illis antiquissimis accuratè investigare, præsertim cum nobis pellucidè innotuit quam egregiè omninò locis & intervallis fixarum Stellarum computandis deerrârunt: quod perspicuè certissimis animadversionibus *Tychonis*, aliorumq; Astronomorum confirmatur. Cum igitur jamjam locum Solis in illis temporibus remotissimis ad veritatem quantum Observationes pollicerentur, emendavimus. Proximè loca Stellarum Fixarum trutinabimus, & à collatione locorum omnibus seculis post obitum *Timocharidis*, ad veritatem proculdubio propè accedamus; & quamvis nonnihil erroris in aliquibus *ante Christum* Observationibus delitescat, tametsi (*Ptolomæo* unicò excepto) nostram inter restaurationem, & illorum Observationes cunctis seculis parùm discordiæ inveniemus, quapropter subsequentes locorum eorum Observationes, & illarum differentiam Tabulis à nostris Astronomicis accipito.

Nulla certitudo aut fides Observationibus illis antiquissimis adhibenda est.

Synopsis locorum Stellarum fixarum longa per secula observatorum.

Varii Authores	Anni Nab.	Nomina Stellarum	Locus stellarum obs. S	gr.	'	Locus Stellarum ex Tab. S	gr.	'	"	Differ. ab observat. '	"	
Timocharis	455	Spica Virginis	♍	21	59	♍	21	43	21	15	39	−
Timocharis	455	Suprem. in fron. ♏	♏	2	0	♏	1	2	30	57	13	−
Timocharis	458	Pleiades	♈	27	55	♈	27	54	41	0	19	−
Timocharis	467	Spica Virg.	♍	22	10	♍	21	52	36	17	24	−
Hipparchus	619	Cor Leon.	♋	29	50	♌	0	2	12	12	12	+
Hipparchus	621	Spica Virg.	♍	23	59	♍	24	2	53	3	53	+

Observationes Stellarum fixarum, variis in seculis factæ.

Varii

Varii Authores.	Anni Christi.	Nomina stellarum.	Loc. stell. observat.	Loc. Stellarum ex Tab.	Differ. ab observat.
			S. gr. ′	S gr. ′ ″	′ ″
Menelaus	99	Spica Virg.	♍ 26 15	♍ 27 12 22	57 22 +
Ptolemæus	139	Cor Leon.	♌ 2 30	♌ 3 47 1	77 1 +
Ptolemæus	139	Spica Virg.	♍ 26 43	♍ 27 46 1	63 1 +
Ptolomæus	139	Cor Scorp.	♍ 12 40	♏ 13 43 1	63 1 +
Albategnius	879	Cor Leon.	♌ 14 5	♌ 14 9 28	4 28 +
Azophus	937	Cor Leon.	♌ 15 12	♌ 14 58 13	13 47 −
Tab. Persic.	1115	Cor Leon.	♌ 17 30	♌ 17 27 56	2 4 +
Ebennesophim	1364	Cor Leon.	♌ 20 40	♌ 20 57 22	17 22 +
B. Walherus	1504	Spica Virg.	♎ 16 40	♎ 16 54 6	14 6 +
Wernerus	1514	Spica Virg.	♎ 16 53	♎ 17 2 32	9 32 −
Copernicus	1525	Spica Virg.	♎ 17 21	♎ 17 11 47	9 13 −
Tycho Brahe	1501	Spica Virg.	♎ 18 16	♎ 18 15 43	0 17 −

Loca Fixarum Ptolomaica in Zodiaco non sine suspitione erroris aliquot minutorum, *Kepl.* in Com. de motibus Stellæ ♂ fol. 326.

Hic multum incertitudinis in Veterum Astronomorum Observationibus percipiatur, & præsertim in illis *Ptolomæi*, qui judicio antecessoris sui *Hipparchi* nimis otiosè acquievit, & præterea in Observationibus veri loci Solis impegerit, nec Refractionem illius satis perpendit, quâ emendatâ à *Longomontano* (ut in *Commentario de Stellis fixis, fol.* 194. compertum est) collegit secundum Observationem *Ptolomæi*, anno Christi 139. Cor Leonis in gr. 3. 53′. ♌ fuisse, cum *Ptolomæus* tunc temporis illum collocat in gr. 2. 30′ ejusdem Signi. Ut verò tempori nostro propiùs accedamus, inveniemus intervallo 200 annorum jamjam præteritorum manifestam discrepantiam inter authores qui Cœlestibus observationibus antecelluerunt, fuisse; anno enim 1504. *Bernardus Waltherus* observavit *Spicam* ♍ in gr. 16. 40′ ♎, quam Stellam *Wernerus*, anno 1514. invenit in gr. 16. 53′, & *Copernicus*, an. 1525. in gr. 17 21′′ ejusdem Signi. Jam verò perspicuè innotuit ex Observationibus *Tychonis*, quòd tam *Waltherus*, quam *Wernerus* loca earum nimis deprimebant, quæ haud multò post *Copernicus* promovit, & veritate majora scr. 9′ aut 10′ reddit, etiamsi exquisitissimus tunc temporis scrutator habebatur: quapropter ut has differentias citiùs componeremus, mediam pressimus semitam, hoc enim tanquam ex tripode dictum, in medio consistit virtus. Cujus rei gratiâ collocavimus primam Arietis Stellam principio annorum *Nabonassari* in gr. 24. 42′. 45″. ♓.

§. III.

Observationes Lunæ.

Observationes veri loci Lunæ.

JAm ad *Lunam* pedetentim procedimus, & quamvis secundarius sit Planeta, tametsi ob rationes lib. 4. allatas, methodum illinc depositam persequemur. Quoniam verò (ut nuperrimè diximus) Observationes Veterum Astronomorum perquàm fallaces sunt, haud multas deponemus, ast illas *prænobilis Tychonis* affatim inseremus.

Orientalior Lunæ limbus occultavit Spicam Virginis.

1. Anno *Nabonassari* 454. die 5. Mensis *Tybi*, Hor. 8: vesperi, *Timochoris* animadvertit *Alexandria*, quòd *Luna* limbus Orientalior ad *Spicam Virginis* ex diametro pervenisset, eamq; occultasset cum gr. 15. Cancri fuit in medio Cœli. *Ptol. lib. 7. cap. 3. Almagesti, seu operis magni.*

Solis.

SOLIS.	S	gr.	'	"		
Medius Solis motus	11	12	33	44	Declinatio ☉	gr. 6. 6' M.
Apogæum	2	3	17	1c	Horoscopus	gr 13. 39' ♎.
Anomalia media	9	9	16	29	Grad. 90.	gr. 13. 39 ♋.
Prosthaphæresis Eccentri		2	0	33	Medium Cœli,	gr. 14. 33 ♋.
Verus locus Solis	♓	14	34	17		

LUNÆ	S	gr.	'	"		S.	gr.	'	"
Medius motus	5	17	41	28	Anom. correcta	10	26	5	1
Apogæum	6	24	30	11	add.	2	23	58	33
Anomalia media	10	23	2	17	Anomalia Synod.	1	20	3	34
Prosthaphæresis add.		2	54	16	Log. chordæ Evectionis 126401				
Locus ☽ primò æquatus	5	20	35	44	Log. distantiæ ☽ 362236				
Anomalia æquata	10	25	56	23	Numerus Logarithmic. 764165				
Distantia ☽ à ☉	6	6	1	27			°	'	"
Duplicata distantia	0	12	2	54	Reflectio add.		0	8	28
Reflectio add.			8	28	Evectio subtr.		0	11	16
Anomalia correcta	10	26	5	1	Æquatio 2 subtr.		0	2	48
Æquatio 2ª subtr.		0	2	48	Lat. ☽ vera M. D.		1	46	54
Locus ☽ in Orbita	5	20	32	56	Declinatio Lunæ		2	5	Bor
Nodus Boreus	6	11	25	59	A R. { Soli		345	48	
Anomalia Latitudinis	11	9	6	57	A R. { Lunæ		170	41	
Reductio add.			4	40	A R. { M. C.		105	48	
Locus Lunæ verus	5	20	37	36	Altitudo Lunæ		22	29	3

Erat distantia Lunæ à vertice gr. 67. 30'. 57". Parallaxis altitudinis Lunæ 52'. 16". Parallaxis Longitudinis 50'. 39" in Ortum. Parallaxis Latitudinis 13'. 52" in Austrum. Ergo Centrum Lunæ conspiciebatur in gr. 21. 28'. 15" ♍, cum Latitudine gr. 2. 0'. 46". Limbus autem Orientalior Lunæ tenuit gr. 21. 43'. 43" ♍, nam Semidiameter ejus vera fuit 15'. 28". At *Spica Virginis* erat in gr. 21. 42'. 59" ♍, cum Latitudine gr. 1. 59' Austrinâ; tetigit ergò Spicam Orientalior Lunæ Limbus, quemadmodum *Timocharis Alexandriæ* observavit.

2. Anno *Domitiani* duodecimo, à *Nabonassaro* 840. die 2. Mensis *Tybi*, in principio Horæ 3. noctis, Astronomicè verò, Hor. 7. 0'. à Meridie, *Agrippa* consideravit in *Bithynia* (sub Latitudine gr. 43.) quòd Luna jam radiis cooperuerat partem Pleiadum meridianam sequentem, cornu suo Meridiano, seu ut *Lansbergius* exponit, visa est obtinuisse Succedentem, austrinamq; *Vergiliarum* partem.

Observatio *Agrippæ* in *Bythinia* facta, anno *Nabonassari*, 840.

Locus Verus Solis tunc erat in gr. 7. 13', 34" ♐.

	S.	gr.	'	"		S	gr.	'	"
Medius motus	0	29	39	20	Anomal. correct.	11	0	29	15
Apogæum	2	1	2	41	Subtr.	1	24	56	27
Anomalia media	10	28	36	39	Anomal. Synod.	9	5	32	48
Prosthaphæresis add.		2	30	41	Logar. Chordæ Evect. 200227				
Anomalia æquata	11	1	7	20	Logar. distantiæ ☽ 362328				
Locus ☽ æquatus	1	2	10	1	Num. Logarithmicus 837899				

Locus Solis	8 7 13 34		gr. ' "
Distantia ♄ à ☉	4 24 56 27	Reflectio Subtr.	0 38 5
Duplicata distantia	9 19 52 54	Evectio Add.	1 21 42
Reflectio Subt.	38 5	Æquatio 2. Add.	0 43 37
Anomalia correcta	11 0 29 15	Latit. ☽ vera S.D.	4 58 50
Æquatio 2ª. add.	43 37	A.R. Solis	245 23
Locus ☽ in Orbita	1 2 53 38	A.R. Lunæ	28 57
Nodus Boreus	9 20 44 59	A.R. M.C.	350 23
Anomalia Latitudinis.	3 12 8 39	Gradus Nonagef.	12 32 ♈.
Reductio Add.	2 53	Altitudo Lunæ	48 24
Locus ☽ in Ecliptica	1 2 56 31	Parallaxis Altitudinis ☽	37' 42"

Parallaxis Longitudinis Lunæ erat Scrup. 15', 10" addenda, Parallaxis Latitudinis, Scrup. 34'. 30" subtrahenda; itaq; locus Lunæ visus fuit in gr. 3. 11'. 41 ♉, cum latitudine gr. 4 24', 20" boreâ: Locus mediæ *Pleiadum* erat in gr. 3. 15'. 14" ♉, cum latitudine gr. 4, 0' borea: locus autem orientis Pleiadum in gr. 3, 38', 14" ejusdem Signi, cum latitudine gr. 3.55'. Ergo Luna cooperuit partem Vergiliarum, & visa est contingere, cornu suo Austrino, sequentem meridianamq; partem Pleiadum; omnibus modis, ut *Agrippa* in *Bithynia* conspexit.

Spica ♍ à Lunæ interventu cooperta, An. *Nabonass.* 845. Romæ.

3. Anno *Cæsaris Trajani* primo, à *Nabonassaro* 845. die 15, transacto Mensis *Mechir*, apud complementum Horæ 10 noctis, vel Hor. 16. 57'. Astronomicè, *Menelaus* Mensurator animadvertit *Romæ*, sub latitudine gr. 42. 2". quòd Luna jam cooperuerat Spicam Virginis, & non apparuit usq; ad finem horæ undecimæ. Postea apparuit Stella posterior *Centro* Lunæ cum minore spatio diametro Lunæ, & fuit ejus Elongatio à duobus cornibus L[illegible]æ æqualis.

LUNÆ	Sig. gr. ' "		S. gr. ' "
Medius motus	5 19 36 41	Anom. correcta	8 25 49 57
Apogæum	8 29 12 54	add.	25 48 8
Anomalia media	8 20 23 47	Anomalia Synod.	9 21 38 5
Prostaphæresis add.	4 54 26	Log.Chord.Evection.	219743
Anomalia æquata	8 25 18 13	Log.Dist. ☽ ab umbilic.	360498
Longitudo ☽ æquata	5 24 31 7	Numerus Logarithm.	859245
Locus Solis verus	9 20 19 15		gr. ' "
Distantia ☽ à ☉	8 4 11 52	Reflectio add.	0 31 44
Duplicata distantia	4 8 23 44	Evectio add.	2 3 6
Reflectio add.	31 44	Æquatio secund. add.	2 34 50
Anomalia adæquata	8 25 49 57	Latitudo ☽ vera M.D.	1 19 34
Æquatio secundaria add.	2 34 50	Altitud. med. Cœli	45 16
Locus ☽ in Orbita	5 27 5 57	Angulus meridian.	66 37
Nodus Boreus	6 11 48 13	Alt.Orb.☽ in Nonag.	47 32
Argumentum Latitudinis	11 15 17 44	Dist. ☽ à Nonagef.	11 49
Reductio add.	3 28	Parallaxis ☽ Horizont.	58 29
Locus ☽ in Ecliptica	5 27 9 25		

Erat ergo Parallaxis Longitudinis 8'. 50" addenda, & Parallaxis Latitudinis 39'. 29" similitèr addenda: apparebat igitur Centrum Lunæ in gr. 27. 18'. 15" ♍, cum latitudine austrina gr. 1. 59'. 3". Differentia itaq; Longitudinum centri Lunæ & Stellæ fuit Scrup. 6'. 42". Differentia Latitudinum Scrup. 0'. 3", & proinde distantia Stellæ à centro Lunæ, Scrup. 6', 42", at Semidiameter Lunæ erat 16'. 7", adeo ut Stella fuit intra Lunæ limbum Scr. 9'. 25". Obtexit ergo *Luna Spicam Virginis*, quemadmodum *Menelaus Romæ* conspexit.

Collatio

Collatio Locorum Lunæ olim à Tychone observatorum, cum Tabulis nostris Astronomicis.

Observationes 18. Tychonianæ.

Temp. apparens Londini. Nu	An.	Mens.	Dies	Ho.	′	Locus Sol. ex Tabulis. S. gr.	′	″	Locus Lunæ observat. S. gr.	′	″	Locus Lunæ ex Tabulis S. gr.	′	″	Differ. ′	″
1	1586	Sept.	22	14	17	♎ 9	20	34	♊ 7	25	0	♊ 7	32	19	7	+
2	1587	Jan.	9	6	6	♑ 29	19	23	♊ 1	0	30	♊ 1	2	30	2	+
3	1587	Jan.	14	12	48	♒ 4	41	55	♌ 10	39	0	♌ 10	41	45	2	+
4	1587	Jan.	15	14	13	♒ 5	46	33	♌ 25	38	30	♌ 25	41	34	3	+
5	1587	Aug.	17	18	23	♍ 4	5	35	♊ 26	21	30	♊ 26	20	32	1	−
6	1590	Dec.	28	9	29	♑ 17	15	0	♊ 24	31	38	♊ 24	35	45	4	+
7	1591	Aug.	23	8	13	♍ 9	31	35	♓ 0	42	7	♓ 0	32	2	10	−
8	1591	Dec.	21	13	22	♑ 10	0	47	♌ 4	55	42	♌ 4	54	22	1	−
9	1592	Mai.	7	8	28	♉ 26	56	26	♌ 21	53	0	♌ 22	2	55	9	+
10	1594	Dec.	10	3	8	♐ 28	36	22	♈ 6	47	45	♈ 0	58	26	10	+
11	1594	Dec.	11	4	14	♐ 29	40	29	♈ 19	20	40	♈ 19	31	7	10	+
12	1594	Dec.	14	7	42	♑ 2	53	24	♉ 29	5	20	♉ 29	6	4	1	+
13	1594	Dec.	15	9	4	♑ 3	58	15	♊ 13	13	50	♊ 13	14	39	0	+
14	1594	Dec.	19	14	58	♑ 8	18	47	♌ 13	49	30	♌ 13	45	22	4	−
15	1594	Dec.	20	17	8	♑ 9	25	42	♌ 20	44	30	♌ 20	39	8	5	−
16	1594	Dec.	21	17	38	♑ 10	28	18	♍ 14	28	45	♍ 14	23	18	5	−
17	1594	Dec.	22	18	44	♑ 11	32	26	♍ 29	25	50	♍ 29	16	38	9	−
18	1594	Dec.	26	21	10	♑ 15	43	56	♏ 25	26	0	♏ 25	28	56	2	+

22. Anno Christi 1600, Augusti die 7, vesperi, *Joannes Keplerus* conspexit in confinibus *Stiriæ* & *Ungariæ*, sub longitudine gr. 42, & latitudine gr. 47. 24′. *Lunam* ingredientem super Cor ♏, eminente quasi tertiâ parte τῆς τομῆς supra Stellam. Ingrediebatur verò *Luna* super Cor ♏, hor. 8. 50′. Egrediebaturq; hor. 9. 40′. Hoc est horâ unâ ante occasum Lunæ. Tempus medium erat *Londini* hor. 7. 47′, & locus Solis verus tunc fuit in gr. 24. 49′ 57″ ♌.

Observatio Kepleriana.

LUNÆ	S.	gr.	′	″		S.	gr.	′	″
Medius motus	8	8	1	10	Anom. Correcta	1	1	41	15
Anomalia	1	4	40	26	Subt.		10	26	28
Prosthaphæresis sub.		2	44	45	Anomal. Synod.	0	21	14	47
Anomalia æquata	1	1	55	41	Log. Chordæ Evect.				223579
Locus ☽ æquatus	8	5	16	25	Log. distantiæ ☽				362276
Locus Solis	4	24	49	57	Numerus Logarithm.				861303
Distantia ☽ à ☉.	3	10	26	28			gr.	′	″
Duplicata distantia	6	20	52	56	Reflectio subt.		0	14	26
Reflectio Subt.			14	26	Evectio subt.		0	49	2
Anomalia correcta	1	1	41	15	Æquatio secund. subt.		1	3	28
Æquatio secunda Subt.		1	3	28	Lat. ☽ vera M. D.		3	43	50
Locus ☽ in Orbita	8	4	12	57	Altit. M.C		19	23	
Anomalia Latitudinis	10	14	57	2	Altit. Lunæ		10	6	38
Reductio add.			7	0	Altit. 90 in orb. ☽		19	46	28
Locus ☽ in Ecliptica	8	4	19	57	Dist. ☽ à Nonages.		45	19	2

Hinc

Hinc dabitur Angulus Parallacticus gr. 72. 7′, 24″, Parallaxis Lunæ altitudinis 55′, 25″, longitudinis 17′, 0″, latitudinis 52′, 44″, ergo Centrum Lunæ conspiciebatur in gr. 4. 2′, 57″ ♌, cum latitudine australina gr. 4. 36′. 34″. At Cor ♌ erat in gr. 4. 12′, 22″ ♌, cum latitudine australina gr. 4. 27′, differentia itaq; longitudinum erat 9′. 25″, & differentia latitudinum 9′, 34″, & proinde distantia Stellæ à Centro Lunæ 13′. 24″. Sed semidiameter Lunæ erat 15′. 29″, itaq; Luna ingrediebatur parte sua boreali super Cor ♌, eminebatq; pars tertia τῆς τομῆς supra Stellam. Omnino ut Doctiss. *Jo. Keplerus* conspexit.

Observatio P. Gassendi. 23. Anno Christi 1627, die 7. Junii, horis à Meridie 10. 30′ *Diniæ*, ubi latitudo loci est gr. 44 6′, vidit *Petrus Gassendus* Lunam cœpisse obtegere Basiliscum à cornu inferiore non multò amplius quadrante.

Locus Solis verus tunc fuit in gr. 26. 9′. 50″ ♊.

LUNÆ	S.	gr.	′	″		S.	gr.	′	″
Medius motus,	4	17	54	18	Anomalia correct.	9	8	16	32
Apogæum	7	15	11	8	add.	1	3	19	21
Anomalia media	9	2	43	3	Anom. Synod.	10	11	35	53
Æquatio add.		4	56	18	Log. Chordæ Evect.				216503
Anomalia æquata	9	7	39	21	Log. distantiæ ☽				360902
Longit. ☽ æquata	4	22	50	29	Numerus Logarithm.				855601
Locus Solis	2	26	9	50			g.	′	″
Distantia ☽ à ☉	1	25	40	39	Reflectio add.		0	37	11
Duplicata distantia	3	23	21	18	Evectio add.		1	29	58
Reflectio add.			37	11	Æquat. 2. abs. add.		2	7	9
Anomalia correcta	9	8	16	32	Latitudo ☽ vera		1	18	53
Æquatio secunda add.		2	7	9	Declinatio ☽		14	30	B.
Locus ☽ in Orbita	4	24	57	38	A. R. Solis		85	49	
Nodus Boreus	4	10	18	2	A. R. Lunæ		147	42	
Argumentum latitudinis	0	14	39	36	A. R. M. C.		243	19	
Reductio subtr.			3	28	Angulus Merid.		79	40	
Locus ☽ verus	4	24	54	10	Altit. M. C. Diniæ		24	39	

Parallaxis altitudinis Lunæ erat 57′, 44″, & Angulus Parallacticus gr. 58 56′; ergo dabitur Parallaxis longitudinis 29′, 48″, ad occasum, & Parallaxis latitudinis 49′, 27″, in Austrum; itaq; Centrum Lunæ videbatur in gr. 24. 24′, 22″ ♌, cum latitudine borea gr. 0. 29′, 26″: Erat tunc Cor Leonis in gr. 24. 38′, 57″ ♌, cum latitudine borea gr. 0. 26′, 30″; differentia itaq; longitudinum Centri Lunæ & Stellæ erat 14′, 35″, & differentia latitudinum 2′, 56″; distabat igitur Stella à Centro Lunæ 14′, 53″. Semidiameter autem Lunæ erat 15′, 58″. Ergo *Luna* incipiebat obtegere *Basiliscum* à cornu inferiore, haud aliter quam *Petrus Gassendus Diniæ* conspexit.

Observatio J. Bullialdi. 24. Anno Christi 1634. Decembris die 20. vesperi, *J. Bullialdus* animadvertit *Juliodunі* apud *Pictones* occultationem anguli Orientalis quadrilateri Pleiadum, quæ & lucida Pleiadum dicitur Lunæ interventu. Horâ vero 5. 42′, Lunæ margo obscurus occupavit lucidam Pleiadum: Stella porrò Lunam subiit altior hujus limbo inferiore 4′ circitèr, ut Telescopio apparuit.

Locus verus Solis tunc temporis fuit in gr. 9. 13′, 53″ ♑.

LUNÆ	S.	gr.	'	"		S.	gr.	'	"
Medius motus	1	20	15	34	Anom. adæquata	8	1	59	24
Anomalia media	7	28	22	40	ſubt.	1	15	18	54
Proſtaphæreſi add.		4	17	13	Anom. Synodica	6	16	40	30
Anomalia æquata	8	2	39	53	Log. chordæ Evection.				209012
Locus ☽ æquatus	1	24	32	47	Log. diſtantiæ ☽				359799
Locus Solis	9	9	13	53	Numerus Logarithm.				849213
Diſtantia ☽ à ☉	4	15	18	54			gr.	'	"
Duplicata diſtantia	9	0	37	48	Reflectio ſubt.		0	40	29
Reflectio ſubt.			40	29	Evectio add.		0	31	14
Anomalia adæquata	8	1	59	24	Æquatio 2. ſubt.		0	9	15
Æquatio 2. ſubt.			9	15	Lat. ☽ vera S. A.		4	49	37
Locus ☽ in Orbita	1	24	23	32	Angulus Meridian		66	35	
Nodus Boreus	11	14	31	26	Alt. M. C. Julioduni		44	24	
Argumentum latitudin.	2	9	52	6	Altitudo ☽		46	54	30
Reductio ſubt.			4	30	Altitud. 90 in orb. ☽		52	29	
Locus ☽ verus	1	24	19	2	Diſt. ☽ à Nonag.		26	12	

Ergò datur Angulus Parallacticus gr. 62. 48′, Parallaxis altitudinis ☽ 41′, 6″. Erat igitur Parallaxis longitudinis ☽ 18′, 47″ in conſequentia, & Parallaxis latitudinis 36′, 33″ in Auſtrum. Quamobrem ☽ centrum conſpiciebatur in gr. 24. 37′, 49″ ♉, cum latitudine borea, gr. 4. 13′, 4″. Sed lucida Pleiadum tunc tenuit gr. 24. 52′ 17″ ♉, cum latitudine borea gr. 4. 0′, differentia igitur longitudinum erat 14′, 28″, & differentia latitudinum 13′, 4″, & proinde diſtantia Stellæ à centro ☽ 19′, 30″. Semidiameter autem ☽ erat 16′, 23″, ita ut margo ☽ obſcurus videbatur occupare Lucidam Pleiadum, quemadmodum Doctiſſimus, Peritiſſimuſq; ille Aſtronomus *Iſmael Bullialdus* obſervavit.

25. Anno Chriſti 1638, die 14. Januarii, horis à meridie 8. 1′ ferè, *Petrus Gaſſendus* obſervavit *Diniæ* occultationem lucidæ Pleiadum in limbo ☽ obſcuro factam, ab apice cornu borel. Obſervatio *P. Gaſſendi*, An. 1638.

Locus verus Solis tunc fuit in gr. 5. 5′, 45″ ♒.

LUNÆ	S.	gr.	'	"		S.	gr.	'	"
Medius motus	2	1	59	17	Anom. correcta	4	0	36	11
Anomalia media	4	5	12	22	Subt.		22	46	15
Proſthaphæreſis ſub.		4	7	17	Anom. Synod.	3	7	49	56
Anomalia æquata	4	1	5	5	Log. chordæ Evect.				220780
Locus ☽ æquatus	1	27	52	0	Log. diſtantiæ ☽				359694
Locus Solis	10	5	5	45	Numerus Logarithm.				861086
Diſtantia ☽ à ☉	3	22	40	15			gr.	'	"
Duplicata diſtantia	7	15	32	30	Reflectio ſubt.		0	28	54
Reflectio ſubt.			28	54	Evectio ſubt.		2	19	41
Anomalia correcta	4	0	36	11	Æquat. abſol. ſubt.		2	48	35
Æquatio ſecunda ſubtr.		2	48	35	Vera ☽ latitudo		4	1	10
Locus ☽ in Orbita	1	25	3	25	Angulus Meridian.		81	17	0
Nodus Boreus	9	15	9	34	Altitud. M. C. Diniæ		67	50	0
Argumentum latit.	4	9	53	51	Altitudo ☽		65	12	22
Reductio add.			6	54	Altit. 90. in Orb. ☽		70	46	0
Locus ☽ verus	♉	25	10	19	Diſtant. ☽ à Nonag.		17	44	26

Hinc

Hinc dabitur Angulus Parallacticus gr. 51. 30′, 30″, Parallaxis altitudinis Lunæ 25′, 23″, longitudinis 15′, 48″ in occasum, latitudinis 19′, 52″. Locus ergo ☽ visus erat in gr. 24. 54′, 31″ ♉, & latitudo visa gr. 3. 41′, 18″ borea; sed fuit lucida Pleiadum in gr. 24. 54′, 52″ ejusdem Signi, cum latitudine borea, gr. 4. 0′; erat itaq; differentia longitudinum 0′, 21″, & differentia latitudinum 18′, 42″, & proinde Stella distabat à centro Lunæ 18′, 43″; Semidiameter autem Lunæ erat 16′, 26″. Tangebat ergo ☽ apice cornu borei lucidam Pleiadum, vix aliter quam *Gassendus Diniæ* conspexit.

Pars Pleiadum à Luna interpositione obtecta.

26. Anno Christi 1637. *Martii* die 19. hora 8. 19′ vesperi, D. *Bullialdus* animadvertit *Parisiis* Lunam occultare angulum occiduum quadrilateri Pleiadum, quæ distat à lucida, seu ortivo angulo 33′. Ingressus Stellæ fuit in medio viæ Lunæ æqualitèr à cornuum apicibus.

Sol vero suo motu tunc tenuit gr. 9. 29′, 36″ ♈.

LUNÆ	S.	gr.	′	″		S.	gr.	′	″
Medius motus	1	26	7	1	Anom. correcta	5	1	13	3
Anomalia media	5	2	52	5	Add.	1	15	42	5
Æquatio sub.		2	19	30	Anom. Synod	6	16	55	8
Anomalia æquata	5	0	32	35	Log. Chordæ Evect.				208714
Longit. ☽ æquata	1	23	47	31	Log. dist. ☽ à centro				359049
Locus Solis	0	9	29	36	Numerus Logarithm.				849665
Distantia ☽ à ☉	1	14	17	55			gr.	′	″
Duplicata distantia	2	28	35	50	Reflectio add.		0	40	28
Reflectio add.			40	28	Evectio add.		0	32	7
Anomalia correcta	5	1	13	3	Æquatio 2. add.		1	12	35
Æquat. 2. add.		1	12	35	Vera latitudo ☽ S. D.		4	34	12
Locus ☽ in Orbita	1	25	0	6	Med. Cœl.in Ecl.		11	0	♌
Nodus Boreus	10	1	5	44	Alt. M. C.		58	41.	0
Anomalia latitudinis	3	23	54	22	Alt. Lunæ		22	41	32
Reductio add.			5	11	Alt. g.90.in or.☽		59	58	47
Locus ☽ in Ecliptica	♉	25	5	17	Dist. ☽ à Nonag.		66	26	51

Erat Angulus Parallacticus gr. 32, 42′, 0″, & Parallaxis altitudinis Lunæ 56′, 10″. ergo datur Parallaxis Longitudinis 48′, 0″, & Parallaxis latitudinis 30′, 20″; itaq; centrum ☽ conspiciebatur in gr. 24. 17′, 17″ ♉, cum latitudine borea gr. 4. 11′, 33″. Sed angulus occiduus quadrilateri Pleiadum erat in gr. 24. 21′, 10″ ♉, cum latitudine borea gr. 4. 11′; differentia igitur longitudinum erat 3′, 53″, & differentia latitudinum 0′, 33″. Sed ☽ Semidiameter fuit 16′, 40″; itaq; ☽ obtexerat angulum occiduum quadrilateri Pleiadum. Vix aliter quam D. *Bullialdus* observavit.

Oculus Tauri Boreus à Luna obtectus.

27. Anno Christi 1641. die 3. Aprilis, hor. 8. 8′, *Parisiis*, *Ismael Bullialdus* observavit *Lunam* occultare Oculum ♉ boreum. Subiit Stella Lunam, duobus quintis, vel potius ½ Semicirculi obscuri à cornu inferiore; nam erat latitudo Lunæ visa minor latitudine Stellæ.

Verus Locus Solis tunc erat in gr. 24. 12′, 6″ ♈.

LUNÆ

LUNÆ	S.	gr.	'	"		S	gr.	'	"
Medius motus	2	4	20	13	Anom. correcta	11	27	35	37
Anomalia media	11	26	28	45	add.	1	19	35	1
Prosthaphæresis add.			16	52	nom. Synod.	1	17	10	38
Anomalia æquata	11	26	55	38	Log. chordæ Evect.				205484
Motus ☽ æquatus	2	4	37	5	Log. distantiæ ☽				362569
Locus Solis	0	24	12	6	Numerus Logarithm.				842915
Distantia ☽ à ☉	1	10	24	59			gr.	'	"
Duplicata distantia	2	20	49	58	Reflectio add.		0	39	59
Reflectio add.			39	59	Evectio subt.		1	6	32
Anomalia correcta	11	27	35	37	Æquat. ☽ 2. subt.		0	26	33
Æquatio secunda subtr.			26	33	Vera ☽ latitudo M.A.		1	51	11
Locus ☽ in Orbita	2	4	10	32	Angulus Meridian.		71	3	
Nodus Boreus	7	12	56	4	Alt. M. C.		55	22	
Anomalia latit.	6	21	14	28	Alt. Lunæ		19	36	43
Reductio sub.			4	44	Alt. g.90.in orb. ☽		52	30	
Locus ☽ verus	♊	4	5	48	Distant. ☽ à Nonag.		65	16	

Angulus Parallacticus erat gr. 40. 16', Parallaxis altitudinis ☽ 52',49". Parallaxis longitudinis 40', 18". Parallaxis latitudinis 34', 8" in Austrum. Ergo centrum ☽ videbatur in gr. 3. 25'. 30" ♊, cum latitudine austrina, gr. 2, 25', 19". Differentia igitur longitudinum centri Lunæ & *Stellæ* erat scr. 1', 3", & differentia latitudinum scrup. 11', 11"; itaq; Stella distabat à centro ☽ 11', 14". Sed Semidiameter ☽ continebat 15', 22", ergo ☽ cum cornu austrino obtexerat oculum boreum ♉, haud aliter quam Doctissimus *Ismael Bullialdus Parisiis* observavit.

28. Anno Christi 1644, Decembris die 29. hor. 9, 10. vesperi, conspeximus *Luffenhamiæ*, *Palilicium* à boreali *Lunæ* parte fuisse obtectum.

Palilicium à borea parte Lunæ obtectum.

Tempus medium erat *Londini* hor. 9. 18', 22", & tunc fuit verus Locus Solis in gr. 19. 9', 18" ♑

LUNÆ	S.	gr.	'	"		S.	gr.	'	"
Medius motus	2	4	5	36	Anom. correcta	6	25	37	34
Apogæum	7	9	53	7	subt.	1	17	1	48
Anomalia media	6	24	12	29	Anom. Synodica	5	8	35	46
Prostaphæresis add.		2	5	30	Log. chordæ Evection.				207658
Anomalia æquata	6	26	17	59	Log. dist. ☽ à centro				359004
Locus ☽ æquatus	2	6	11	6	Numerus Logarithm.				848654
Verus Locus Solis	9	19	9	18			gr.	'	"
Distantia ☽ à ☉	4	17	1	48	Reflectio subt.		0	40	25
Duplicata distantia	9	4	3	36	Evectio subt.		0	39	11
Reflectio subt.			40	25	Æquatio ☽ 2. subt.		1	19	36
Anomalia correcta	6	25	37	34	Vera ☽ Lat.		5	7	8
Æquatio 2. subt.		1	19	36	Med. Cœl. in eclipt.		9	54	♊
Locus ☽ in Orbita	2	4	51	30	Angulus Meridian		81	29	0
Nodus Boreus	5	0	35	41	Alt. M.C. *Luffenham.*		59	21	0
Anomalia latitudin.	9	4	15	49	Altitudo ☽		53	20	18
Reductio add.			1	2	Altitud. 90 in orb. ☽		54	54	0
Locus ☽ verus	♊	4	52	32	Horizontalis Paral. ☽			60	32

Ex

Ex præmissis emergit Angulus Parallacticus gr. 74. 13', & Parallaxis altitudinis Lunæ 36', 40"; itaq; dabitur Parallaxis longitudinis 9', 58" in Occasum, & Parallaxis latitudinis 35', 17", in Austrum; quare Lunæ Centrum conspiciebatur in gr. 4. 42', 34" ♊, cum latitudine austrina gr. 5. 42'. 25". Palilicium verò erat in gr. 4. 49', 12" ♊, cum latitudine austrina gr. 5. 31', differentia igitur longitudinum erat 6'. 38", differentia latitudinum 11'. 25", & proinde Stella distabat à Centro Lunæ 13'. 13". Semidiameter autem Lunæ continebat 16', 41", cooperuerat igitur ☽ *Palilicium*, ut conspici non posset, omnibus modis ut *Lossenbamiæ* observavimus.

Altera Observatio à nobis facta.

29. Anno Christi 1661, die 3. Maii, hor. 11. vesperi, videmus *Lossenbamiæ*, Stellam Saturni à boreali & supremo Lunæ margine fuisse obtectam, ita ut aliquo exiguo temporis spatio à nobis (oculo nudo) non conspiceretur.

Verus locus Solis (respectu Terræ) erat tunc temporis in gr. 23. 29'. 44" ♉, & Logarithmus distantiæ 500558.

Calculus loci Saturni.

SATURNI	S.	gr.	'	"	
Medius motus.	7	16	38	12	
Aphelium	8	27	20	44	Logarithmus ♄ 599826
Anomalia media	10	19	7	28	Reduct. 1', 26" ad. curtat. 31
Prosthaphæresis add.		4	5	48	Scrup. proport 52', 10".
Locus Heliocentricus	7	20	44	0	Logarithmi ⊙ 500558
Nodus Boreus	3	21	8	52	♄ 595795
Anomalia Latitudinis	3	29	35	8	Num. Logarithm. 900763
Reductio add.			1	26	Hinc reperitur Paral. Orb. annui in Saturno gr. 0. 18', 10". subtr.
Locus reductus	7	20	45	26	
Locus verus Solis	1	23	29	44	Maxima ♄ latitudo Geocentric.
Anomalia Orbis	6	2	44	18	gr. 2. 47'. dabitur itaq; vera lat.
Parallaxis Orbis sub.		0.	18	10	♄ Geocent. gr. 2. 25', 12" bor.
Verus Locus ♄	♏	20	27	16	

Calculus Loci Lunæ.

LUNÆ	S.	gr.	'	"		S.	gr.	'	"
Medius motus	7	24	49	50	Anom. Correcta	2	5	14	49
Apogæum	5	14	54	24	Subt.	2	26	44	5
Anomalia media	2	9	55	26	Anomal. Synod.	11	8	39	44
Prosthaphæresis sub.		4	36	1	Log. Chordæ Evect.				099860
Anomalia æquata	2	5	19	25	Log. distantiæ				361442
Locus ☽ æquatus	7	20	13	49	Numerus Logarithm.				738418
Locus Solis	1	23	29	44			gr.	'	"
Distantia ☽ à ⊙.	5	26	44	5	Reflectio subt.		0	4	36
Duplicata distantia	11	23	28	10	Evectio add.		0	3	8
Reflectio Subt.			4	36	Æquatio secund. subt.		0	1	28
Anomalia correcta	2	5	14	49	Lat. ☽ vera S. A.		2	54	57
Æquatio secunda Subt.			1	28	Declinatio ☽		15	0	0
Locus ☽ in Orbita	7	20	12	21	Ascensio rect.		228	27	0
Nodus Boreus	6	14	30	8	Paral. ☽ Horizon.			57	13
Anomalia Latitudinis	1	5	42	13	Altitudo ☽		21	29	37
Reductio subt.			6	39	Paral. ☽ in circ. alt.			53	34
Locus ☽ verus	♏	20	5	42					

Datur

Datur etiam ad hoc tempus.

Ascensio Recta Medii Cœli gr. 216, 5′, Medium Cœli in Ecliptica gr. 8. 28′ ♏, angulus meridianus, gr. 71. 10′. angulus Eclipticæ & Horizontis, gr. 29. 22′, Gradus Nonagesimus, gr. 1. 9′ ♎, altitudo Orbitæ ☽ in Nonagesimo gr. 28. 12′, Distantia ☽ à Nonagesimo, gr. 48, 57′; Altitudo ☽ gr. 21, 29′, 37″. Hinc dabitur angulus Parallacticus, gr. 17, 41′, Parallaxis longitudinis 17′, 44″ in Ortum, Parallaxis latitudinis 50′, 33″ in Austrum, ac proinde Centrum ☽ conspiciebatur in gr. 20, 23′, 26″ ♏, cum latitudine gr. 2. 4′, 24″; sed Saturnus tunc tenebat gr. 20, 27′, 16″ ♏, cum latitudine gr. 2, 25′, 12″. Differentia itaq; longitudinum fuit 3′, 50″, & differentia latitudinum 20′, 48″; quare distantia Saturni à centro ☽ erat 21′, 8″. Sed quoniam Refractio attollebat Lunam circiter 5′, (ut vult *T. Brahæus*) distantia Centrorum non ultra Lunæ Semidiametrum se extendit, ac propterea borealis Lunæ limbus tetigit Saturnum, ut evincit noster calculus; sed proculdubio erat ☽ Refractio aliquot scrupulis major (nempe 2′ vel 3′) *Refractione Tychonicá*, ut postea declarabimus in Sect. 7, & 8, sequentibus.

30. Anno Christi 1663, die 5. Februarii, hor. 5. 54′ *Luffenhamiæ*, conspeximus illustrem Conjunctionem superioris cornu *Lunæ* cum *Aldeboran*, quando ☽ non procul fuit à Quadratura. Stella à nobis visa est superare cornu Lunæ Scrup. 3′. Tertia observ. ab authore facta an. 1663.

Tempus medium erat Londini hor. 5. 56′, quo tempore verus locus Solis fuit in gr. 27. 14′, 39″ ♒.

LUNÆ	S.	gr.	′	″		S.	gr.	′	″
Medius motus	2	4	33	44	Anom. correcta	6	8	34	9
Apogæum	7	26	31	18	Sub.		8	2	1
Anomalia media	6	8	2	26	Anom. Synod	6	0	32	8
Æquatio add.			42	56	Log. Chordæ Evect.	223876			
Anomalia æquata	6	8	45	22	Log. dist. ☽ à centro	358837			
Locus ☽ æquatus	2	5	16	40	Numerus Logarithm.	865039			
Locus Solis	10	27	14	39			gr.	′	″
Distantia ☽ à ☉	3	8	2	1	Reflectio sube.		0	11	13
Duplicata distantia	6	16	4	2	Evectio add.		0	1	30
Reflectio sub.			11	13	Æquatio ☽ 2. sub.		0	9	43
Anomalia correcta	6	8	34	9	Lat. ☽ vera M. A.		5	15	16
Æquat. 2. sube.			9	43	Med. Cœl. in Ecl.		28	0	♉
Locus ☽ in Orbita	2	5	6	57	Angulus Merid.		77	0	0
Nodus Boreus	5	10	27	45	Ang. M.C. Luffenh.		57	7	0
Anomalia latitudinis	8	24	39	12	Alt. 90. in orb. ☽		53	5	0
Reductio sube.			1	17	Dist. ☽ à Nonag.		1	10	0
Locus ☽ in Ecliptica	♊	5	5	40	Horizont. Paral. ☽		1	0	45

Ergo Parallaxis Lunæ in longitudinem fuit 1′, 0″ subtrahenda, & in latitudinem 36′, 29″ addenda, itaq; Centrum Lunæ videbatur in gr. 5. 4′, 40″ ♊, cum latitudine austrina, gr. 5, 51′, 45″, Semidiameter ☽ erat 16′, 44″. Ergo latitudo cornu borei Lunæ gr. 5. 35′, 1″ austrina. Stella autem erat in gr. 5. 4′, 27″ ♊, cum latit. gr. 5. 31′; distabat itaq; Aldeboran à boreo cornu Lunæ 4′, 1″, prout nos observavimus *Luffenhamiæ*,

§. IV.

Collatio locorum Planetarum observatorum, cum Tabulis nostris Astronomicis.

OBSERVATIONES *Verorum Motuum quinque Planetarum* ♄, ♃, ♂, ♀, ☿, *secundum Longitudinem & Latitudinem; & primum* SATURNI.

Observatio Saturni antiquissima, per veteres *Assyrios* habita, anno ante natum Christ. 229. prim. die Martii.

1. PRimùm accipiemus Considerationem antiquissimam per Veteres *Assyrios*, vel *Ægyptios* factam, anno *NABONASSARI* 519. Mensis Tibi apud *Ægyptios* 14, Hor. 6. vesperi; quo tempore observatus est *SATURNI* Congressus cum Stella sequente sub australi humero *Virginis*, à quâ duobus digitis, ille erat australior. Et quandoquidem firmata fuit hæc animadversio secundum verificationem, & in ea non est dubitatio, ut refert *Ptol. Lib.* 11. *Cap.* 7. *Operis Magni*; itaq; calculum illius, ex Tabulis nostris subjiciemus.

SOLIS.	S.	gr.	'	''	
Medius motus Solis	11	5	49	13	
Apogæum	2	4	25	0	Log. ☉ 500036
Anomalia media	9	1	24	13	
Prosthaphæresis add.		2	2	45	
Verus locus Solis	♓	7	51	58	

SATURNI	S.	gr.	'	''	
Medius motus ♄	5	2	42	22	Logarithmus 598785
Aphelium	7	15	28	26	Red. 1', 14'' subt. Curtat. 35
Anomalia media	9	17	19	56	Scrup. proport. 55', 6''.
Prosthaphæresis add.		6	9	5	Logarithmi ☉ 500036
Locus ♄ à ☉ in Ellipsi	5	8	51	27	Logarithmi ♄ 598750
Nodus Boreus	3	2	10	35	Numerus Logarithm. 901286
Argumentum latitudinis	2	6	40	52	
Reductio subr.			1	14	Cum Anom. Orb. sub columnel-
Locus Heliocentricus	5	8	50	13	la Numeri Logarithm. colligitur
Locus verus Solis	11	7	51	58	(ex tab.) Paral. Orb. annui in ♄
Anomalia Orbis	5	29	1	45	gr. 0. 6', 48'' addenda.
Parallaxis add.		0	6	48	Maxima lat. ♄ Geoc g. 2. 47' 0''
Locus Geocentricus	♍	8	57	1	Lat. quæsita Borea. g. 2. 53. 37

Locus fixæ sub australi humero *Virginis* tunc tenebat gr. 8. 56', 57'' ♍, cum latitudine borea, gr. 2. 50', differentia igitur longitudinum est 0', 6', & differentia latitudinum 16', 23''; Ideoq; conjunctus fuit ♄ cum fixa secundum longitudinem à qua erat etiam australior duobus digitis, nam per contractionem visûs, quadrans unius gradûs ultra duos digitos rarò se extendit, ut certum est in omnibus istiusmodi Observationibus.

Observatio à *Walthero Norimbergæ* habita, an. 1481.

2. Anno Christi 1481. die 22, Octobris, ante exortum Solis, ferè ad unam horam, *BERNARDUS WALTHERUS Norimbergæ* observavit *Saturnum* & *Mercurium* distantes inter se non ultra Diametrum Lunæ ex parte longitudinis, latitudinem vero utriusq; eandem fuisse. Erat dies 21 Octobr. hor. 17. 23. *Londini.*

Locus Solis tunc fuit in gr. 7. 51'. 56'' ♏, ejusq; Logarithmus 499555.
Locus ☿ in gr. 19. 1', 17'' ♎, cum latitudine borea, gr. 2. 12' 51.''

SATURNI

SATURNI	S. gr. ′ ″	
Medius motus ♄	6 10 4 59	Logarithmus ♄ 598755
Aphelium	8 23 30 28	Reductio o′.11″ subt. curr. 41
Anomalia media	9 16 34 31	Scrup. proport. 55′, 56″.
Prosthaphæresis add.	6 10 52	
Locus ♄ à ☉ in Ecliptica.	6 16 15 51	Logarithmi { ☉ 499555 ; ♄ 558714 }
Nodus Boreus	3 19 20 42	Numerus Logar. 90c841
Argumentum latit.	2 26 55 9	Ergo,
Reductio Subtr.	0 11	Dabitur Paral. Orbis annui in
Locus Heliocentricus	6 16 15 40	Saturno gr. 1, 57′ 42″ add.
Locus Solis	7 7 51 56	
Anomalia Orbis	0 21 36 16	Lat. max. (ex Anom Orbis &
Parallaxis add.	1 57 42	Num. Log) colligitur gr. 2. 17′.
Locus Geocentricus	♎ 18 13 22	Ergo L. ♄ quæs. erit g. 2. 16′, 51″

Erat ☿ in gr. 19. 1′, 17″ ♎, cum latitudine borea gr. 2. 12′, 51″, Latitudo igitur utriusq; eadem proximè fuerat, attamen distabant inter se ex parte longitudinis 47′ 55″, quæ Diametro Lunæ majores sunt nonnihil, sed nudo oculo facta est Observatio; & certum est, quod distantiæ Stellarum apparentes in tanta vicinitate semper minores videntur, quàm revera sint ob radiorum explicationes, ut in omnibus Observationibus hujus ſeemodi experimur, quemadmodum Doctiss. *Bullialdus*, qui nunquam satis laudabitur, annotat.

ALIARUM OBSERVATIONUM HUJUS PLANETÆ Synopsis; in qua ejus loca tum secundum Longitudinem, tum Latitudinem, juxta Tabulas nostras repræsentantur. Tempore ad Meridianum LONDINI reducto. Observat. 12. à D. *Tychone* & aliis factæ.

Temp. Datum Londini. Nu.	An.	Mens.	Dies Ho. ′	Loc. Sol. ex Tabulis. S. gr. ′ ″	Lon. ♄ observ. S. gr. ′	Lat ♄ observ. Gr ′	Locus ♄ ex Tabulis S. gr. ′ ″	Lat. ♄ ex tab. Gr ′ ″	Diff. Long. ′ ″	Diff. Latit. ′ ″
1	1587	Jan.	9 8 53	♐ 29 26 7	♈ 26 8	2 28 M	♈ 26 8 0	2 26 50	0 0	1−10
2	1590	Feb.	8 7 8	♓ 0 2 19	♊ 7 32	1 30 M	♊ 7 34 22	1 31 39	2+22	1+39
3	1590	Sept.	7 11 8	♍ 24 29 39	♊ 28 6	1 11 M	♊ 28 9 32	1 11 57	3+32	0+57
4	1591	Dec.	9 11 58	♐ 27 41 9	♋ 10 21	0 33 M	♋ 10 20 14	0 33 27	0−45	0+27
5	1591	Mart.	17 6 38	♈ 6 37 40	♊ 22 43	0 56 M	♊ 22 44 2	0 54 0	1+ 2	1−54
6	1594	Dec.	10 6 58	♐ 28 46 9	♌ 24 30	1 18 B	♌ 24 28 9	1 17 54	1−51	0− 6
7	1595	Nov.	25 16 8	♐ 13 25 55	♍ 7 55	1 42 B	♍ 7 56 38	1 41 14	1+38	0−46
8	1596	Mai.	5 8 8	♉ 25 2 45	♍ 1 25	Non obs.	♍ 1 21 43	1 52 9	3−17	0 0
9	1600	Jan.	25 15 38	♒ 15 49 24	♎ 28 31	2 37 B	♎ 28 32 50	2 35 25	1+50	1−35
10	1600	Feb.	11 15 8	♓ 2 57 30	♎ 28 19	2 43 B	♎ 28 20 39	2 40 20	1+39	2−40
11	1639	Nov.	4 7 8	♏ 22 11 58	♒ 12 38	Non obs	♒ 12 39 53	1 8 27	1+53	0 0
12	1640	Oct.	2 8 8	♎ 19 53 50	♒ 23 57	Non obs	♒ 23 59 29	1 38 18	2+29	0 0

15. Anno Christi 1628. die 23. Junii, circa mediam noctem *Saturnus* visus est *Gandavi Flandriæ*, conjunctus Stellæ sub australi Virginis humero, quoad longitudinem, sed australior esse scrupulis circiter 25′. ut observavit *Martinus Hortensius*. Vide Observat. *Astron. Thesaurum Ph. Lansbergii*, fol. 162. Observatio *Martini Hortensii*, anno 1628.

Verus locus Solis tunc erat in gr. 12. 11,′ 4″ ♋, Logarithmus 500769.

SATURNI	S.	gr.	′	″	
Medius motus ♄.	6	4	36	2	
Aphelium	8	26	46	45	Logarithmus 598398
Anomalia simplex	9	7	49	17	Reduct. 0′, 34″ sub. curtat. 40
Prosthaphæresis add		6	27	7	Scrup. proport 59′, 8″.
Locus Heliocentricus	6	11	3	9	Logarithmi ☉ 500764
Nodus Boreus	3	20	49	4	Logarithmi ♄ 598358
					Num. Logarithm. 902411
Argument. Latitudinis	2	20	14	5	Cum Anom. Orb. & Num. Log.
Reductio sub.			0	34	ingredior Tab. Parallaxeos orb.
Locus ♄ reductus	6	11	2	35	annui, & invenio Par. gr. 6. 1′ 9″.
Locus verus Solis	3	12	11	4	Subt. Lat. maxima gr. 2. 29″.
Anomalia Orbis	9	1	8	29	Ut 60′ ad lat. max. gr. 2. 29′. ita
Parallaxis sub.		6	1	9	scr. prop. 59′, 8″ ad lat. ♄ veram,
Locus ♄ Geocentricus	♎	5	1	26	gr. 2. 26′, 51″. boream.

Locus fixæ erat in gr. 4. 58′, 19″ ♎, & latitudo gr. 2, 50′ borea, differentia igitur longitudinum est 3′, 7″, & differentia latitudinum 23′, 9″, ergo tenuit *Saturnus* eandem proximè longitudinem cum fixa, & latitudinem 25′ fere minorem, quemadmodum rectè observavit Doctissimus Vir *Martinus Hortensius*.

Observatio D. Bullialdi Parisiis facta, anno 1640.

16. Anno Christi 1640, die 12. Octobris, horis 8, cum scrupulis aliquot, visus à Doctiss. *Bullialdo Parisiis*, *Saturnus* in Meridiano distare à Stella iv. magnitudinis, quæ pertinet ad clunes Aquarii 26′, quantum inter latera, boreum & austrinum quadranguli Pleiadum intercipitur, erant in eodem verticali, fixa est in gr. 23, 46′, 9″, cum latitudine austrina, gr. 2. 0′, Saturnus erat Stella borealior. Ex angulo itaq; Meridiani cum Zodiaco, & distantia Saturni à Stella, habetur locus Planetæ in gr. 23. 56′ ♒, & latitudo austrina, gr. 1. 36′, 40″. Tubo optico facta Observatio.

Fuit tunc temporis verus locis Solis in gr. 19. 53′, 35″ ♎. Logarithmus 499809.

SATURNI	S.	gr.	′	″	
Medius motus ♄	11	4	47	56	Logarithmus 598975
Aphelium	8	27	3	12	Red 1′. 38″. subt. Curt: 15
Anomalia media	2	7	44	44	Scrup. proport 36′. 53″.
Prosthaphæresis sub.		5	55	57	Logarithmi ☉ 499809
Locus Heliocentricus	10	28	51	59	Logarithmi ♄ 598960
Nodus Boreus	3	20	56	28	Numerus Logarithm. 900849
Anomalia Latitudinis	7	7	55	31	
Reductio subt.			1	38	Ergo ex tab. datur Paral. orb.
Locus ♄ à ☉ in Ecliptica	10	28	50	21	annui in ♄, gr. 4. 51′, 0″, subt.
Verus Locus ☉	6	19	53	35	
Anomalia Orbis	7	21	3	14	Lat. ♄ maxima Geoc. gr. 2. 40′.
Parallaxis subt.		4	51	0	Hinc datur
Locus Geocentricus	♒	23	59	21	Lat. ♄ gr. 1. 38′ 21 austrina.

Differentia igitur longitudinis est 3′, 21″, differentia latitudinis 1′, 41″. *Keplerus* vero habet ♄ in gr. 24, 5′ ♒, excedens Cœlum 9′.

17. Anno

17. Anno Christi 1657, die Januarii 1. Hor. 6. A. M. vidimus *Saturnum* in gr. 5. 50′ ♎, nam eodem tempore observavimus ♄ à Stella, quæ est vii. Asterismi ♍, & secunda quatuor in ala sinistra Virginis, descessisse penes longitudinem 27′ circitèr; erat fixa tunc temporis in gr. 5. 22′, 18″ ♎, fuit itaq; Saturnus in gr. 5. 49′, vel 50′ ♎. Observatio ♄ à nobis habita anno 1657.

Erat verus locus Solis in gr. 21, 39′, 9″ ♑, Logarithmus 499246.

SATURNI	S	gr.	′	″	
Medius motus ♄	5	23	35	12	Logarithmus 597898
Aphelium	8	27	24	55	Reductio 2′, 8″ sub. curt. 36
Anomalia media	8	26	10	17	Scrup. proport. 56′. 2″.
Prosthaphæresis add.		6	35	18	Logarith- { ☉ 499246
Locus Heliocentricus	6	0	10	30	mi { ♄ 597862
Nodus Boreus	3	21	6	15	Numerus Logarithmic 901384
Anomalia Latitudinis	2	9	4	15	Ergo dabitur Paral. Orb annui
Reductio subt.			1	8	in ♄, gr. 5. 42′, 4″. add.
Locus ♄ à ☉ in Ellipsi	6	0	9	22	
Verus Locus Solis	9	21	39	9	Maxima ♄ lat. Geoc. g. 2.35′.
Anomalia Orbis	3	21	29	47	Ut 60′, ad g. 2, 35′, ita 56′ 2″
Parallaxis add.		5	42	4	ad veram lat ♄ bor. g. 2. 25′.
Locus Geocentricus	♎	5	51	26	

Datur ergo ex Tabulis nostris locus ♄ verus in gr. 5. 51′. 26″ ♎, qui ab Observatione vix dissentit.

§. V.

Observationes Stellæ Jovis.

1. ANno 45. *Dionysiano* die 10. *Virguinionis*, sed à morte *Alexandri* 83, die 18. Mensis, qui ab *Egyptiis* [illegible] vocabatur, manè, visa est Jovis Stella matutina occultare *Asellum Austrinum*, Ptol. lib. 11. cap. 2. Asellus Austrinus à Stella Jovis matutina obtectus, anno *Alexand.* 83.

Hoc est Anno *Alexandri* 83, die 17 *Epiphi*, hor. 14. 13′. sub *Meridiano Londinensi*. In Sexagenis vero, 8″, 24′, 7°. 35′, 32″, 30‴, quibus congruunt hi motus.

Verus locus Solis gr. 7. 26′, 55″ ♍. Logarithmus 499946.

Longitudo vera Aselli Austrini in gr. 7. 19′, 47″ ♋. Latitudo gr. 0, 4′ Austrina.

JOVIS

JOVIS	S.	gr.	'	"	
Medius motus ♃	2	22	59	19	Logarithmus 572733
Aphelium	4	26	37	14	Reduct. o'. 2" add. curt. o
Anomalia media	9	26	22	5	Scrup. proport. 2', 37".
Prostaphæresis add.		4	47	35	Logarithmi ⊙ 499946
Locus ♃ à ⊙ in Ellipsi	2	27	46	54	♃ 572723
Nodus Boreus	3	0	17	9	Numerus Logarithm. 927223
Anomalia latitudin.	11	27	29	45	Ergo data est Paral. orb. annui
Reductio add.			0	2	in ♃, gr. 9. 21'. 0" addenda.
Locus Heliocentricus	2	27	46	56	
Locus ⊙	5	7	26	55	Lat. maxima, gr. 1. 15', 13"
Anomalia Orbis	2	9	39	59	Ergo vera ♃ lat. Geocent. erat
Parallaxis add.		9	21	0	gr. 0. 3', 17" austrina.
Locus Geocentricus	♋	7	7	56	

Distabant igitur Planeta & fixa in longitudine 11'. 51", in latitudine 0', 43"; ergo videtur ♃ illam Stellam occultare non corpore, sed radiis ejus diffusis in tantula distantia, ita ut supponenda est Conjunctio, cum adhuc instaret, & hoc magis elucescerit, cum consideremus Conjunctionem ♃ & *Cordis* ♌, quam proximo in loco inferemus.

Anno Christi 508. die 27 Sept. mane, visa est stella ♃ à corde ♌ quasi tribus digitis Boream versus.

2. Doctissimus & ingeniosissimus Vir *Ismael Bullialdus*, nunquam sufficientèr laudatus, in libro 7. Astronomiæ Philolaicæ, memorat antiquissimam Observationem Stellæ ♃, & Cordis ♌, quam invenit in lib. M. S. *Bibliothecæ Regis Christianissimi*, quæ facta fuit anno *Diocletiani* 225. Thoth die 30, quando Stella ♃ visa est ita proxima cordi ♌, ut ab ipso tribus digitis Boream versus distiterit, & tunc ab illa fixa minimum distare apparuit. Erat annus Christi 508. Septemb. die 27, manè, Astronomicè vero Sept. 26. hor. 14. 6'. respectu *Meridiani Londinensis*, cui debentur hi motus.

Verus locus Solis fuit tunc temporis in gr. 5. 48', 50" ♎. Logar. 499741.

JOVIS	S.	gr.	'	"	
Medius motus ♃	3	26	23	51	Logarithmus 573180
Aphelium	5	13	20	23	Red. 0', 24". subt. curt. 2
Anomalia media	10	13	3	28	Scrup. proport. 27'. 29".
Prosthaphæresis add.		3	51	43	Logarithmi ⊙ 499741
Locus ♃ à ⊙ in Ellipsi.	4	0	15	34	♃ 573178
Nodus Boreus	3	2	51	17	Numerus Logarithm. 926563
Anomalia latit.	0	27	16	17	Erit igitur Parallaxis orb. annui
Reductio sub.			0	24	in ♃ gr. 8. 51'. 33" addenda.
Locus Heliocentricus	4	0	15	10	
Locus Solis	6	5	48	50	Lat. ♃ maxima g. 1. 15'. de qua sumo part. proport. scrup. pro-
Anomalia Orbis	2	5	33	40	port. 27'. 29" congruentem, &
Parallaxis add.		8	51	33	nascetur ♃ latitudo gr. 0. 34'.
Locus Geocentricus	♌	9	6	43	21" borea.

Longitudo Cordis ♌ tunc fuit in gr. 8. 58' ♌, cum latitudine borea 26'. 30", ita ut differentia longitudinum esset 8'. 43", & differentia latitudinum 7'. 51"; ac proinde ♃ distabat à Stella quasi digitis tribus Boream versus, omnibus modis, ut refert Observator.

3. Inter

3. Inter Obſervationes B. *Waltheri Norimbergenſis* reperitur hæc ſubſequens Obſervatio facta anno 1488, Octobris die 8, qua ita ſe habet; *Dum medium Cœli fuerat gr.* 8. ♑, viz. *in Occaſu Solis; habuit Sol gr.* 23 31′ ♎. *Luna gr.* 9 ♐. *Item Medio Cœli exiſtente gr.* 13. ♑, ♃ *ut prius in* ♓ *gr.* 13. 20′, *Latitudo ejus Meridiana, gr.* 1. *Item informata* ♈ *in principio* ♉, *habuit Latitudinem Septentrionalem, gr.* 10. 10′. *Aldebaran gr.* 1 40′ ♊, *cum Latitudine Meridiana, gr.* 5. 0′.

Obſervatio loci Jovis à *B. Walthero* facta, anno 1488.

Jupiter itaq; præceſſit Oculum ♉, S. 2. gr. 18, 20′, & ſequebatur *Solem*, S. 4. gr. 19, 49′, & quia ☉ vero ſuo motu juxta Tabulas noſtras erat in g. 24. 34′, 52″ ♎, ſequitur, ut locus ♃ (reſpectu loci Solis) deberet incidere in gr. 14. 24′ ♓, cum quo ejus diſtantia ab oculo ♉ intra 6′ etiam convenit.

Verus Solis locus fuit tunc temporis in gr. 24. 34′, 52″ ♎, ejus Logarithmus 499715.

Calculus loci Jovis.

JOVIS.	Sig.	gr.	′	″	
Medius motus ♃	11	23	3	56	Logarithmus 569658
Aphelium	6	5	14	37	Reduct. 0′, 15″ ſub. Curt. 11
Anomalia media	5	17	49	19	Scrup. proport. 58′, 2″.
Proſthaphæreſis ſubt.		1	13	18	Logarith- { ☉ 499715
Locus ♃ à ☉ in Ellipſi	11	21	50	38	mi { ♃ 569647
Nodus Boreus	3	6	31	40	Numerus Logarithmic. 930068
Anomalia Latitudinis	8	15	18	58	Ex numero Logar. & orb. anom.
Reductio ſubt.			0	15	reperitur Paral. Orb. annui in
Locus Heliocentricus	11	21	50	23	♃, gr. 7. 23′. 58″, ſubt.
Verus locus Solis	6	24	34	52	Max. ♃ lat. Geocent. gr. 1. 37′,
Anomalia Orbis	7	2	44	29	10″.
Parallaxis ſubt.		7	23	58	Lat. ♃ quæſ. gr. 1. 34′, 3″, au-
Locus Geocentricus	♓	14	26	25	ſtrina.

Vix aliter quam *Bernhardus Waltherus* obſervavit *Norimbergæ*.

Collatio

Collatio Locorum JOVIS Observatorum cum Tabulis nostris Britannicis.

Observationes veri loci stellæ ♃ sexdecim.

Temp. Londini. Nu. An. Mens. Dies Ho.	Loc. ♃ observ. S. gr. ′	Lat. ♃ observ. Gr ′	Locus ♃ ex Tabulis S. gr. ′ ″	Lat. ♃ ex tab. Gr ′ ″	Diff. Long. ′ ″	Diff. Latit. ′ ″
1 1587 Jan. 14 7 8	♋ 7 19	0 8 B	♋ 7 17 29	0 9 7	1−31	1+ 7
2 1589 Jan. 29 12 21	♍ 15 43½	1 28½ B	♍ 15 45 22	1 28 23	2+14	0+13
3 1590 Jan. 24 15 34	♎ 17 46	1 28½ B	♎ 17 50 1	1 30 0	4+ 1	1+53
4 1591 Jan. 29 16 0	♏ 17 9½	1 12 B	♏ 17 10 13	1 12 24	0+40	0+24
5 1591 Apr. 14 10 8	♏ 14 16	1 23½ B	♏ 14 20 55	1 21 21	4+55	2− 7
6 1593 Sep. 28 7 8	♑ 13 56	0 25 M	♑ 13 58 32	0 26 0	2+32	1+ 0
7 1597 Sept. 13 14 10	♊ 16 9	0 45 M	♊ 16 5 39	0 40 8	3−21	1+ 8
8 1598 Dec. 28 11 0	♋ 14 40	0 13 B	♋ 14 29 50	0 14 24	0−10	1+24
9 1600 Mart. 5 9 8	♌ 12 33½	1 6¼ B	♌ 12 35 28	1 4 44	2+ 8	2− 0
10 1623 Oct. 2 17 0	♌ 24 40	0 36 B	♌ 24 42 28	0 47 0	2+28	11+ 0
11 1634 Apr. 2 8 22	♊ 25 53	0 4 M	♊ 25 52 2	0 1 40	0−58	2−20
12 1634 Nov. 24 10 0	♌ 3 36	0 14 B	♌ 3 32 51	0 29 18	3− 9	15+18
13 1637 Jul. 6 9 0	♍ 29 36	1 18 B	♍ 29 32 3	1 16 57	3−57	1− 3
14 1639 Aug. 21 7 52	♏ 28 10	0 41 B	♏ 28 13 58	0 37 49	3+58	3−11
15 1653 Aug. 21 10 40	♒ 8 57	0 59 M	♒ 8 57 12	1 0 15	0+12	1+15
16 1653 Oct. 23 8 50	♒ 8 55	0 57 M	♒ 8 52 27	0 56 40	3−33	0−20

An. 1627. Stella suprema, quæ est in fronte ♏ occultata fermè fuit à ♃.

20. Anno Christi 1627, die 25 Aprilis, Pater meus *Vincentius Wing, Luffenhamiæ*, observavit *Jovem*, supremam in fronte ♏ obtexisse. *Lansbergius* vero ex Observatione *Hortensii*, colligit quòd ♃ eodem tempore distabat quasi 5′ à dicta Stella ad occasum. *Lansbergius in Observat. Astron. Thesauro*, fol. 164.

Ad quod quidem tempus invenio verum Solis locum in gr. 15. 2′, 53″ ♉, longitudinem vero supremæ Stellæ in fronte ♏, gr. 27, 57′, 50″ ♏, & latitudinem, gr. 1. 5. boream.

JOVIS.	S. gr. ′ ″
Medius motus ♃.	7 29 40 44
Aphelium	6 8 20 24
Anomalia æqualis	1 21 20 20
Prosthaphæresis subt.	4 8 23
Locus ♃ à ☉ in Ellipsi	7 25 32 21
Nodus Boreus	3 7 1 42
Anomalia Latitudinis	4 18 30 39
Reductio sub.	0 29
Locus Heliocentricus	7 25 32 50
Locus verus Solis	1 15 2 53
Anomalia Orbis	5 19 30 3
Parallaxis add.	2 24 40
Locus Geocentricus	♏ 27 57 30

Logarithmus 573070
Reduct. 0′, 29″ sub. curtat. 5
Scrup. proport. 39′, 45″.
Logarithmi { ☉ 500480
{ ♃ 573065
Num. Logarithm. 927415
Emergit itaq; Parallaxis orbis Telluris in ♃ gr. 2. 24′, 40″ addenda.
Lat. ♃ maxima gr. 1. 40′ bor.
Ergo dabitur vera lat. ♃ borea g. 1. 6′, 15″.

21. Anno

21. Anno Christi 1639. die 3. Junii, vesperi, *Laurentius Eichstadius Stetini vet. Pomeranorum*, videbat jubar *Jovis* clarum, supremam & borealem in fronte ♏, quæ est Stella secundæ magnitudinis, occultasse, etiamsi non fuerit centralis Synodus, ut illi testantur, qui Telescopio hanc occultationem Supremæ in fronte ♏, à Jove factam, notarunt. Observatio *Laurentii Eichstadii* habita, 1639

Verus locus Solis tunc temporis erat in gr. 22, 24′, 34″ ♊. Logar. 500750

JOVIS	S	gr.	′	″	
Medius motus ♃	8	7	16	14	Logarithmus 572870
Aphelium	6	8	36	38	Reduct. 0′. 27″ add. curt. 4
Anomalia media	1	28	39	36	Scrup, proport. 33′, 50″.
Prosthaphæresis subt.		4	33	5	Logarith-{ ☉ 500750
Locus ♃ à ☉ in Ellipsi	8	2	43	9	mi } ♃ 572866
Nodus Boreus	3	7	4	19	Numerus Logarithm. 927084
Anomalia latitudin.	4	25	38	50	Paral. orb. annui in ♃, gr. 4.
Reductio add.			•	27	27′. 22″ subtrahenda.
Locus Heliocentricus	8.	2	43	36	
Locus ☉	2,	22	24	34	Lat. maxima, gr. 1. 39′, 20″
Anomalia Orbis	6	19	40	58	Ergo lat. quæsita gr. 0. 56′
Parallaxis subt.		4	27	22	1″ Borea.
Locus Geocentricus	♏	28	16	14	

Longitudo supremæ in fronte ♏, fuit in gr. 28. 8′, 1″ ♏, latitudo gr. 1. 5. borea; differentia igitur longitudinum stellæ fixæ & ♃, erat 8′ 13″, & differentia latitudinum 8′ 59″; erat itaq; suprema & borealis in fronte ♏, sub fulgentibus ♃ radiis occulta. Omnibus modis ut *Eichstadius* conspexit.

22. Anno 1653, die 21 Augusti, hor. 10. 40′ vesperi, conspeximus ♃ stellam præcedere Stellam xix. ♑, tribus digitis ex parte longitudinis, australioremq; esse vix integrâ Lunæ Semidiametro. Observatio loci Stellæ ♃ à nobis facta, anno Christi 1653.

Verus locus Solis tunc fuit in gr. 8, 38′, 23″ ♍. & Logar. 500355.

JOVIS	S.	gr.	′	″	
Medius motus ♃	10	18	58	0	Logarithmus 570438
Aphelium	6	8	55	41	Reductio 0′. 28″ sub. curt. 4
Anomalia media	4	10	2	19	Scrup. proport. 36′, 31″.
Prosthaphæresis sub.		4	20	44	
Locus ♃ à ☉ in Ellipsi.	10	14	37	16	Logarith-{ ☉ 500355
Nodus Boreus	3	7	7	24	mi { ♃ 570434
Argumentum latit.	7	7	29	52	Numerus Logar. 929921
Reductio subt.			0	28	Dabitur itaq; Paral. Orbis annui in ♃ gr. 5, 39′ 36″ subtr.
Locus Heliocentricus	10	14	36	48	
Locus Solis	5	8	38	23	Ex Anom. orb. sub num. Logar.
Anomalia Orbis	6	24	1	35	datur Lat. Max. gr. 1. 39′:
Parallaxis subt.		5	39	36	Lat. itaq; quæs. gr. 1. 0′ 15″
Locus Geocentricus	♒	8	57	12	australina.

Stella xix ♑ (quæ est duarum in dorso anterior) tunc tenebat gr. 9. 4′ 59″ ♒, cum latitudine gr. 0. 29 austrina, antecessit itaq; ♃ locum stellæ scrup. 7′ 48″, id est, digitis 3, & erat australior 31′ 15″, quanta etiam fuit Semidiametrus Lunæ, quemadmodum *Lassenbamiæ* observavimus.

Obſervatio ♃ & Aſelli auſtr. 1659, à nobis habita.

23. Anno Chriſti 1659, die 1. Martii, hor. 8 56′ veſperi, conſpeximus *Luſſenhamiæ Jovis* Stellam in Meridiano diſtantem ab Aſello Auſtrali ad occaſum, reſpectu Culminationis palmo quaſi uno, vel paulo plus, nempe 14′. & tanta judicavimus Aſcenſionem rectam ♃, loci minorem eſſe aſcenſione recta Stellæ; diſtabatq; ♃ à Stella ad Boream verſus, vix uno gradu.

Verus locus Solis tunc fuit in gr. 21. 23′, 17″ ♓, & Logarithmus 499785

JOVIS	S.	gr.	′	″	
Medius motus ♃	4	6	42	57	Logarithmus 572763
Aphelium	6	9	3	7	Red. 27″. ſubt. curt. 4
Anomalia media	9	27	39	50	Serup. proport. 33′. 48″.
Proſthaphæreſis add.		4	44	2	Logarithmi ☉ 499785
Locus ♃ à ☉ in Ellipti.	4	11	26	59	Logarithmi ♃ 572759
Nodus Boreus	3	7	8	36	Numerus Logarithm. 927026
Argumentum latitudinis	1	4	18	23	Erit igitur Parallaxis orb. annui
Reductio ſub.			0	27	in ♃ gr. 7. 56′. 51″ ſubt.
Locus Heliocentricus	4	11	26	32	
Locus Solis	11	21	23	17	Lat. ♃ maxima g. 1. 34′. 42″.
Anomalia Orbis	7	9	56	45	Latitudo quæſita, gr. 0.53′.21″ borea.
Parallaxis ſubt.	0	7	56	51	Ergo Aſcenſio recta ♃ fuit gr.
Locus Geocentricus	♌	3	29	41	126. 2′.

Locus Aſelli auſtralis tunc fuit in gr. 3. 56′ 37″ ♌, cum latitudine borea gr. 0 4′; ergo ſecundum Probl. 1. Cap. 2. Lib. 3. reperitur Aſcenſio ejus recta, gr. 120. 17′, ex quibus ſi auferatur 14′, quia anteceſſit ♃ Stellam, relinquitur Aſcenſio recta ♃, gr. 126. 3′, & quoniam differentia longitudinis ♃ & Stellæ fuit 26′ 56″, & latitudinum 49′ 21″, proinde Stellæ inter ſe diſtabant ſcrupul. 56′, i. e. unius quaſi gradus, quemadmodum nos obſervavimus.

Obſervatio altera à nobis facta, anno 1661.

24. Anno Chriſti 1661, die 12. Aprilis, hor. à Meridie 10. 20′, vidimus *Jovem* cum Stella 7. in Aſteriſmo ♍ fere culminantem; nam quando ♃ lineam meridianam tetigit, tunc fixa præcedebat centrum Stellæ ♃; in antecedentia Signorum [illegible]′ 30″, & tantam judicavimus ♃ aſcenſionem ſuperare aſcenſionem Stellæ rectam, ſed erat ♃ inferior Stella gr. 1. $\frac{2}{3}$.

JOVIS	S.	gr.	′	″	
Medius motus ♃	6	10	58	45	Logarithmus ♃ 573763
Aphelium	6	9	5	56	Reductio 0′. 5″ add. curt. 12
Anomalia media	0	1	52	49	Scrup. proport. 59′, 53″.
Proſthaphæreſis			10	15	
Locus ♃ à ☉ in Ellipſi.	6	10	48	30	Logarithmi ☉ 500336
Nodus Boreus	3	7	9	3	Logarithmi ♃ 573751
Anomalia latit.	3	3	39	27	Numerus Logar. 926585
Reductio add.			0	5	Ergo,
Locus Heliocentricus	6	10	48	35	Data eſt Paral. Orbis annui in ♃ gr. 4, 50′ 28″ ſubtr.
Locus Solis	1	3	12	24	
Anomalia Orbis	6	22	23	49	Max. Lat. ♃ Geoc. gr. 1. 38′ 0″:
Parallaxis ſubt.		4	50	28	Latit. quæſ. bor. g. 1. 37′ 49″.
Locus Geocentricus	♎	5	58	7	

Fuit locus Stellæ in gr. 5. 25′ 55″ ♍, latitudo gr. 2. 50′. borea, datur itaq; Aſcen-

Ascensio Stellæ recta gr. 186. 6', quare habetur Ascensio recta ♃ gr. 186. 7' $\frac{1}{2}$. Hinc ex data Ascensione ♃ recta, & ejus latitudine gr. 1. 38', datur locus ♃ in gr. 5. 58' $\frac{1}{2}$, cum quo Calculus noster ad amussim convenit.

§. VI.

Observationes Stellæ Martis.

1. ANno *Nabonassari* 476. die 20 *Athyr*, in diluculo vigesimi primi, stella *Martis* matutina videbatur apposita, seu adjuncta boreali fronti ♏, *Ptol.* lib. 10. *Almagesti*, cap. 9.

Anno Nabon. 476. die 21. manè, Mensis Athyr, videbatur Stella Martis apposita fuisse Boreali fronti ♏.

Tempus hujus Considerationis erat anno *Nabonassari* 476. die 20 *Athyr*, hor. 14. 24'. sub Meridiano Londinensi; hoc est Sexagenæ dierum 48'' 10' Dies 55. 36' 0'', quibus debentur hi motus subsequentes.

Verus motus Solis erat in gr. 24. 54' 31'' ♑, & Logarithmus 499506.
Fuit autem *Borealissima frontis* in gr. 2. 48' 2'' ♏, & lat. gr. 1. 42 borea.

MARTIS	S	gr.	'	''
Medius motus ♂	6	4	6	21
Aphelium	3	21	3	49
Anomalia media	2	13	2	32
Prosthaphæresis subt.		9	46	13
Locus Heliocentricus	5	24	20	8
Nodus Boreus	0	24	2	50
Argumentum Latitudinis	5	0	17	18
Reductio add.			0	47
Locus Heliocentricus reduct.	5	24	20	55
Verus Locus Solis	9	24	54	11
Anomalia Orbis	4	0	33	36
Parallaxis Orb. add.	1	8	25	8
Locus ♂ Geocentricus	♏	2	46	3

Logarithmus ♂ 519764
Reductio 0' 47'' add. curt. 6
Scrup. proport. 29'. 44''.
Logarithmi ⊙ 499506
Logarithmi ♂ 519758 subt.
Numerus Logar. 979748

Ergo dabitur Paral. Orb. annui in ♂, gr. 38. 25', 8''. add.

Lat. Maxima. gr. 2. 8' 0''
Lat. ♂ Geocent. bor. 1. 3 26

Fuit igitur differentia longitudinum *Martis* & *fixæ* 2' 39'', & differentia latitudinum 38' 34''. Apposita ergo erat Stella ♂ ad borealissimam in fronte ♏, quemadmodum *Alexandriæ* fuit observata.

2. Anno *Diocletiani* 214. *Pachon* die 6, quæ in ♐ progrediebatur, hora noctis secunda, erat Stella ♂ ita juncta stellæ ♃, ut nullo intervallo à se distarent. Hanc observationem adducit *Bullialdus* ex *Codice* M. S. *Græco Bibliothecæ Regis Christianissimi*, quæ ita se habet, ἴδον ἐκεῖ Ἄρην σιδ' ἀπὸ Διοκλητιανοῦ παχὼν ς β. τῆς ὥρας νυκτερινῆ διὰ τὸν ἀστέρα ἐφαπτόμενον τῷ Διὸς ὡς μηδὲν αὐτῶν εἶναι μεταξύ. Accidit hæc Conjunctio anno Christi 498. Maii die 1. hor. 7. 6'. *Londini*.

Anno Christi 498. erat stella ♂ ita juncta Stellæ ♃, ut nullo intervallo distarent.

Fuit tunc temporis verus locus Solis in gr. 12. 11' 15'' ♉, & Log. 500632.

Verus locus ♃ erat in gr. 0. 29' 0'' ♍, & ejus Logarithmus Cort. 573752

MARTIS.	sig.	gr.	'	"	
Medius motus ♂	6	17	40	32	Logarithmus ♂ 519885
Aphelium	4	6	37	59	Reduct 42" add Curt. sub. 4
Anomalia media	2	11	2	33	Scrup. proport. 25', 39".
Prosthaphæresis subt		9	37	24	Logarith- ☉ 500632
Locus Heliocentricus	6	8	2	58	mi ♂ 519881 sub
Nodus Boreus	1	3	21	59	Numerus Logarith 980751
Argumentum Latitudinis	5	4	40	59	Erit ergo Paral Orb. annui in
Reductio add.			0	42	♂ gr. 37. 32'. 37", subt.
Locus ♂ reductus	6	8	3	40	
Verus locus Solis	1	12	11	15	gr. ' "
Anomalia Orbis	7	4	7	35	Lat. Maxima 3. 8' 2
Parallaxis Orb.	1	7	32	37	Lat. ♂ Geoc. bor. 1 20 23
Locus Geocentricus ♂	♍	0	31	3	

Differentia itaq; longitudinum ♃ & ♂ fuit 2' 3", & differentia latitudinum 1' 26", & proinde Stellæ inter se distabant 2', quæ æqualis est eorum Semidiametris, ita ut duo isti Planetæ invicem se tetigerunt; omnibus modis ut *Athenis* conspectum fuit.

Anno Christi 509. die 13. Jun. post Solis occasum, Stella ♂ attigit ♃ stellam

3. Aliam horum Planetarum observationem ex eodem M. S. *Græco Codice*, adducit *Bullialdus*, lib. 8. *Astron. Philolaic.* fol. 327. τῇ αὐτῇ ἐν Παϋνὶ ιθ' μετὰ δυσμὰς ἡλίου ὁ τοῦ ἄρεως συνῆψε τῷ τοῦ Διὸς ὡς δοκεῖν αὐτῷ διεστάναι εἰς μὲν τὰ προηγούμενα δακτύλω α' πρὸς δὲ νότον δακτύλους β'. &c. [Anno eodem 225. Pauni 19. post Solis occasum Stella ♂ attigit ♃ stellam, ita ut ab ipsa distare videretur in antecedentia digito uno, in Austrum digitis duobus, quamvis numeri Canonis, & magnæ Syntaxeos, istos duos Planetas ostenderent in eadem parte ejusdem mensis die 23, quando longè admodum à se invicem distantes visi sunt.] Cadit itaq; observatio in annum Christi 509, diem 13 Junii, hor. 8. 8', respectu Meridiani *Londinensis*, quo tempore locus Solis verus juxta Tabolas nostras erat in gr. 23. 32' 45" ♊, & ejus Logarithmus 500767. Verus locus ♃ fuit in gr. 12. 9' 41" ♌, Logar. Curt. 573583. Latitudo gr. 0. 53' 56" borea.

MARTIS	S.	gr.	'	"	
Medius motus ♂	5	15	56	48	Logarithmus 521429
Aphelium	4	6	51	30	Red. 50" add. Curt. 15. sub.
Anomalia	1	9	5	18	Scrup. proport. 48', 20".
Prosthaphæresis subt.		6	7	50	Logarith- ☉ 500767
Locus Heliocentricus	5	9	48	58	mi ♂ 521414 subt.
Nodus Boreus	1	3	30	4	Numerus Logarithm. 979748
Argumentum latitudinis	4	6	18	54	
Reductio add.			0	50	Erit itaq; Parallaxis Orbis tel-
Locus Heliocent. Red.	5	9	49	48	luris in ♂ gr. 27. 45' 23". au-
Locus verus Solis	2	23	32	45	ferenda. gr. ' "
Anomalia Orbis	9	13	42	57	Lat. Maxima Geoc. 1 25 45
Parallaxis subt.		27	45	23	Lat. vera Borea. 1 9 4
Locus ♂ Geocentricus	♌	12	4	25	

Locus ♃ Geocentricus erat in gr. 12 9' 41" ♌, cum latitudine gr. 0 53' 56" borea, & locus ♂ in gr. 12 4' 25", cum latitudine gr. 1. 9' 4" borea; hinc liquet apparentem distantiam ♂ à ♃ fuisse in antecedentia Signorum digito uno, versus plagam borealem duobus, ideo verba in hunc modum legenda censeo, πρὸς δὲ ἄρκτον δακτύλους β'. Nullo pacto aliter, quia in priori Conjunctione

ctione ♃ ♂ anno 498 (quæ hanc antecessit tantùm undecim annorum spatio) latitudo ♃ ad amussim observationi consentit, atq; etiam ulterius confi-matur ab applicatione ♃ ad Cor ♌ Anno 508. Neq; ullus error fieri potest quoad locum ♃ Nodi, cujus si fieret depressio, ea saltem ad 20 grad. facienda, qualem quidem prior Ecliptica Conjunctio ♃ ♂ nullo pacto velit admittere, adeo ut certò concludamus quòd prout ♂ distabat à ♃ uno digito in antecedentia, ita ♃ distabat à ♂ duobus digitis Austrum versus.

4. Anno Christi 1170, die 13 Septembris, circa mediam noctem duo Planetæ, nempe ♃ & ♂ ita conjuncti fuêre, ut nullo pene intervallo à se distarent, sed illicò apparuerunt. Vide *Gervasii Chronicon*, & *Astronomiam Carolinam Thomæ Streetii*, pag. 107. Anno 1170 Stella ♂ demò attigit Jovis stellam.

Verus locus Solis tunc fuit in gr. 27, 15′ 52″ ♍, ejus Logarithm. 500004. Locus ♃ in gr. 11. 12′ 11″ ♊. Logar. Curt. 570669. Latitudo vera gr. 0. 50′ 33″ Austrina.

MARTIS.	S. gr. ′ ″	
Medius motus ♂.	0 20 28 46	
Aphelium	4 20 14 30	Logarithmus ♂ 516559
Anomalia media	8 0 14 16	Reductio 21″ ad. curtat. 1
Prosthaphæresis add	9 43 46	Scrup. proport 11′, 45″.
Locus Heliocentricus	1 0 12 32	Logarithmi ☉ 500004
Nodus Boreus	1 11 30 41	♂ 516558
Argument. Latitudinis	11 18 41 51	Num. Logarithm. 983446
Reductio ad.	0 21	Hinc reperitur Parallaxis orbis
Locus reductus	1 0 12 53	annui in ♂ gr. 41. 2′ 32″ add.
Locus verus Solis	5 27 15 52	gr. 1′ ″
Anomalia Orbis	4 27 2 59	Lat. maxima Geocent. 3 16 11
Parallaxis add.	1 11 2 32	Lat. Geocent. Austr. 0 38 25
Locus ♂ Geocentricus	♊ 11 15 25	

Differentia itaq; longitudinum ♃ & ♂ erat scrup. 3′ 14″, & differentia latitudinum, scrup. 12′ 8″, ac proinde distabant inter se scrup. 12′ 46″, quæ animadversioni quam proximè consentiunt.

5. Anno 1462, die 15 Septembris, hor. quasi 4. manè, *Joannes Regiomontanus* Stellam *Martis* conspexit inter vii. & viii. ♌ tanquam in linea recta cum eis, distabat autem ab viii, scilicet *Corde* ♌, secundum quantitatem Diametri Solis fere versus Septentrionem. Observatio *Regiomontani* anno 1462.

Erat tunc temporis verus Solis locus in gr. 0. 33′, 33″ ♎, Logarithmus 500024.

MARTIS	S.	gr.	′	″	
Medius motus ♂	3	24	42	47	Logarithmus ♂ 521675
Aphelium	4	26	9	5	Reduct. 0′ 29″ subt. curt. 22
Anomalia media	10	28	33	42	Scrup. Proport. 57′ 52.
Prosthaphæresis add.		5	2	3	Logarithmi ☉ 500024
					♂ 521653
Locus ♂ in Ellipsi	3	29	44	50	
Nodus Boreus	1	15	2	58	Numerus Logarithm. 978371
Argumentum latitudinis	2	14	41	52	Cum quo & Anomaliâ Orbis, reperitur Paral. Orbis Telluris in ♂ gr. 22. 15′ 11″ addenda.
Reductio subt.			0	29	
Locus Heliocentricus	3	29	44	21	
Locus Solis	6	0	33	33	gr. ′ ″
Anomalia Orbis	2	0	49	12	Lat. ♂ max. Bor. 1 19 31
Parallaxis add.		22	15	11	Lat. vera Geocent. bo. 1 16 41
Locus ♂ Geocent.	♌	21	59	32	

Fuit tunc vii Stella ♌ australis 3 in collo, in gr. 20.23′ 24 ♌, cum latitudine borea, gr. 4. 52″. Et erat Cor ♌ in gr. 22. 20′ 24″ ejusdem Signi, cum latitudine borea 26′ 30″, ergo ♂ tenuit gr. 21′ 59″ ♌, nam,

Ut differentia latitudinum fixarum gr. 4. 25′ 30″, ad differentiam longitudinum gr. 1 57′, ita differentia latitudinum ♂, & primæ fixæ Stellæ gr. 3. 35′ 19″, ad differentiam longitudinum, gr. 1 34′ 55″. Ergo dabitur longitudo ♂ in gr. 21 58′ 19″ ♌, omnino prorsus observationi consentanea.

Altera Observatio *Regiomontani.*

6. Eodem Anno 1462, Octobris 16 die. hor. 11. ab occasu Solis, i. e. die 15 Octobris, hor. 15. P. M. Meridiano *Londinensi*, *Joannes Regiomontanus* observavit ♂ distare à Stella 24 ♌, Diametris 4. Veneris juxta visum. Quo tempore verus locus Solis fuit in gr. 1. 21′ 6″ ♏, & ejus Logarithmus 499626.

MARTIS:	S.	gr.	′	″	
Medius motus ♂	4	10	57	33	Logarithmus ♂ 522028
Aphelium	4	26	9	11	Reductio 0′ 2″ Subt. curt. 23
Anomalia media	11	14	48	22	Scrup. Proport. 59′ 58″
Prosthaphæresis add.		2	30	12	Logarithmi ☉ 499626
Locus ♂ in Ellipsi	4	13	27	45	♂ 522005
Nodus Boreus	11	5	3	2	Numerus Logarithm. 977621
Argumentum latit.	2	28	24	43	
Reductio subt.			0	2	Dabitur itaq; Parallaxis annui
Locus Heliocentric.	4	13	27	43	Orbis in ♂ gr. 27. 25′ 57″ add.
Locus Solis	7	1	21	6	
Anomalia Orbis	2	17	53	23	Lat. max. g. 1. 27′ 20″ ergo in-
Parallaxis add.		27	25	57	venitur lat. ♂ vera g. 1. 27′ 17″
Locus ♂ Geocentricus	♍	10	53	40	borea.

Locus fixæ erat in gr. 11. 11′ 58″ ♍, cum latitudine gr. 1. 40. borea. Si autem accipiamus cum D. *BULLIALDO*, 6 Diametros Veneris propter explicationem Radiorum, & distantiam Stellæ *MARTIS* à Stella 24. Leonis, scrup. 15′, cadet verus locus ♂ Geocentricus in gr. 10. 56′ 58″ Virginis, qui solummodo recedit à nostro Calculo 3′ 18″, nullius prorsus momenti, præcipuè quando facta fuit Observatio duntaxat nudo oculo.

Observatio ♄ & ♂ an. 1479. habita à *B. Walthero.*

7. Anno Christi 1472. die 30. Octobris, horâ 4, matutinâ, *BERNARDUS WALTHERUS* animadvertit *NORIMBERGÆ*, *Saturnum* distare à *Marte* Septentrionem versus uno quasi gradu. Vide observata *Bernardi Waltheri.*

Verus

Verus Locus Solis tunc temporis fuit in gr. 15. 19′ 11″ ♏, & ejus Logarithmus 499476.

Verus locus ♄ erat in gr. 26. 53′ 5″ ♍, Logarithmus, 597702, & vera latitudo Geocentrica, gr. 2. 5′ 43″ borea.

MARTIS	S.	gr.	′	″	
Medius motus ♂	5	2	15	6	Logarithmus ♂ 522120
Aphelium	4	26	29	52	Reduct. 30″ ad. curt. 21 subt.
Anomalia media	0	5	45	14	Scrup. Proport. 57′ 39″.
Prosthaphæresis subt.		0	57	17	Logarithmi ☉ 499476
Locus ♂ in Ellipsi	5	1	17	49	♂ 522099
Nodus Boreus	1	15	15	25	Numerus Logarithm. 977377
Anomalia latit.	3	16	2	24	Ex Anomalia Orbis & numero
Reductio add.			0	30	Logarithmico, elicitur Paral. or-
Locus Heliocentricus	5	1	18	19	bis annui in ♂ gr. 26. 8′ 27″
Locus verus Solis	7	15	19	11	addend.
Anomalia Orbis	2	14	0	52	gr. ′ ″
Parallaxis add.		26	8	27	Lat. ♂ max. 1 25 37 bor.
Locus Geocent.	♍	27	26	46	Lat. quæsita 1 22 15 bor.

Locus *Saturni* erat in gr. 26. 53′ 5″ ♍, cum latitudine borea, gr. 2. 5′ 43″. & loc. ♂ in gr. 27. 26′ 46″ ejusdem Signi, cum latitudine borea, gr. 1. 22′ 15″. Differentia igitur longitudinum fuit 33′ 41″ & differentia latitudinum 43′ 28″; distabat itaq; *Saturnus* à *Marte* Septentrionem versus 55′ hoc est, gradum quasi unum, ut observavit *Bernardus Waltherus.*

Quoniam vero hæ Observationes non satis accuratè instituuntur, haud alias earundem inseremus, pedetentim autem ad scrutinium aliarum nuperiùs à *Mæstlino*, *Keplero*, *Tychone*, & aliis observatarum deveniemus.

8. Annò Christi 1591. die 9. Januarii manè, *Michael Mæstlinus* & *Joannes Keplerus* viderunt *Tubingæ*, totum ♃ à ♂ coopertum; nam color ♂ igneus rutilans arguebat eum inferiorem esse, *Kepler.* in *Astron. Opt.* pag. 305. Anno 1591. totus ♃ occultatus est à ♂.

Tempus Observationis erat annus 1591. dies 8. Januarii, hor. 17. 44′, astronomicè sub Meridiano *Londinensi*, quo tempore Sol vero suo motu tenebat gr. 28. 49′ 13″ ♑.

Verus locus ♃ Geocentricus fuit in gr. 15. 6′ 55″ ♏. Logarith. 573508 Latitudo gr. 1. 9′ 36″ borea.

MARTIS

MARTIS.	S.	gr.	'	"
Medius motus ♂	6	16	53	18
Aphelium	4	28	44	56
Anomalia media	1	18	8	22
Prosthaphæresis subt.		7	19	9
Locus ♂ in Ellipsi	6	9	34	9
Nodus Boreus	1	16	36	15
Argumentum latit.	4	22	57	54
Reductio add.				50
Locus Heliocentric.	6	9	34	59
Locus Solis	9	28	49	13
Anomalia Orbis	3	19	14	14
Parallaxis add.	1	5	32	27
Locus ♂ Geocentricus	♏.	15	7	20

Logarithmus 521072
Reductio 50″ Subt. curt. 8
Scrup. Proport. 36′ 8″
Logarithmi { ☉ 499282 ; ♂ 521064 }
Numerus Logarithm. 978218

Ex anomalia Orb. sub num. Logarithm. colligitur Paral. Orbis annui in ♂ gr. 35. 32′ 27″ add. & max. Lat. Geocen gr. 1. 53′ 1″. Ergo datur Lat. ♂ quæs. bor. gr. 1. 8′4″

Differunt ergo ♃ & ♂ in longitudine o′ 31″, in latitudine 1′ 32″, ita ut omnino secundum hunc calculum ♃ à ♂ totus tectus fuerat, quemadmodum *Mæstlinus* & *Keplerus* conspexerunt.

Error Phil. Lansbergii.

PHILIPPUS LANSBERGIUS in Observationum Astronomicarum Thesauro, fol. 171. refert hanc *JOVIS* & *MARTIS* conjunctionem ad diem octavum Januarii, contra apertam *MOESTLINI* & *KEPLERI* assertionem, qui eam collocant ad diem nonam, cui Calculus noster ad amussim consentit, ut appareat in Paradigmate priori; sed ne ultra decipiantur Lectores suavibus *Lansbergii* verbis, & magnis pollicitationibus, volo ut Librum ante annos 20, à *JOANNE PHOCYLIDE* editum inspicerent, in quo ejus errores omnibus manifestè conspicerentur.

Collatio

Collatio Observationum Stellæ MARTIS à D. Tychone olim factarum, unà cum vero ejus loco secundum Tabulas nostras supputato.

Nu.	An.	Mens.	Dies	Ho.	′	Longit. ♂ media S G ′ ″	Anomalia ♂ S G ′ ″	Locus ♂ observatus S G ′	Locus ♂ ex Tabulis G ′ ″	Diff. ′ ″
1	1582	Nov.	23	15	8	2 21 23 29	9 22 48 27	♋ 26 38 30	♋ 26 38 58	0+20
2	1582	Dec.	26	7	38	3 8 31 20	11 9 55 12	♋ 17 40 30	♋ 17 36 3	4−27
3	1582	Dec.	30.	7	18	3 10 36 41	10 12 1 31	♋ 16 0 30	♋ 15 59 4	1−26
4	1583	Jan.	26	5	23	3 24 43 9	10 26 7 53	♋ 8 20 30	♋ 8 18 12	2−18
5	1584	Dec.	21	13	8	3 29 7 1	11 0 29 26	♍ 1 13 30	♍ 1 14 59	1+29
6	1585	Jan.	24	8	8	4 16 49 35	11 18 11 54	♌ 24 7 30	♌ 24 3 33	3−57
7	1585	Feb.	4	5	48	4 22 32 24	11 23 54 41	♌ 19 47 0	♌ 19 43 49	3−11
8	1585	Mar.	12	9	38	5 11 29 26	0 12 51 36	♌ 11 46 0	♌ 11 42 25	3−35
9	1585	Apr.	26	8	50	6 5 3 22	1 6 25 23	♌ 21 26 0	♌ 21 27 40	1+40
10	1585	Maii.	18	9	38	6 16 36 11	1 17 58 7	♍ 0 50 45	♍ 0 53 27	2+42
11	1586	Oct.	21	17	8	3 19 48 26	10 21 8 39	♍ 0 7 0	♍ 0 4 54	2−6
12	1586	Nov.	30	18	38	4 10 48 11	11 12 8 15	♍ 20 4 30	♍ 20 4 50	0+20
13	1586	Dec.	26	15	8	4 24 21 8	11 25 41 7	♍ 29 42 40	♍ 29 43 9	0+29
14	1587	Jan.	25	16	8	5 10 5 46	0 11 25 39	♎ 4 42 0	♎ 4 42 21	0+21
15	1587	Mart.	4	12	32	5 29 55 56	1 1 15 41	♍ 26 25 40	♍ 26 23 56	1−44
16	1587	Mart.	10	10	38	6 3 2 7	1 4 21 52	♍ 24 5 15	♍ 24 5 12	0−3
17	1587	Apr.	21	8	38	6 25 0 10	1 26 19 46	♍ 15 48 20	♍ 15 49 21	1+1
18	1588	Nov.	9	17	38	4 22 52 15	11 24 9 17	♍ 25 31 0	♍ 25 34 2	3+2
19	1588	Dec.	4	17	8	5 5 57 41	0 47 45 13	♎ 9 23 0	♎ 9 24 27	1+27
20	1588	Dec	14	17	18	5 11 12 22	0 12 29 57	♎ 14 35 40	♎ 14 38 24	2+44
21	1589	Mart.	8	15	32	6 25 11 21	1 26 28 40	♏ 12 16 50	♏ 12 14 24	2−26
22	1589	Apr.	13	10	23	7 13 56 36	2 15 13 48	♏ 4 43 20	♏ 4 45 23	2+3
23	1589	Apr.	15	11	13	7 15 0 36	2 16 17 48	♏ 3 58 20	♏ 4 0 54	2+34
24	1589	Maii	6	10	28	7 25 59 56	2 27 17 3	♎ 27 7 20	♎ 27 9 58	2+38
25	1589	Sept.	15	6	23	10 5 5 14	5 6 21 55	♐ 16 44 30	♐ 16 41 18	3−12
26	1589	Dec.	3	4	47	11 16 27 13	6 17 43 39	♒ 15 25 33	♒ 15 23 47	1−46
27	1590	Mart.	4	6	18	1 4 10 38	8 5 26 44	♓ 24 22 56	♈ 24 30 25	[illegible]−31
28	1590	Oct.	5	15	53	4 27 3 40	11 28 19 4	♍ 17 20 0	♍ 17 22 50	2+50
29	1590	Oct.	30	17	23	5 10 11 45	0 11 27 4	♎ 2 57 20	♎ 2 57 22	0+2
30	1591	Feb.	18	16	38	7 8 21 5	2 9 36 1	♐ 7 34 20	♐ 7 35 19	0+50
31	1591	Mai.	13	13	8	8 22 17 47	3 23 32 25	♑ 2 20 0	♑ 2 18 1	1−59
32	1591	Jun.	6	11	28	9 4 50 18	4 6 45	♐ 27 15 0	♐ 27 13 12	1−48
33	1591	Jun.	10	10	58	9 6 55 25	4 8 9 56	♐ 26 2 36	♐ 26 0 9	2−27
34	1591	Jun.	28	9	32	9 16 19 31	4 17 33 59	♐ 21 10 0	♐ 21 7 29	2−31
35	1591	Oct.	16	5	36	11 13 53 13	6 15 7 19	♒ 1 27 18	♒ 1 25 41	1−37
36	1592	Jan.	23	6	28	1 5 47 21	8 7 1 10	♈ 11 32 44	♈ 11 30 15	2−29
37	1593	Jul.	21	13	8	10 21 33 10	5 22 45 11	♓ 17 45 45	♓ 17 45 12	0−33
38	1593	Aug.	22	11	28	11 8 17 12	6 9 29 7	♓ 13 10 15	♓ 13 11 35	1+20
39	1593	Aug.	29	9	28	11 11 54 41	6 13 6 35	♓ 11 14 0	♓ 11 17 4	3+4
40	1593	Oct.	3	7	8	0 0 12 10	7 1 23 57	♓ 7 50 10	♓ 7 51 9	0+59
41	1555	Sept.	17	15	53	0 14 34 48	7 15 44 12	♉ 26 7 12	♉ 26 7 52	0+40
42	1595	Oct.	27	11	28	1 5 26 48	8 6 36 4	♉ 18 51 15	♉ 18 51 59	0+44
43	1595	Nov.	3	11	8	1 9 6 27	8 10 15 42	♉ 16 18 30	♉ 16 18 36	0+6
44	1595	Dec.	18	7	8	2 2 36 12	9 3 45 18	♉ 11 40 0	♉ 11 37 55	2−5
45	1596	Mart.	9	6	48	3 15 34 12	10 16 43 0	♊ 15 49 12	♊ 15 47 34	1−38
46	1600	Mart	6	5	26	4 29 38 3	0 0 42 1	♋ 29 18 30	♋ 29 15 55	2−35

Ecce mirabilis consensus Tabul. cum cœlo.

Obſervatio ♃ & ♂, an. 1644. à nobis facta.

55. Anno 1644, die 28 Julii, hor. 2. manè, obſervavimus *LUFFENHAMIÆ* Conjunctionem ♃ & ♂ in parte Cœli orientali, eratq; ♃ borealior digitis quaſi tribus.

Verus locus Solis tunc erat in gr. 14. 51′, 5″ ♌, Logarith. ⊙ 500602.

Locus ♃ Geocentricus in gr. 28. 17′ 4″ ♉, Logarithmus curt. 570023, vera latitudo Geocentrica, gr. 1. 0′ 53″ auſtrina.

MARTIS	S	gr.	′	″	
Medius motus ♂	0	7	5	34	Logarithmus 515128
Aphelium	4	29	49	56	Reductio 49″ add. curt. 7 ſub.
Anomalia media	7	7	15	38	Scrup. propert. 32′. 45″.
Proſthaphæreſis add.		7	3	49	Logarith-{⊙ 500602
Locus ♂ in Ellipſi	0	14	9	23	mi {♂ 515121
Nodus Boreus	1	17	15	10	Numerus Logar. 985481
Argumentum Latitudinis	10	26	54	13	
Reductio add.				49	Anom orb. ſub Ind. Num. Log.
Locus Heliocentricus	0	14	10	12	dat orb. Telluris Paral. in ♂ gr.
Verus Locus Solis	4	14	51	5	44. 7′ 38″ addend.
Anomalia Orbis	4	0	40	53	Eodem prorſus modo dabitur
Parallaxis add.	1	14	7	38	max. lat. ♂ Geoc. gr. 2.5,29 auſt
Locus ♂ Geocentricus	♉	28	17	50	Ergo lat. ♂ quæſ. gr. 1.8.30. auſt.

Differentia igitur longitudinum erat 0′ 46″, & differentia latitudinum 7′ 37″; itaq; diſtabat ♃ à ♂ Septentrionem verſus 7′ 39″, i. e. digitis quaſi tribus, quemadmo dum nos animadvertimus.

Obſervatio altera à nobis habita, anno 1644.

56. Eodem quoq; anno 1644. die Novembris 11, hor. 6. mane, conſpeximus *Luffenhamiæ*, Stellam *Martis* diſtare à Stella in boreali & ſupremo genu ♊, digitis quaſi quatuor ad auſtrum, inclinabatq; ille autem à fixa ad occaſum, reſpectu ſitus Zodiaci, ſecundum quantitatem unius digiti.

Locus Solis verus erat in gr. 29 31′ 59″ ♏, & ejus Logarithmus 499373

MARTIS.	Sig.	gr.	′	″	
Medius motus ♂	2	2	43	54	Logarithmus 518854
Aphelium	4	29	50	17	Reduct. 4 3″. ſubt. Curt. 4
Anomalia media	9	2	53	37	Scrup. proport. 26′, 15″.
Proſthaphæreſis add.		10	28	35	Logarith-{⊙ 499373
Locus ♂ à ⊙ in Ellipſi	2	13	12	29	mi {♂ 518850
Nodus Boreus	1	17	15	23	Numerus Logarith. 980523
Argumentum Latitudinis	0	25	57	6	Ergo data eſt Paral. Orb. annul
Reductio ſubt.				43	in ♂ gr. 21. 41′ 12″, add. ut ex
Locus Heliocentricus	2	13	11	46	propria tabula colligitur.
Verus locus Solis	7	29	31	59	
Anomalia Orbis	5	16	20	13	Lat. Max. Geoc. gr. 4. 31′ 32″.
Parallaxis add.		21	41	12	Lat. ♂ quæſ. bor. 1.58 47
Locus Geocentricus ♂	♋	4	52	58	

Stella fixa erat in gr. 4. 58′ 36″ ♋, cum latitudine borea, gr. 2, 11′, diſtabat itaq; ♂ à Stella ad Auſtrum verſus 13′ 27″, vel digitis 4. inclinans ad occaſum quantitate unius digiti, quemadmodum *Luffenhamiæ* nos obſervavimus.

57. Anno

57. Anno 1588. die 17. Octobris, circitèr septimam matutinam, apparuit *Tychoni* visibilis ☌ ♃ ♂ (ut memorat *Eichstadius*, fol. 160. *Tab. Harm.*) nam linea recta per illos Planetas ducta in stellam Polarem, vel paulò infra, non enim licuit propter auroram adeo accuratè rem discernere. *Jupiter* autem meridionalior fuit ipso *Marte* ad quantitatem Diametri Lunæ. Observatio ☌ ♃ ♂ Tychonica, an. 1588

Tunc erat verus locus Solis in gr. 3. 54′ 27″ ♏, Logar. 499622, verus locus ♃ in gr. 11, 35′ 0″ ♍, cum latitudine borea, gr. 1, 1′ 37″.

MARTIS	S. gr. ′ ″		
Medius motus ♂	4 10 18 14	Logarithmus	521978
Aphelium	4 28 42 12	Reduct. 5″ sub.	Curt. 23
Anomalia media	11 11 36 2	Scrup. proport. 59′, 54″.	
Prosthaphæresis add.	3 1 10	Logarith- ☉	499622
Locus ♂ in Ellipsi	4 13 19 24	mi ♂	521955
Nodus Boreus	1 16 34 27	Numerus Logarithm.	977667
Argumentum latitudinis	2 26 44 47		
Reductio subt.	5	Ergo dab. Paral. Orbis annui in	
Locus Heliocentricus	4 13 19 19	♂ gr. 28. 15′ 22″ addend.	
Locus verus Solis	7 3 54 27		
Anomalia Orbis	2 20 35 8	Lat. Maxima gr. 1. 28′ 55″.	
Parallaxis add.	28 15 22	Lat. ♂ quæsita gr. 1. 28 46	
Locus Geocentricus	♍ 11 34 41		

Differentia itaq; longitudinum ♃ & ♂ erat 0′ 19″, & differentia Latitudinum, 27′ 9″, fuit ergo ♃ meridionalior ♂ ad quantitatem Diametri Lunæ. Et quoniam reperitur Ascensio recta ♃, gr. 163, 25′, & ascensio recta ♂, gr. 163. 35′; ergò recta linea per hos duos Planetas ducta, debet incidere paulò infra Stellam Polarem, quemadmodum habet Observatio.

§. VII.

Observationes Stellæ Veneris.

1. Anno *Nabonassari* 476. die 17 *Mesori*, horis à Meridie 17. Alexandriæ, *Timocharis* vidit Stellam *Veneris* occupasse Stellam, quæ nominatur præcedens quatuor illarum in ala sinistra ♍, cujus longitudo tunc erat in gr. 3. 1′ 48″ ♍, cum latitudine gr. 1. 25′ borea. *Ptolemæus*, lib. 10. cap. 4. *Operis Magni.*

Observatio Timocharidis, an. 272. ante Christum, quo tempore stella ♀ manè visa est comprehendisse, seu ut Theon exponit, obtenebrasse oppositam vindemiatrici, quæ in extremo Alæ austrinæ sita est.

Locus Solis verus erat tunc temporis in gr. 14. 56′ 57″ ♎, & Logarithmus 499480.

VENERIS	S.	gr.	′	″	
Medius motus ♀	2	27	9	7	Logarithmus ♀ 485667
Aphelium	8	12	7	37	Red. 2′ 45″ sub. curt. 22 subt.
Anomalia media	6	14	1	30	Scrup. Proport. 32′ 52″.
Prosthaphæresis add.			12	15	Logarithmi ♀ 485645
Locus ♀ in Ellipsi	2	27	21	22	Logarithmi ☉ 499480
Nodus Boreus	1	24	8	33	Numerus Logarithm. 986165
Argument. latit.	1	3	12	49	
Reductio subt.			2	45	
Locus Heliocentricus	2	27	18	37	Reperitur ergo Paral. orb. ♀ in
Locus verus Solis	6	14	56	57	Tellure gr. 41. 38′ 14″ subtr.
Anomalia Orbis	8	12	21	40	Lat. max. Geoc. gr. 2. 21′ 37″
Parallaxis subt.	1	11	38	14	Lat. ♀ quæs: B A. g. 1. 17 34
Locus Geocent.	♍	3	18	43	

Distabat itaq; *VENUS* à Stella scrup. 16′ 55″ in consequentia, ad Austrum vero scrup. 7. 26″, adeo ut videretur Stella, nudo oculo, sub radiis *VENERIS* affulgentibus latuisse. Et verba equidem *Ptolemai* non significant *VENEREM* obscuravisse Stellam illam, sed adsecutam fuisse, propterea non supponenda est ♀ tam præcisè juncta huic fixæ (ut verbis *Bullialdi* uteremur) cum certum sit explicationem fulgentium radiorum *Veneris* prius subtraxisse Stellam oculo, quam interpositus fuerit ille Planeta inter fixam & oculum *Timochsridis*; ut rectè observat Doctiss. *Ismael Bullialdus* in *Astron. Philolaic.* fol. 350.

THEONIS Observatio, anno Christi 132 facta.

2. Anno sexto decimo *ADRIANI*, seu 879 *NABONASSARI*, die 21. *Pharmuthi*, horâ 5. respectu Meridiani Londinensis, visa est *Venus* à *THEONE* Alexandrino Mathematico, præcedere lucidam Pleiadum secundum longitudinem Pleiadum, *Ptol.* lib. 10. *Almagesti*, cap. 1.

Locus Solis verus erat in gr. 17. 30′ 8″ ♓. Logar. 500082.

VENERIS	S.	gr.	′	″	
Medius motus ♀	4	11	38	43	Logarithmus ♀ 485769
Aphelium	8	22	59	32	Red. 1′ 34″. subt. curt. 69
Anomalia media	7	18	39	11	Scrup. proport. 57′. 40″.
Prosthaphæresis add.			37	54	Logarithmi ♀ 485700
Locus ♀ ex ☉.	4	12	16	37	Logarithmi ☉ 500082
Nodus Boreus	1	28	15	54	Numerus Logarithm. 985618
Argumentum latitudinis	2	14	0	43	
Reductio sub.			1	34	
Locus Heliocentricus	4	12	15	3	Parallaxis orb. ♀ in tellure gr.
Locus Solis	11	17	30	8	45. 3′ 57″ addenda.
Anomalia Orbis	4	24	44	55	Lat. max. ♀ Geoc. g. 4. 8′ 0″
Parallaxis add.	1	15	3	57	Latit. vera, gr. 3. 58′ 21″ Bor.
Locus Geocentricus	♉	2	34	5	

Lucida Pleiadum erat in gr. 3. 48′ 16″ ♉, cum latitudine borea, gr. 4. 8′ 0″; ergo *Venus* præcedebat Lucidam Pleiadum, gr. 1. 14′ 11″, secundum longitudinem *Pleiadum*, omnibus modis ut *Theon* observavit *Alexandriæ*. Nunc ad aliam observationem, quæ in libro M. S. *Bibliothecæ Regis Christianissimi* reperitur, properabimus.

3. Anno

3. Anno 226 *Diocletiani*, visa est *VENERIS* Stella præcedere *Jovis* stellam utplurimum digitis 20, vigesima octava verò sequi videbatur digitis 10. Penes latitudinem verò nulla differentia apparuit, oportuit certè juxta calculum *Ephemeridum*, ipsos cunctos cerni Planetas tricesima die Mensis, cum tamen tunc temporis longo intervallo discreti à se invicem apparuerint. Observatio ♃ & ♀ ex Græco M. S. libro Bibliothecæ Regis Christ. excerpta.

In Observatione ista mensis non est expressus, neenon dies primæ observationis, sed ex calculo Astronomico, & Tabulis *Ptolemæi*, evincitur contigisse horum 2 Planetarum congressus circa finem *Mesori*; constat enim hanc applicationem *Veneris* ad *Jovem* esse factam, diebus 25 & 28 mensis *Mesori*, anno à *Diocletiano* 226. ferè peracto. Hoc respondit anno Christi 510, diebus 18, & 21 Augusti, horis sub Meridiano *Londinensi* 6. reductis.

Ad diem 18. Augusti, hor. 6. verus locus Solis juxta Tabulas nostras erat in gr. 26. 35′ 5″ ♌, Logar. 500261.

VENERIS	S.	gr.	′	″
Medius motus ♀.	6	14	39	39
Aphelium	9	2	16	14
Anomalia media	9	12	23	25
Prosthaphæresis add			49	6
Locus ♀ à ☉ in Ellipsi	6	15	28	45
Nodus Boreus	2	2	8	32
Anomalia Latitudinis	4	13	20	13
Reductio ad.			2	59
Locus Heliocentricus	6	15	31	44
Locus verus Solis	4	26	35	5
Anomalia Orbis	1	18	56	39
Parallaxis add.		20	14	21
Locus ♀ Geocentricus	♍	16	49	26

Logarithmus ♀ 486047
Reductio 2′ 59″ ad. curtat. 40
Scrup. proport 43′, 39″.
Logarithmi } ♀ 486607 ; ☉ 500261
Num. Logarithm. 985746

Hinc reperitur Parallaxis orbis ♀ in tellure gr. 20. 14′ 21″ add.

	gr.	′	″
Lat. maxima Geocent.	1	32	35
Vera Lat. Borea.	1	7	21

Locus ♃ erat in gr. 18. 51′ 34″ ♍, cum latitudine borea, gr. 1. 8′. Die itaq; 25. antecedebat *Venus Jovem* scrup. 122′, die verò 28. sequebatur ipsum scrup. 62′. Excessus veri motus ♀ supra ♃ in tribus diebus est, gr. 3. 4′, qui faciunt digitos 30, propterea die 25 ♀ erat à ♃ dig. 20 in antecedentia, & die 28. dig. 10 in consequentia, ut habet Observatio.

Enumeratio Observationum VENERIS ad fixas à* Theone *&* Ptolemæo *olim factarum, unà cum loco* Solis, Veneris, *& hujus ab illo, evagatione (ut vult* Ptolemæus*) maxima.

Observationes ♀ sex antiquæ.

N.	Epochæ	A.	Menses.	D.	Moment.	Medius locus ☉. S.	gr.	′	Locus ♀ S	gr.	′	Digressio max. à ☉ Gr	′	
1	Adriani	12	Athyr	21	Manè seq.	♎	17	52	♍	0	20	47	32	M
2	Adriani	13	Epiphi	2	Manè seq.	♉	25	24	♈	10	36	44	48	M
3	Adriani	16	Pharm.	21	Vesperi	♓	14	15	♉	1	30	47	15	V
4	Adriani	21	Tibi	2	Vesperi	♏	25	30	♑	12	50	47	20	V
5	Adriani	21	Mechir	9	Vesperi	♑	2	4	♒	19	36	47	32	V
6	Anton.	4	Thoth	11	Manè seq.	♌	5	45	♊	18	30	47	15	M

Collatio

Collatio Observationum VENERIS præmissarum cum Tabulis nostris Astronomicis. Tempore ad Æram Christi, Meridianumq; Londinensem *reducto.*

Tempus medium Londini					Verus locus ☉				Verus locus ♀				Digressio ♀ à medio loco ☉			
Ann. Chr.	Menses	Dies	Hor.	′	S.	gr.	′	″	S	gr.	′	″	gr.	′	″	
127	Octob.	11	16	28	♎	17	24	29	♍	1	52	58	47	9	52	M.
129	Maii	19	15	18	♉	27	3	50	♈	12	7	18	44	27	58	M
132	Martii	8	6	22	♓	17	33	28	♉	2	36	42	47	5	18	V
136	Novem	18	5	22	♏	26	20	42	♑	12	15	57	45	24	49	V
136	Decem.	25	5	8	♑	4	7	42	♒	20	14	43	46	7	1	V
14c	Julii	29	15	20	♌	5	13	55	♊	24	44	34	46	9	22	M

10. Anno Christi 1494, die 19. Septembris, horâ 5 matutinâ, observata est ♀ *Norimbergæ* à *Bernardo Walthero*, distare à Corde ♌, ad Austrum, uno palmo, & ad occasum, scrup. 10. Distabant igitur Stellæ inter se scrup. 17′.

Verus locus Solis tunc fuit in gr. 4. 47′ 21″ ♎, Logar. 499977.

VENERIS	S.	gr.	′	″	
Medius motus ♀	2	14	0	15	Logarithmus 485744
Aphelium	9	26	23	49	Reductio 0′8″ Subt. curt. 0
Anomalia media	4	17	30	26	Scrup. Proport. 1′ 15″
Prosthaphæresis subt.			34	4	Logarithmi { ♀ 485744
Locus ♀ à ☉ in Ellipsi	2	13	26	11	{ ☉ 499977
Nodus Boreus	2	13	13	26	Numerus Logarithm. 985767
Argumentum latit.	0	1	12	45	Ergo energie Paral. Orb. ♀ in
Reductio subt.			0	8	Tellure gr. 42. 17′ 23″ auferenda.
Locus ♀ Heliocentric.	2	13	26	3	
Locus Solis	6	4	47	21	
Anomalia Orbis	8	8	38	42	max. Lat. Geoc. gr. 2. 26′ 15″.
Parallaxis subt.	1	12	17	13	Lat. vera Sept. Asc. gr. 0 3 3
Locus ♀ Geocentricus	♌	22	30	8	

Erat Cor ♌ in gr. 22. 47′ 19″ ♌, cum latitudine borea 26′ 30″; differentia igitur longitudinis erat 17′ 11″, & differentia latitudinis 23′ 27″. Dubia verò est ista observatio, cum nudo oculo fuit facta, nam certum est distantiam *Cordis* à *Venere* majorem tunc fuisse, quàm refert *Waltherus*, quoniam in tanta propinquitate Radii vibrati semper distantiam coarctant, ut in omnibus aliis hujuscemodi Observationibus comprobatum est; statuamus itaq; intervallum aliquot scrup. majorem 12′, & tunc faciemus distantiam scrup. 29′, quæ calculo nostro exactè respondit. Sed jam ad alias, quæ magis accuratè instituuntur, properamus.

Cor ♌ à ♀ coopertum, anno 1574. die 16. Sept.

11. Anno Christi 1574. die 16. *Septembris*, hor. 4. manè, *Michael Mæstlinus* conspexit *Cor Leonis* à *Venere* coopertum, *Kepler. in Astron. Optica*, pag. 305.

Erat tempus Observationis in *Meridiano Londinensi*, hor. 3. 22′ manè, quo tempore verus locus Solis fuit in gr. 2. 23′ 51″ ♎, Logar. 500028.

VENE-

VENERIS	S	gr.	′	″	
Medius motus ♀	2	24	30	27	Logarithmus 485713
Aphelium	9	28	21	28	Reduct. 1′. 8″ subt.. curt. 4
Anomalia media	4	26	8	59	Scrup. proport. 11′, 27″.
Prosthaphæresis subt.			28	10	Logarithmi ♀ 485709
Locus ♀ ex ☉	2	24	2	17	Logarithmi ☉ 500028
Nodus Boreus	2	13	2	35	Numerus Logarithm. 985681
Argument. latitudin.	0	10	59	42	Paral. orb. ♀ in Tellure erit gr.
Reductio subt.			1	8	38. 28′ 28″ subtrahenda.
Locus Heliocentricus	2	24	1	9	
Locus ☉	6	2	23	51	
Anomalia Orbis	8	21	37	18	Lat. max. Geoc. gr. 2. 7′, 45″.
Parallaxis subt.	1	8	28	28	Lat. quæs. Bor. gr. 0. 24 23
Locus Geocentricus	♌	23	55	23	

Erat Cor ♌ in gr. 23. 54′ 36″ ♌, cum latitudine borea 26′ 30″; differentia igitur longitudinum fuit scrup. 0′ 47″, & differentia latitudinum, ser. 2′ 7″. Diameter autem ♀ visa erat scrup. 3′. Obtexit ergo *Venus* Cor ♌, prout observavit *Mæstlinus*.

Anno 1590, die 3. Octobris, horâ 5. matutinâ, *Michael Mæstlinus*, *Tubingæ*, vidit ♂ à ♀ ferè tectum, *Kepler* in *Astronomia Optica*, pag. 305. Mars à Venere obtectus, anno 1590 die 3. Octob. manè.

Locus Solis tunc fuit in gr. 19. 22′ 16″ ♎, Logarithmus 499804.

VENERIS	S.	gr.	′	″	
Medius motus ♀	3	24	52	55	Logarithmus 485659
Aphelium	9	28	45	5	Reductio 2′. 58″ sub. curt. 33
Anomalia media	5	26	7	50	Scrup. proport. 39′, 51″.
Prosthaphæresis sub.			3	24	Logarithmi ♀ 485626
Locus ♀ in Ellipsi.	3	24	49	31	Logarithmi ☉ 499804
Nodus Boreus	2	13	12	28	Numerus Logar. 985822
Argumentum latit.	1	11	37	3	Ergò
Reductio subt.			2	58	Dabitur Paral. Orbis ♀ in tel-
Locus Heliocentricus	3	24	46	33	lure gr. 33, 55′ 27″ subtr.
Locus Solis	6	19	22	16	
Anomalia Orbis	9	5	24	17	Max. Lat. Geoc. gr. 1. 53′ 25″.
Parallaxis subt.	1	3	55	27	Lat. vera gr. 1. 15′ 19″ Borea.
Locus ♀ ex Terra.	♍	15	26	49	

Stella ♂ erat in gr. 15. 30′ 51″ ♍, cum latitudine borea gr. 1. 16′ 4″; Differentia igitur longitudinum *Martis* & *Veneris* fuit 2′ 4″, & differentia latitudinum 0′ 45″; ergo secundum nostram supputationem *Venus* tegere debet *MARTEM*. (*Nec est erronei Calculi indicium tantula discrepantia*, (ut ait *Keplerus*, *Tab. Rudolph.* fol. 68.) *quin potiùs ea videtur ab Observatore confirmari; dicit enim se discrimen animadvertisse colorum, rutili in Marte, & aurei in Venere, indeq; conjecturam capi potuisse MARTIS supra VENEREM à centro Terræ longiùs elevati, cum Veneris color aureus totum ferè Martis rutilum deleverit, ut vix partùm ille ex una scil. parte effulgeret. Atqui si Conjunctio centralis omnino fuisset ad visum, nullum rutili coloris vestigium de Marte superesse potuisset: quippe Martis (in hac altitudine duplo ferè majori quam Veneris) Diameter corporis omnino minor fuit.*

13. Anno

Anno Christi 1598. die 15. Septembris, inter horas 2 & 3. manè, vix ortâ *Venere*, *Joannes Keplerus* conspexit *Gratii* in *Stiria*, Cor ♌ à *Venere* tectum, *Kepl. in Astron. Opt.* pag. 305.

Verus locus Solis tunc fuit in gr. 1, 30′, 53″ ♎. Logar. 500046.

VENERIS	S. gr. ′ ″	
Medius motus ♀	2 27 23 5	Logarithmus ♀ 485707
Aphelium	9 28 56 47	Red. 1′ 22″ sub. cont. 5
Anomalia media	4 28 26 18	Scrup. Proport. 14′ 10″.
Prosthaphæresis subt.	26 28	Logarith- ♀ 485702
Locus ♀ à ☉ in Ellipti	2 26 56 37	mi ☉ 500046
Nodus Boreus	2 13 17 21	Numerus Logarithm. 985656
Argument. latit.	0 13 39 16	
Reductio subt.	1 22	Paral. orb. ♀ in Tellure (ex Tabula propria) elicitur gr. 37
Locus Heliocentricus	2 26 55 15	
Locus verus Solis	6 1 30 53	14′ 7″ subtr.
Anomalia Orbis	8 25 24 22	Lat. max. gr. 2. 2′ 55″
Parallaxis subt.	1 7 14 7	Lat. vera Bor. gr. 0.29 1
Locus Geocent.	♌ 24 16 40	

Cor ♌ tunc erat in gr. 24 14′ 47″ ♌, cum latitudine borea 26′ 30″; differentia igitur longitudinum fuit 1′ 59″, & differentia latitudinum 2′ 31″, Diameter apparens ♀ erat Scrup 3. ergo erat Cor ♌ à ♀ coopertum, quemadmodum Doctiss. *Jo. Keplerus* conspexit:

Collatio Locorum Veneris *observatorum à* Tychone, Longomontano, *&* Bullialdo, *& cum Tabulis nostris Astronomicis comparata.*

N	Ann	Mens.		Temp. app. *Lond.* Ho. ′	Loc. ♀ observ. S. gr. ′	Latitud observ. gr. ′	Locus ♀ ex Tabulis. S. gr ′ ″	Latit. ♀ ex Tab. gr. ′	Differ. Longit. ′	Differ. Latitud. ′
1	1585	Sept.	14	16 23	♌ 15 58	1 8 M	♌ 15 54 57	2 10 M	3 −	2 +
2	1587	Jan.	15	3 48	♓ 16 55	1 39 B	♓ 17 8 14	2 36 B	13 +	3 −
3	1587	Mar	21	5 13	♓ 16 1	3 56′1	♓ 16 4 49	8 46 B	3 +	10 −
4	1587	Mar.	2	16 38	♓ 10 7	8 20 B	♓ 10 22 23	8 17 B	15 +	9 −
5	1588	Dec.	14	18 48	♏ 17 10	3 10 B	♏ 17 8 33	3 4 B	1 −	6 −
6	1590	Dec.	17	19 8	♐ 20 0	0 27 B	♐ 20 1 59	0 25 B	2 +	2 −
7	1592	Feb.	22	16 38	♑ 27 20	2 22 B	♑ 27 17 13	2 22 B	3 −	0
8	1594	Dec.	15	4 18	♒ 21 0	1 16 M	♒ 21 2 14	1 19 M	2 +	3 +
9	1600	Feb.	11	17 18	♑ 16 24	3 20 B	♑ 16 20 14	3 16 B	4 −	4 −
10	1601	Apr.	29	7 25	♋ 4 23	3 10 B	♋ 4 24 3	3 8 B	1 +	2 −
11	1610	Dec.	12	3 48	♒ 17 58	1 29 M	♒ 18 1 25	1 29 M	3 +	0
12	1616	Mar.	9	16 8	♒ 15 24	non ob.	♒ 15 13 41	0 39 B	10 −	0
13	1633	Maii	16	8 52	♋ 18 19	2 48 B	♋ 18 25 37	2 50 B	6 +	2 +

Conjunctio Solis & Veneris observata in Anglia, anno 1639, Novemb. 24.

27. Anno Christi 1639, die 24. Novembris, vesperi, Vir ille peritissimus *Jeremias Horroxius*, ope optimi Telescopii, detegit ♀ intra Discum Solis visibilem; tempore enim totalis immersionis, seu ingressus ad hor. 3. 15′, deprehendit ♀ in Sole inter *Meridiem & Ortum* a centro ipsius corporis. Hæc

Ingenis

insigni Observatio facta fuit in agro *Lancastrensi*, Mill. 16 circiter à *Liverpolia*, versus Septentrionem.

Ho.	′	Dist. Centror.		
3.	15	14′ 24″	Diamet. ♀ observ. ad Diamet. ☉ ut 1′ 12″ ad 30′	Long. loci gr. 21 50′.
3	35	13 50		Latit. gr. 53 22
3	45	13 0		
3	50.	Occasus Solis apparens verus, Ho. 3. 45′		

Tempus medium totalis immersionis contigit *Londini*, hor. 3. 19′, & tunc fuit verus locus Solis in gr. 12. 20′ 58″ ♐, Logarithmus 499286

VENERIS	S.	gr.	′	″	
Medius motus ♀	2	12	56	18	Logarithmus ♀ 485762
Aphelium	9	29	57	21	Red. 0′ 9″ add. curt. 0
Anomalia media	4	12	58	57	Scrup. proport. 1′. 27″.
Prosthaphæresis subt.			36	57	Logarith-{♀ 485762
Locus ♀ à ☉ in Ellipsi.	2	12	19	21	-mi {☉ 499286
Nodus Boreus	2	13	42	41	Numerus Logarithm. 886476
Anomalia latitudinis	11	28	36	40	
Reductio add.			0	9	Dabitur itaq; Paral. ♀ in tel-
Locus Heliocentricus	2	12	19	30	lure gr. 0 4′ 0″ addenda.
Locus Solis	8	12	20	58	
Anomalia Orbis	5	29	58	32	Lat. max. ♀ Geoc. gr. 9 11′
Parallaxis add.		0	4	0	Vera Latit. ♀ aust. gr. 0 13′19″.
Locus Geocentricus	♐	12	24	58	

Differentia ♀ à ☉ erat in longit. Scrup. 4′ 0″, in latitudine verò 13′ 19″, ac proinde distabat *Veneris* Stella à centro Solis ad meridiem & ortum, scr. 14′ 0″ vix alitèr quàm *Jeremias Horroxius* observavit.

Parallaxis Solis Horizontalis inventa est *TYCHONI* scrup. 3′ 0″, vel secundum recentiores, scrup. 2. 21″, ut veriùs etiam ab ejus observationibus comprobata est. At quoniam in transitu *Veneris* sub Solis corpore ad diem 24. *Novembris* 1639, vesperi, Parallaxis ♀ à ☉ non minùs debet esse (ex limitatione nostra) quàm scrup. 6′, aut circitèr; idcircò putant aliqui, Solis Parallaxin multam minorem esse, nempe scrup. 0′ 15″ ad Summam; sed dubia est *ista Opinio* Parallaxium; nam observabatur hæc insignis Conjunctio juxta Horizontem occidentalem, quando *Venus* inferiorem *Solis* marginem directè attigit, ita ut *Refractio Veneris à Sole*, isto in positu, plus eam attolleret, quàm fortè deprimeret *Parallaxis*, propter *Terræ* locum, & aëris crassitiem, quemadmodum ex diversis istiusmodi Observationibus pellucidè patet. *Quantitas* enim *Refractionum* non est ubiq; constans, ac eadem; nam in *locis montanis* est *parva*, & interdum pene *nulla*. In *maritimis* verò est pene *æqualis* omnibus anni temporibus. Interdum est *Refractio insolens*, & *fermè prodigiosa*, quæ contingit etiam *maritimis* quandoque, sed per accidens ob situm, quando scilicet *magna vis vaporis* ebullit ex montanis, quà iter est radiationibus in locum illum maritimum, referente *Keplero*, *Epit. Astron.* pag. 72. Hinc liquidò constat, quòd Refractiones Stellarum (quas continuò observarunt Astronomi) nullâ ratione aut Observationum certitudine colligi possint, præcipuè quando in Horizonte, vel juxta eum sitæ sunt, quia istic loci, ob aëris crassitiem, aliaque impedimenta non semper retinent eandem quantitatem. sed nunc majores, nunc minores aspectui nostro videntur, ut Autores passim admonent. Inter quos, *Thomas Jacobius* Navarchus *Bristolliensis*, dum hybernaret in insula quadam Americana, sub longitudine gr. 305, & latitudine borea, gr. 52. anno Christi 1632, mense Februarii, comperit ortum Solis apparentem citi-

orem ortu vero scrup. 20' temporis, sicut ipse testatur Itinerarii sui Anglicè conscripti pag.64. unde sequitur Refractionem Solis fuisse fere trium graduum. *W. Lantgravius* etiam observavit *Venerem* duobus gradibus supra Horizontem, quasi per horæ quadrantem, & prorsus evanescere, *Hevelius* fol. 197. *Selenographiæ*. Simili modo, *Hollandi* navigantes per Oceanum Septentrionalem in desertas Regiones *Nova Zembla* dictas, ad quærendum fretum, quo in Oceanum Scythicum & orientalem esset transitus, hoc referunt, cum hærentes in glacie nox oppressisset, & anno 1596, die 3. Novembris, S. N. Solem ultimo vidissent, ex altitudine verò Poli, quam putarunt esse gr. 76. jam certum haberent ex Astronomicis principiis, non rediturum Solem ante 11. Februarii, anni 1597. factum tamen, ut 24. Januarii, septendecim diebus ante legitimum tempus, Solem sursum viderent supremo margine in ipso Meridiei puncto, quo quidem tempore post paucas horas notaverunt Conjunctionem *Jovis* & *Lunæ*; relinquitur igitur ut esset *prodigiosa Refractio* aliquot graduum. Vide *Kepleri Paralipom*. ad *Vitellionem*, pag. 138. Nec dissimile experimentum tradit *Mæstlinus* super Eclipsi Lunæ, anno 1590. die 7. Julii; vidit enim *Tubingæ*, Solis centro supra Horizontem emergente, Lunam ab austro aliquot digitis jam deficientem, duobus pene gradibus altam; & contra Lunæ centro sub occasum descendente, notavit Solis supra Ortum duorum graduum altitudinem. Fuit itaq; Refractio unius sideris major integro gradu.

Quandoquidem igitur refractiones Stellarum cum Horizonti propinquæ, interdum sunt prodigiosæ, & rarissimè æqualis quantitatis in pari altitudine, sed aliquando majores, aliquando minores, sequitur tam loca *Veneris* & *Mercurii* (qui nunquam longè evagant à Sole, & Horizonti, respectu Observationis, propinqui) non tam exquisitè definiri quam possunt aliorum Planetarum loca, & ob hanc causam, non mirum optimas Tabulas à quibusdam Observationibus hujus generis paululum discrepare.

Stella ♃ à ♀ ferè cooperta anno 1660.

28. Anno Christi 1660. die Solis; 4. *Novembris*, hor. 7. 30' manè, vidi *Jovis* Stellam à *Venere* coopertam, ut nudo oculo apparuit, beneficio autem *Perspicilli* conspeximus ♃ distare à centro ♀ ad Septentrionem & Ortum 4' circiter, sed limbus ♀ superior attigit limbum ♃ inferiorem. Ita enim observavimus *Luffenhamiæ* in agro Rutlandiensi.

Locus Solis tunc fuit in gr. 22. 37' 10" ♏, Logarithmus 499434.

Locus ♃ in gr. 6. 14' 53" ♎, Logar. 573718. Latit. Bor. gr. 1. 12' 12".

VENERIS	S.	gr.	'	"
Medius motus ♀	3	0	36	30
Aphelium	10	0	28	9
Anomalia media	5	0	8	21
Prosthaphæresis subt.			25	11
Locus ♀ à ☉ in Ellipsi	3	0	11	19
Nodus Boreus	2	13	55	33
Anomalia latit.	0	16	15	46
Reductio subt.			1	36
Locus ♀ Heliocentric.	3	0	9	43
Locus Solis	7	22	37	10
Anomalia Orbis	7	7	32	33
Parallaxis subt.	1	16	27	12
Locus ♀ Geocentricus	♎	6	9	57

Logarithmus 485702
Reductio 1'36" Subt. curt. 6
Scrip. Proport. 16' 48"
Logarithmi { ♀ 485696 ; ☉ 499434
Numerus Logarithm. 986262

Ergo dabitur Paral. Orb. ♀ in Tellure gr. 46. 27' 13" auferenda.

Lat. max. gr. 4, 0' 51" quâ in scr. Proport. 16' 48" ductâ, exurgit vera lat. ♀ gr. 1. 7' 26" borea.

Differentia itaq; Centrorum ♃ & ♀ erat in longitudine 4' 56", in latitudine 4' 46", ac proinde intervallum 6' 50", ita ut limbus borealior *Veneris* distabat

ſtabat à limbo ♃ inferiori ſolummodo ſcrup. 2; fuit. itaq; hæc Synodus non præcisè centralis; præ autem Radiorum corruſcatione videbatur ♃ non ſolùm tangere, ſed etiam à *Venere* occultaſſe, ut ipſo oculo cernebatur. Certò enim certius eſt, quòd cùm Radii Stellarum invicem tangi videntur, vera corporum nudorum diſtantia ſemper major eſt quàm oculus intueri poterit, ut pellucidè cunctis iſtiuſmodi Obſervationibus innotuerit.

§. VIII.

Obſervationes Stellæ Mercurii.

1. ANno 21 *Dionyſii*, die 23 Menſis Scorpionis, id eſt, *Nabonaſſari* 484. menſis Thoth 19, tempore matutino, deprehenſus eſt *Mercurius* inter Stellas frontis ♏, ita ut diſtaret in conſequentia unius Lunæ intervallo à linea, quæ per primam & mediam Stellarum frontis ♏, & à prima ſtella per duas Lunas boream verſus. *Ptol. lib. 9. cap. 10. Almag.*

Obſervatio Hipparchi facta, anno Nabonaſſari, 484

Verus locus Solis tunc fuit in gr. 19. 50′ 40″ ♏, & ejus Logar. 499243.

MERCURII	S.	gr.	′	″	
Medius motus ☿	2	9	44	46	Logarithmus ☿ 454396
Aphelium	6	17	9	0	Reduct 3′ 54″ add. Curt 306
Anomalia media	7	22	35	46	Scrup. proport. 59′, 15″.
Proſthaphæreſis add.		22	8	15	Logarith- ☿ 454090
Locus ☿ à ☉ in Ellipſi	3	1	53	1	mi ☉ 499243
Nodus Boreus	11	22	45	35	Numerus Logarithm. 954847
Argumentum latitudinis	3	9	7	26	
Reductio add.			3	54	Ergo dab. Paral. Orbis ☿ in tel-
Locus Heliocentricus	3	1	56	55	lure, gr. 17. 48′ 42″ ſubtr.
Locus verus Solis	7	19	50	40	Lat. Max. gr. 3. 9′ 7″, de qua
Anomalia Orbis	7	12	6	15	ſumo part. proport. ſcr. proport.
Parallaxis ſubt.		17	48	42	congruentem, & naſcetur lat. ☿
Locus Geocentricus	♍	2	1	58	Geoc. gr. 3. 6′ 46″ borea.

Erat Borea frontis in gr. 1. 27′ 47″ ♏, cum latitudine borea, gr. 1. 5″; media verò erat in gr. 0. 50′ 47″ ejuſdem Signi, cum latitudine auſtrina, gr. 54′ 30″, quare *Mercurius* ſequebatur primam in fronte ♏, ſcrup. 34′ 11″, diſtabatq; ab ea ad boream verſus gr. 2. 1′ 46″.

2. Sed quoniam incerta eſt *Obſervatio* hæc *Hipparchiana*, tranſeamus nunc ad aliam, quæ facta fuit anno *Nabonaſſari* 486, die 30 *Pauni*, quo tempore *Hipparchus Alexandriæ* obſervavit *Mercurii* ſtellam veſpertinam præcedere Spicam ♍, paulò plus quam tres gradus, *Ptol. lib. 9. cap. 7.*

Altera Obſervatio Hipparchi, anno Nabon. 486.

Tempus datum reſpectu *Meridiani Londinenſis* erat hor. 6, 0′ veſperi, & tunc tenuit Sol vero ſuo motu, gr. 25. 23′ 29″ ♌, Logar. 500104.

MERCURII	S.	gr.	'	''
Medius motus ☿.	8	9	35	56
Aphelium	6	17	13	44
Anomalia media	1	22	22	12
Æquatio subt.		16	12	2
Locus in Ellipsi	7	23	23	54
Nodus Boreus	11	22	50	1
Argument. Latitudinis	8	0	33	53
Reductio subt.			10	42
Locus Heliocentricus	7	23	13	12
Locus verus Solis	4	25	23	29
Anomalia Orbis	2	27	49	43
Parallaxis add.		23	28	36
Locus ☿ Geocentricus	♍	18	52	5

Logarithmus ☿ 464785
Reduct. 10' 42'' subt. curt. 238
Scrup. proport 52', 14''.
Logarith- } ☿ 464547
mi } ☉ 50010[illegible]
Num. Logarithm. 964443
Cum Anom. Orb. ingredior Canonem Paral. orb. ☿ in tellure, inveniendo sign. in front. & gradus in latere sinistro, & sub numero Log. 964443, invenio Paral. gr 23. 28' 36'' addend.
Lat. maxima gr. 2. 45' 9''
Lat. quæsita gr. 2 23 46

Erat autem *Spica Virginis* in gr. 22. 0' 5'' ♍; præcedebat itaq; *MERCURIUS* spicam ♍, gr. 3. 8' 0'', quod cum *Hipparchi* observatione ad amussim convenit.

Observatio Ptolemæi, an. Christi 130.

3. Anno *Nabonassari* 877. *MESORI* die 18. quæ in 19. lucescebat, post occasum Solis; à Christo verò 130. Julii die 4 vesperi, *PTOLEMÆUS* observavit ☿ distare à corde ♌, gr 3. 50', circiter in consequentia. Tempus erat *Londini*, hor. 5. 48', & tunc Sol tenuit gr. 10. 17' 1'' ♋.

MERCURII	S	gr.	'	''
Medius motus ☿	7	0	56	33
Aphelium	6	28	19	54
Anomalia media	0	2	36	39
Prosthaphæresis subt.		0	52	18
Locus in Ellipsi	7	0	4	15
Nodus Boreus	0	3	15	44
Argument. latitudin.	6	26	48	31
Reductio subt.			10	4
Locus Heliocentricus	6	29	54	11
Locus ☉	3	10	17	1
Anomalia Orbis	3	19	37	10
Parallaxis add.		27	5	35
Locus Geocentricus	♌	7	22	36

Logarithmus ☿ 466945
Reduct. 10'. 4'' subt. curt. 63
Scrup. proport.
Logarith- } ☿ 466882
mi } ☉ 500669
Numerus Logarithm. 966213
Reperitur itaq; Paral. orb. ☿ in Tellure gr. 27 5'. 35'' addend.
Lat. max. M.A. gr. 3. 20' 36'
Lat. ☿ quæs. M.A. g. 1 30 26

Erat autem Cor Leonis in gr. 3. 39' 52'' ♌, & proinde distabat ☿ à *Corde* ♌ in consequentia, gr. 3. 42' 44'', quæ cum observatione *PTOLEMÆI* benè convenit.

Observatio altera Ptolemæi anno 139.

4. Anno Christi 139. die 17 Maii, horis à meridie 17 30'. *Ptolemæus* observavit *Alexandriæ*, Lunæ centrum præcedere *Mercurii* stellam gr. 1. 10', *Ptolemæus* lib. 9. cap. 10. *Almagesti*.

MER-

MERCURII.	S. gr. ′ ″	
Medius motus ☿	4 26 4 28	Logarithmus ☿ 463853
Aphelium	6 28 35 2	Reductio 7′. 37″ add. curt. 32
Anomalia media	9 27 29 26	Scrup. proport. 15′, 17″.
Prosthaphæresis add.	18 40 13	Logarith- ☿ 463821
Locus ☿ à ☉ in Eclipti.	5 14 44 41	mi ☉ 500740
Nodus Boreus	0 3 29 58	Numerus Logar. 963081
Anomalia latit.	5 11 14 43	Ergò
Reductio add.	7 37	Dabitur Paral. Orbis ☿ in tel-
Locus Heliocentricus	5 14 52 18	lure gr. 25, 12′ 27″ add.
Locus Solis	1 24 21 31	
Anomalia Orbis	3 20 30 47	Lat. ☿ Max, gr. 3. 8′ 50″
Parallaxis add.	25 12 27	Lat. quæs. gr. 1. 1 44
Locus ☿ Geocentricus.	♊ 19 33 58	

Erat autem tunc temporis verus centri Lunæ locus ad Eclipticam reductus in gr. 19. 4′ 15″ ♊, sed Parallaxis Lunæ deprimebat longitudinem 50′, & Refractio eam promovebat 9′; visus ergo Lunæ locus fuit in gr 18. 23′ 15′ ♊, itaq; *Mercurii* Stella tenuit gr. 19. 33′ 15″ ♊; at Refractio ☿ longitudinem promovebat 4′; ergo locus ☿ visus erat ex nostro calculo in gr. 19. 37′ 58″ ♊, ac proinde Lunæ centrum præcedebat Mercurii stellam gr. 1. 14′ 43″, vix aliter quam *Ptolemeus* in cœlo observavit.

Collatio Observationum MERCURII à *D.* Tychone, *&* Longomontano, *Uraniburgi olim factarum, cum Tabulis nostris Astronomicis.*

N.	Temp. *Lond.* ann.	Mens.		Ho. ′	Loc. ☿ observ. S. gr. ′	Latitud observ. gr. ′	Locus ☿ ex Tabulis. S. gr. ′ ″	Latit. ☿ ex Tab. gr. ′ ″	Differ. Longit. Scr.	Differ Latitud Scr.	Observ. loc. ☿ Tychonianæ.
1	1585	Nov.	14	18 8	♏ 13 4	2 18 B	♏ 13 3 2	2 10 19	1 −	7 −	
2	1585	Nov.	23	18 28	♏ 25 3	1 15 B	♏ 24 59 47	1 13 15	3 −	1 −	
3	1586	Oct.	24	18 18	♎ 22 35	nec ob.	♎ 22 37 59	2 13 2	3 +	0	
4	1586	Oct.	28	17 38	♎ 26 33	2 17 B	♎ 26 26 6	2 13 44	3 +	3	
5	1587	Jan.	9	3 58	♒ 17 48	0 1 B	♒ 17 35 2	0 0 56	12 −	0 −	
6	1589	Mar.	28	7 23	♉ 7 10	2 51 B	♉ 7 11 22	2 48 5	1 +	3 −	
7	1590	Mar.	6	5 58	♉ 13 44	1 42 B	♉ 13 49 48	1 43 12	5 +	1 +	
8	1592	Feb.	3	4 48	♓ 12 20	0 47 B	♓ 12 14 3[illegible]	0 50 1	5 −	3 +	
9	1593	Maii	11	8 38	♊ 23 10	2 0 B	♊ 23 31 15	1 58 47	15 +	1 −	
10	1610	Dec.	5	18 8	♐ 2 42	Non ob.	♐ 2 32 24	2 4 40	9 −	0	

In Observationibus annorum 1587, & 1593, quas ex *Astronomia Danica* deprompsimus, non mirum est si Calculus noster aliquot scrupulis observationem abluderet, quoniam (ut monet Doctissimus Vir *Martinus Hortensius*) Refractiones Siderum *TYCHO* non satis altè extulit, quatenus omni tempore non retinent eandem quantitatem in pari altitudine, sed variis mutationibus, ob causas quasdam Physicas subjacent, quod quidem ex Observationibus

nibus & experientiâ comprobatum est. Hinc ergo sæpiùs accidit, quòd Observationes hujuscemodi non rectè instituantur, ita ut nullum dubium sit, quin locus ☿ observatus (quia semper juxta Horizontem visus est) interdum à loco vero differat, quemadmodum fatetur *Longomontanus*, lib. 2. cap. 20. *Theoric.* in Observatione ☿ penultima, his verbis; *Non mirum est si Mercurius Horizonti vicinior 12′ circitèr, provectior justo secundum Longitudinem apparuerit, tum ob Refractiones fixis Sideribus deputatis majores, tum Scintillationem suam, quâ sæpiùs juxta Ortum & Occasum nos fefellit Sidus hoc versatile, quippe altiùs justo se visui ingerendo.*

Collatio Locorum ☿ observatorum à Gassendo, *cum Tabulis nostris, ex Astronomia Philolaica* L. B. *descripta.*

Observationes Gassendi.

Temp. *Lond.* N	Ann.	Mens.	D	Ho. ′	Locus ☿ observatus. S. gr. ′ ″	Locus Solis verus. S. gr. ′ ″	Locus ☿ computatus. S. gr. ′ ″	Differentia. ′ ″
1	1625	Feb.	3	6 15	♓ 23 25 0	♒ 25 28 4	♓ 13 19 24	5 − 36
2	1633	Dec.	24	5 38	♒ 2 32 43	♑ 13 33 27	♒ 2 31 52	0 − 51
3	1634	Sept.	23	17 8	♍ 22 59 26	♎ 10 48 30	♍ 22 58 54	0 − 32
4	1634	Oct.	2	17 23	♎ 5 6 0	♎ 19 44 28	♎ 5 7 5	1 + 5
5	1635	Jan.	6	17 38	♑ 4 25 0	♑ 27 5 30	♑ 4 28 37	3 + 37
6	1635	Jan	14	17 38	♑ 10 5 0	♒ 5 14 29	♑ 10 5 59	0 + 59
7	1635	Jul.	6	8 8	♌ 21 25 0	♋ 24 29 7	♌ 21 28 1	3 + 1

Conjunctio ☉ & ☿ visa Parisiis à P. Gassendo, anno 1631.

22. Anno Christi 1631, die 28. Octobris, stylo veteri, Vir ille peritissimus, & hujus seculi *Tycho*, *Petrus Gassendus* in Solis disco *Mercurium* deprehendit circa horam nonam antemeridianam, excedere verò ☿ è Solis disco aspexit hor. 10. 28′. Regio excessûs in circulo Disci Solis post *Telescopium* depicti, inter meridiem & ortum, deprehensa est, quocirca in Cœlo inter Septentrionem & Occasum apparuit. Suppositis latitudine ☿ & loco Solis ex *Tab. Rudolphinis*, collegit *Gassendus* conjunctionem ☉ & ☿ veram contigisse *Parisiis* hor. 7. 58′ manè, *Londini* verò hor. 7. 50′, quo tempore verus Solis locus (juxta Tabulas nostras) erat in gr. 14 35′ 50″ ♏, Logar. 499510.

MERCURII	Sig. gr. ′ ″	
Medius motus ☿	1 23 56 59	Logarithmus ☿ 449251
Aphelium	8 10 58 48	Reduct. 0′ 33″. sub. Curt. sub. 0
Anomalia media	5 12 58 11	Scrup. proport. 1′, 20″.
Prosthaphæresis subs.	9 20 48	Logarithmi { ☿ 449251
Locus à ☉ in Ellipsi	1 14 36 11	{ ☉ 499510 sub.
Nodus Boreus	1 13 19 17	Numerus Logarith. 949741
Argumentum Latitudinis	0 1 16 54	Datur itaq; Paral. Orb. ☿ in
Reductio subt.	0 33	tellure gr. 0. 0′ 5″ add.
Locus Heliocentricus	1 14 35 38	
Verus locus Solis	7 14 35 50	
Anomalia Orbis	5 29 59 48	Lat. Max. Geoc. gr. 3. 10′ 27″.
Parallaxis add.	0 0 5	Lat. ☿ quæs. gr. 0 4 14
Locus Geocentricus	♏ 14 35 55	

Locus

Locus *Solis* ex *Terra* tunc fuit in gr. 14. 35′ 50″ ♍, & locus ☿ Geocentricus in gr. 14. 35′ 55″ ♍, cum latitudine borea 4′ 14″; ita ut differentia longitudinum ſit tantùm 0′ 5″. Fuit itaq; *Mercurius* intra Solis diſcum, diſtabatq; à centro ad boream verſus ſolummodo 4′ 15″, quæ obſervationi egregiè conſentit.

23. Anno Chriſti 1632. Julii die 21. hor. 3. 18′ manè, Doctiſſ. *Gaſſendus* animadvertit *Pariſiis*, conjunctionem ♀ & ☿ ope Teleſcopii, videbaturq; ☿ borealior ♀ 3′ 30″, quemadmodum *Martinus Hortenſius* ſimilitèr obſervavit *Londini* erat hor. 3. 10′ manè.

Locus Solis tunc fuit in gr. 8. 6′ 4″ ♌, Logar. 500654.

MERCURII	S.	gr.	′	″	
Medius motus ☿	2	5	49	17	Logarithmus ☿ 448538
Aphelium	8	11	0	2	Red. 7′ 52″ ſub. curt. 35
Anomalia	5	24	49	15	Scrup. Proport. 20′ 5″.
Proſthaphæreſis ſubt.		2	55	51	Logarith- { ☿ 448503
Locus in Ellipſi à ☉	2	2	53	26	mi { ☉ 500654
Nodus Boreus	1	13	20	27	Numerus Logarithm. 947842
Argument. latit.	0	19	32	59	Ergo dabitur Paral. orb. ☿ gr.
Reductio ſubt.			7	52	13. 39′ 0″ ſubtrahenda.
Locus Heliocentricus	2	2	45	34	Ex Anom. orb. ſub num. Log.
Locus verus Solis	4	8	6	4	reperitur lat. ☿ maxima gr. 1. 47′ 42″.
Anomalia Orbis	9	24	39	30	Ergo datur lat. ☿ vera Geocent.
Parallaxis ſubt.		13	39	0	gr. 0. 36′ 3″ borea.
Locus Geocent.	♋	24	27	4	

Locus verus ♀ juxta *Tabulas noſtras*, tunc erat in gr. 24. 20′ 47″ ♋, cum letitudine borea 31′ 31″; differentia igitur longitudinum fuit 6′ 17″, & proinde *Mercurius* ſuperabat *Venerem* 4′ 32″, adeo ut differentia ſit ſolummodò 1′, nullius momenti.

24. Anno Chriſti 1644, *Februarii* die 14, horâ 6. veſpertinâ, obſervavimus magnâ curâ *Luffenbamiæ*, *Mercurium* diſtare à *Venere* Boreazephyrum verſus gr. 3. 30′, quo tempore verus locus Solis juxta Tabulas noſtras, erat in gr. 5. 54′ 46″ ♓, Logarithm. 499597.

MERCURII	S	gr.	′	″	
Medius motus ☿	2	18	41	2	
Aphelium	8	11	19	46	Logarithmus 448613
Anomalia media	6	7	21	16	Reductio 12′ 15″ ſub. curt. 126
Proſthaphæreſis add.		4	8	57	Scrup. proport. 37′ 54″.
Locus à ☉ in Ellipſi	2	22	49	59	Logarith- { ☿ 448487
Nodus Boreus	1	12	39	1	mi { ☉ 499597
Argumentum Latitudinis	1	9	10	58	Numerus Logar. 948890
Reductio ſubt.			12	15	Hinc dabitur Paral. orb. ☿ in
Locus Heliocentricus	2	22	37	44	tellure gr. 17. 56′ 58″ add.
Verus Locus Solis	11	5	54	46	
Anomalia Orbis	3	16	42	58	Lat. max. gr. 2. 13′ 23″
Parallaxis add.		17	56	58	Lat. quæſ. gr. 1. 24 15
Locus Geocentricus	♓	23	51	44	ad Boream verſus.

Venus

Venus erat in gr. 26. 10′ 43″ ♓, cum latitudine auſtrina, gr. 1. 10′ 54″, & ☿ in gr. 23. 51′ 44″ ♓, cum boreali latitudine gr. 1. 24′ 15″; differentia itaq; longitudinum fuit gr. 2. 18′ 59″, & differentia latitudinum gr. 2. 35′ 5″, ac proinde *Mercurius* diſtabat à *Venere* Boreazephyrum verſus, gr. 3. 29′, quemadmodum nos *Luſſenhamiæ* conſpeximus.

Mercurius iterùm in Sole viſus, anno 1651. die 24. Oct. manè.

25. Anno Chriſti 1651. Octobris die 24. manè, *Jeremias Shakerlæus* obſervavit, *Suratt Indiæ Orientalis*, illuſtrem Conjunctionem Solis & Mercurii, beneficio *Teleſcopii*, nam horâ 6. 40′ conſpexit Mercurium in circulo diſci Solis poſt Teleſcopium depictum, inter Septentrionem & Occaſum, ac proinde in Cœlo inter Meridiem & Ortum collocabatur, diſtabatq; tunc à centro Solis ſcrup. 10′; hinc colligimus veram Conjunctionem accidiſſe *LONDINI*, hor. 1. 18′. 8″ manè, ad quod momentum, ex noſtris Tabulis ſic ſe habebant *Solis* ac *Mercurii* motus.

Verus locus Solis tunc tenuit gr. 10. 26′ 25″ ♏.

MERCURII	S.	gr.	′	″		Ho.	′	″
Medius motus ☿	1	21	21	1				
Aphelium	8	11	32	52				
Anomalia media	5	9	48	9	Temp.med.*Lond.*	13	18	8
Proſthaphæreſis ſubt.		10	56	2	Æquatio Dierum add.		9	44
Locus à ☉ in Ellipſi.	1	10	24	59	Temp. app.veræ ☌	13	27	52
Nodus Boreus	1	13	51	17	Diff. Meridian.add.	6	0	0
Anomalia latit.	11	26	33	42	Tem.ap.ver.☌ *Surat.*	19	27	52
Reductio add.			1	30	Mom. verò obſerv.	18	40	0
Locus Heliocentricus	♉	10	26	29				
Locus Solis	♏	10	26	29	Loc. ☉ & ☿ Geocent. ♏ gr. 10. 26′ 29″.			
Latitudo auſtrina.			11	25				

Fuit ergo tempore Obſervationis, Stella *Mercurii* in Diſco *Solis* inter Meridiem & Ortum, quemadmodum Vir ille Doctiſſimus, præſtantiſſimuſq; Aſtronomus, D. *Shakerlæus* in *India* obſervavit.

Hanc Conjunctionem prædixit idem D. *Shakerlæus* in *Colloquio*, ſeu *Diſceptatione*, *DE MERCURIO IN SOLE VIDENDO*, & poſtea ipſe tranſmigrans in *Indiam*, Conjunctionem hanc inſignem ibi videbat, eamq; amicis in *Anglia* communicavit, ut patet ex Literis ad *Chriſtophorum Townlæum*, *Henricum Osbernum Londinenſem*, aliiſq; miſſis.

Conjunctio ☉ & ☿ obſervata Lond. anno 1661 die 23 Aprilis

26 In ſecundo Tomo *Ephemeridum*, pag. 227. Tranſitum *Mercurii* ſub Sole 23 Aprilis, 1661 Hor. 1. P. M. (*Coronationis die Regis* Caroli *Secundi*) prædiximus, & ſic *Londini* Vico vocato *LONG-ACRE*, à *Chriſtiano Hugenio*, *Nicolao Mercatore*, *T. Streetio*, & aliis, obſervatum erat, qui auxillo optimi Teleſcopii (rubicundus cum ſpeculis ad oculos tuendos) *Mercurium* paulò poſt primam ad ſecundam uſq; horam in Sole, veluti orbiculatam nigram maculam apparentem conſpexerunt, infra & ad dextram, modò in Cœlo erat ſupra & ad ſiniſtram à Solis centro. Paulò ante horam primam Solem invadit, ſed ad horam ferè ſecundam P. M. Doctiſſ. *HUGENIUS*, diſtantiam centri ☿ à verticali circulo Solis centrum 4′ 20″ tranſeunte decrevit, & intra limbum Solis viſibilem 3′ 24″. Poſtea Cœlum erat nebuloſum.

Diameter MERCURII ad *Solis Diametrum* vix tantùm videbatur perinde ac 1. ad 100.

Tempus medium erat *Londini*, hor. 1. 45′, apparens verò hor. 1. 55′.

MER-

MERCURII	S	gr.	′	″	
Medius motus ☿	6	29	57	43	Logarithmus 465574
Aphelium	8	11	49	3	Reductio 0′22″add. curt. 0
Anomalia media	10	18	8	40	Scrup. proport. 0′. 52″.
Prosthaphæresis add.		13	19	31	Logarithmi { ☿ 465574
Locus ☿ à ☉ in Ellipsi	7	13	17	14	{ ☉ 500456
Nodus Boreus	1	14	6	21	Numerus Logar. 965119
Anomalia Latitudinis	5	29	10	4	
Reductio add.			0	22	Hinc Paral. orb. ☿ in tellure ex
Locus Heliocentricus	7	13	17	36	propria tabula reperitur gr. 0.
Verus Locus Solis	1	13	30	14	10′ 9″. addenda.
Anomalia Orbis	5	29	47	22	Lat. max. gr. 5. 36′ 40″
Parallaxis add.			10	9	Lat. quæs. gr. 0. 4 52
Locus Geocentricus	♉	13	40	23	

Distantia igitur ☿ à ☉ in longitudine erat 10′ 9″, in latitudine 4′ 52″, ideoque ☿ à propinquissimo Solis puncto visibilis Peripheriæ quartam circitèr partem Solaris Semidiametri distat, & tantum à verticali circulo Solis Centrum transeunte; quod juxta Observationem propemodum consentit. *Nunc ad Eclipses Luminarium properamus.*

S f § IX.

§. IX.

OBSERVATIONES ECLIPSIUM LUNARIUM.

Erat Annus Nabonassari 27. dies 29 Thoth.

1. ANno primo *Mardokempadi*, die 29. Mensis *Thoth*, facta est Eclipsis Lunæ, in qua incipit Luna eclipsari post ortum suum *Babyloni*, unâ horâ *ἰσημερινῇ* transactâ, & eclipsata est tota, & fuit medium deliquii ante mediam noctem duabus horis & medietate, *Ptol. lib.* 4. *cap.* 6. *de Demonstratione Diversitatis Lunæ*, &c.

Tempus medium veræ ☍ ☉ ☽ accidit *Londini*, die 29. Mensis *Thoth*, hor. 6: 38′ 55″, quo tempore Sol juxta nostrum calculum erat in gr. 21. 50′ 50″ ♓, & Luna in opposito gr. 21. 50′ 50″ ♍. Anomalia latitudinis ☽ gr. 2. 0′ 53″. Latitudo vera 10′ 31″. Sept. Ascend. Reductio 0′ 30″ subtr. Tempus Reductionis 1′ 1″ addenda, & Æquatio temporis 2′ 41″ subtrahenda; tempus igitur apparens veræ ☍ contingebat *Londini*, hor. 6. 37′ 15″. Erat Semidiameter Lunæ 15′ 44″, Umbræ 43′ 12″, Summa semidiametrorum 58′ 56″. Pars deficiens 48′ 25″. Digiti ergo Ecliptici 18. 28′. Tempus Incidentiæ & moræ dimidiæ simul hor. 1. 58′. Intervallum veræ ☍ & maximæ obscurationis subt. 1′ 50″. Itaq; initium Eclipsis erat *Londini*, hor. 4 37′ Medium vero hor. 6. 35′.

Propter Meridianorum discrimen addendæ sunt *Babyloni*, hor. 3. 10′, itaq; medium eclipsis juxta Calculum nostrum conspectum est hor. 9. 45′, hoc est, hor. 2 ¼ ante mediam noctem, vix alitèr quàm à *Babyloniis* conspectum est.

Annus Nabon. 28.

2. Anno secundo *Mardokempadi*, 18 die *Thoth*, fuit Eclipsis Lunæ, cujus medium conspectum est *Babyloni* in media nocte, in qua eclipsati fuerunt ex Luna à parte meridiei tres digiti. *Ptol. ibid.*

Tempus medium veræ ☍ fuit *Londini* die 18. *Thoth*, hor. 8. 58′ 39″, & erat locus Solis verus tunc temporis in gr. 10. 59′ 53″ ♓, & locus Lunæ verus in gr. 10 59′ 53″ ♍ opposito. Anomalia latitudinis sig. 0. gr. 9, 55′ 0″ Latitudo ☽ vera 51′ 35″. Sept. Ascend. Reductio 2′ 23″ subt. Tempus Reductionis 5′ 14″ addendum, & Æquatio temporis 5′ 55″ subt. Ergo dabitur tempus apparens veræ ☍ ☉ ☽ ho. 8. 57′ 58″ *Londini*. Semidiameter ☽ 15′ 23″. Umbræ terrenæ 41′ 53″. Pars deficiens 5′ 41″. Digiti Ecliptici 2. 13′. Intervallum inter medium Eclipsis & veram ☍ 9′ 52″ subtrahendum, itaque medium Eclipsis erat *Londini*, hor. 8. 48′ 6″. *Babyloni* verò hor. 11. 58′. Hoc est in media nocte, omnibus modis ut ibidem observatum est.

Annus Nabon. 28.

3. Anno secundo *Mardokempadi*, die 15. *Phamenoth*, Luna iterùm deficit, cœpitq; ☽ Eclipsis *Babyloni* post ortum suum. In medio Eclipsis defecerunt digiti sex à borea. *Ptol. ibid.*

Locus Solis verus tempore veræ ☍ hor. 6. 14′ 0″, erat in gr. 1. 19′ 32″ ♍, locus ☽ verus in opposito, gr. 1. 19′ 32″ ♓. Anomalia latitudinis sig. 6. gr. 9, 36′ 41″. Latitudo ☽ vera 50′ 1″. Tempus Reductionis add. 3′. 55″. Æquatio temporis subt. 8′ 10″. Tempus igitur apparens veræ ☍ contingebat *Londini* hor. 6. 9′ 45″; & quoniam Latitudo ☽ est 50′ 1″, intervallum medii deliquii & veræ ☍ dabitur 7′ 21″. subtr. accidit igitur medium Eclipsis anno 28. *Nabonassari*, die 15. mensis *Phamenoth*, hor. 6. 2′ 24″. Semidiameter ☽ 16′ 43″. umbræ, 46′ 39″, pars deficiens 13′ 21″, digiti ecliptici 5. ferè, tempus Incidentiæ, hor. 1. 6′. Initium Eclipsis *Londini*, hor. 4. 56′. id est, *Babyloni*, hor. 8. 6′. Ergò incipit ☽ eclipsari horâ 1. ½ post ☽ ortum, vix alitèr quàm à *Babyloniis* observatum est.

4. Anno

4. Anno quinto *Nabopolassaris*, qui in Sacris Literis dicitur *Nebucadnezar*, (hoc est, anno *Nabonassaris* 127, die 27 *Athyr*, In fine undecimæ horæ noctis, incipit Luna eclipsari in *Babylone*. In medio Eclipsis deficit quadrans diametri Lunæ, ab australi parte. *Ptol. lib.* 5. *cap.* 14.

Eclipsis Lunæ partialis observata Babyloni, Ann o Nabon. 127.

Tempus medium contigit *Londini* (juxta *Tabulas nostras*) die 27. mensis *Athyr*, hor. 14. 7′ 42″, quo tempore Sol tenuit gr. 24. 42′ 5″ ♈, Luna gr. 24. 42′ 5″ ♎, Nodus ☽ Boreus, gr. 3. 53′ 0″ ♉, ergo datur Argumentum latitudinis, sig. 5. gr. 20. 49′ 5″, Latitudo Lunæ vera 47′ 49″. Sept Desc. Tempus reductionis 4′ 51″ subtr. Temporis Æquatio 7′ 20″ add. & intervallum inter veram oppositionem & medium Eclipsis 9′ 6″. similitèr addend. ac proinde medium Eclipsis erat *Londini*, hor. 14. 19′ 17″. *Babyloni* verò, hor. 17. 29′ 17″.

Semidiameter Lunæ erat 15′ 24″, Semidiameter umbræ 42′ 6″. Summa 57′ 30″, ex quibus ablatâ Lunæ latitudine, remanet pars deficiens 9′ 41″; ergo erunt Digiti Ecliptici 3. 46′.

Scrupula incidentiæ 31′ 56″, quæ divisa per motum horarium 27′ 26″. dant tempus incidentiæ, hor. 1. 9′ 50″, & initium eclipsis *Babyloniæ*, hor. 16. 19′ 27″, hoc est, circa finem horæ undecimæ, quæ incipit ho. 15. 42. exivit hor. 16. 37′.

5. Anno septimo *Cambysis*, secundi *Persarum* Monarchæ, id est, anno *Nabonassari* 226, die 17. *Phamenoth*, ante medietatem noctis unâ horâ, deficit ☽ in *Babylone*, à parte Septentrionis, medietas diametri ejus. *Ptolemæus magnæ Constructionis lib.* 5. *cap.* 4.

Eclipsis Lunæ à Babyloniis observata, an. Nabon. 226.

Tempus medium fuit *Londini*, hor. 8. 49′ 16″, ad quod tempus Sol vero suo motu erat in gr. 16. 51′ 53″ ♋, verus ☽ locus in gr. 16. 51′ 53″ ♑, Argumentum latitudinis, sig. 11. gr. 22. 59′ 7″, latitudo ☽ 36′ 31″ M. D. Horarius motus, 27′, 40″, tempus itaq; reductionis 3′ 41″ subt. æquat. dierum 5′ 44″ subt. & intervallum inter veram ☍ & maximam obscurationem, 6′ 54″ addita ut medium eclipsis erat *Londini*, hor. 8, 46′ 45″. *Babyloni* verò, hor. 11, 56′ 45″.

Scrupula incidentiæ, 44′ 38″, quæ per motum horarium divisa dabunt tempus incidentiæ, hor. 1, 36′ 47″; ergo incipiebat eclipsis *Babyloni*, hor. 10 19′ 58″, desinebat hor. 13, 33′ 32″; ideoq; unâ horâ ante mediam noctem deficit semissis fermè diametri Lunæ à Septentrione.

6. Anno vicesimo *Darii Hystaspis*, qui successit *Cambysi*, die 28 Epiphi, fuit Lunare Deliquium, cujus medium conspectum est *Babyloni*, horis æqualibus 6, 1/3, post occasum Solis, quo tempore deficit quadrans diametri ☽ ab Austro. Erat annus *Nabonassari*, 246.

Eclipsis Lunaris observata Babyloni, anno Nabon. 246.

Tempus medium fuit *Londini*, die 28 Epiphi, hor. 9, 6′ 42″, & verus locus Solis tunc erat in gr. 22, 13′ 5″ ♏, verus locus ☽, in gr. 22, 13′ 5″ ♉, Argumentum latitudinis, sig. 5, gr. 21, 11′ 28″, ipsaq; latitudo 45′ 54″. Sept. descend. Reductio 2′ 7″ add. Horarius motus, 27′ 7″. Datur itaq; tempus Reductionis 4′ 41″, subt. Æquatio temporis 9′ 44″ add. & intervallum veræ ☍, & maximæ Obscurationis 8′ 49″, similitèr add. Ergo medium eclipsis cadit in horam 9, 20′ 34″, cui ♄ addatur hor. 3, 10′, ob Meridianorum discrimen, datur medium eclipsis *Babyloni*, hor. 12, 30′ 34″.

Semidiameter ☽ 15′ 22″, umbræ, 41′ 32″; Summa Semidiametrorum 56′ 54″, tolle 45′ 54″, restatq; pars deficiens 11′ 0″, ac proinde digiti ecliptici 4, 17′. Observatio habet dig. 3.

7. Anno xxxi, *Darii Hystaspis*, die 3, *Tybi*, fuit deliquium Lunare, cujus medium conspectum est *Babyloni*, unâ horâ ante mediam noctem, deficientibus tunc ab Austro digitis duobus, *Ptol. lib.* 4. *cap.* 9. *Almagesti*.

Defectio Lunæ Babyloni visa, anno Nabon. 257.

Tempus medium veri Plenilunii accidit *Londini*, hor. 7, 29′ 45″, quo tempore verus locus ☽ est in gr. 28, 47′ 41″ [illegible], in opposito loco Solis in gr.

28, 47′ 41″ ♈, Anomalia latitudinis sig. 5, gr. 19, 31′ 23″, Latitudo ☽ 54′ 29″. Sept. descend. Hinc dabitur Reductio 2′ 31″ add. quæ divisa per motum horarium, 31′ 55″, efficitur tempus reductionis 4′ 44″ subtrahendum; ergo tempus correctum veræ ☍ erat die 3 Tyby, hor. 7, 25′ 1″, cui si addantur æquatio temporis, 8′ 11″, & intervallum inter veram ☍, & maximam obscurationem 8′ 54″, prodit medium eclipsis hor. 10. 52′ 6″, hoc est, hor. 1, 7′ 53″ ante medietatem noctis.

Semidiameter ☽, 16, 7″, umbræ, 44′ 44″, Summa semidiametrorum, 60′ 51″, pars deficiens, 6′ 22″, ergo digiti eclipticì 2, 22′.

Observatio Deliquii Lunæ Babylone, an. Nabon. 366.

8. Anno *Nabonassari* 366, die 26 *Thoth*, facta est *Babylone* eclipsis Lunæ, *Archonte Athenis Phanostrato*, mense *Possideone*, defecitq; Luna brevi parte disci sui ab ortu æstivo in extremitate noctis, adhucq; deficiens occidit. Medium Eclipsis accidit post ortum Solis.

Tempus medium veri Plenilunii contigit *Londini*, hor. 16. 50′ 17″, quo quidem tempore ☉ vero motu fuit in gr. 27, 21′ 9″ ♐, ☽ gr. 27: 21′ 9″ ♊, Anomalia latitudinis, sig. 11. gr. 19 47′ 1″, ipsaq; Lunæ latitudo, 53′ 8″, Reductio 4′ 20″ subt. Æquatio temporis 0′ 58″ add. & intervallum veræ ☍ & medii Eclipsis 8′ 10″ add. igitur medium Eclipsis, hor. 16. 55′ 5″, à quo si addatur hor. 3. 10′, ob differentiam Meridianorum, dabitur medium Eclipsis *Babyloni* hor. 20. 5′ 5″.

Semidiameter Lunæ, 16′ 30″, umbræ, 45′ 36″. Summa semidiametrorum, 62′ 6″, ex quibus demptâ latitudine ☽ verâ, restat pars deficiens, 8′ 58″, ergo digiti ecliptici 3. 15′.

Scrupula incidentiæ, 32′ 9″, quæ divisa per motum horarium, 33′ 52″, dant tempus incidentiæ, hor. 0. 57′ 0″; igitur *Babyloni* Eclipseos initium, hor. 19. 8′ 5″.

Observatio Eclipsis Lunæ Babyloni habita, anno Nabon. 366.

9. Anno *Nabonassari*, 366. die 24. *Phamenoth*, facta est *Babylone* Eclipsis ☽ (*Phanostrato Athenis Archonte*, mense *Scirrophorione*) cujus initium fuit hor. 7. 36′, medium, hor. 9 6′.

Tempus medium veræ ☍ contigit *Londini*, hor. 6. 6′ 46″. Erat tunc temporis verus locus Solis in gr. 20. 48′ 22″ ♊, verus locus Lunæ, in Orbita in gr. 20. 48′ 22″ ♐, Reductio, 1′ 47″ add. Locus ☽ in ecliptica, in gr. 20. 50′ 9″ ♐, horarius motus, 27′ 40″; ergo datur tempus exaratum veræ ☍, hor. 6. 2′ 54″.

Æquatio temporis 3′ 16″ add. Intervallum inter veram ☍, & medium Eclipsis, 7′ 13″. similitèr addendum, (tempus igitur maximæ obscurationis erat Meridiano *Londinensi*) hor. 6. 13′ 23″, Meridiano autem *Babyloniensi*, hor. 9. 23′ 23″. Digiti ecliptici, 7, 30′.

Prior eclipsis Lunæ 1663, observ. Londini, in Coll. Greshamensi.

Contigit medium tempus veræ ☍ *Londini*, *Februarii* die 11, hor. 15 14′ 29″, quo quidem tempore fit ☽ in gr. 3 40′ 34″ ♍, Anomalia latitudinis sig. 11, gr. 23 33′ 5′, ipsa latitudo Lunæ 33 39″ Merid. Desc. hinc erit Reductio 1′ 34″, Tempus reductionis 3′ 2″ subtrahend. Æquatio temporis 7′ 41″ auferenda; ergo tempus apparens veræ ☍ exactè erat hor. 15 3′ 46″, maxima autem obscuratio, seu medium eclipsis, hor. 15 9′ 28″.

Semidiameter Lunæ 15′ 59″, & umbræ Semidiameter 43′ 51″. Summa Semidiametrorum 59′ 50″, à qua si demas ☽ latitudinem, relinquuntur 26′ 11″, quæ si ducas in 6, & productum dividas per Semidiametrum Lunæ, dabunt Digitos 9 47′ 37″.

Scrupula incidentiæ sunt 49′ 28″, tempus incidentiæ hor. 1. 36′ 6″, ac proinde Eclipseos initium, hor. 1 33′ 22″ manè, omnino observationi consentiens.

Posterior Eclipsis Lunæ anno 1663. observata Londini.

70. Anno Christi 1663, *Augusti* die 8, contigit Eclipsis Lunaris, quæ observata fuit *Londini*, à D. *Henrico Sutton*, & *Roberto Anderson*, in vico vocato *Threedneedle-Street*. Initium accidit ante ortum Lunæ, sed finis exactè erat observata hor. 9. 58′ vesperi.

Tempus medium veræ ☍ cadit in diem 8 *Augusti*, hor. 8 13′ 11″, quo quidem tempore Luna erat in gr. 25 34′ 32″ ♒, Argumentum latitudinis, sig. 5. gr. 24 51′ 41″, ipsaq; Lunæ Latitudo 26′ 50″, Sept. Desc. Reductio 1′ 15″, Tempus reductionis 2′ 30″ subt. & Æquatio temporis similitèr subt. 9′ 7″, ac proinde tempus apparens veræ ☍, hor. 8 1′ 34″, intervallum veræ ☍, ac maximæ obscurationis 4′ 40″ add. ita ut medium Eclipsis sit hor. 8. 6′ 14″.

Ad quod tempus datus est Lunæ Semidiameter 15′ 49″, Umbræ 43′ 33″, horum semidiametrorum Summa 59′ 22″, & sublatâ hinc latitudine, restant scrupula deficientia 32′ 32″, ergo Digiti ecliptici erunt 12 20′.

Scrupula incidentiæ inveniuntur 52′ 57″, horarius motus 29′ 57″; datur itaq; tempus incidentiæ hor. 1 46′ 5″, ergo initium Eclipsis hor. 6 20′ 9″, finis hor. 9 52′ 19″, proximè Observationi consentiens.

Observatio Eclipsis Lunæ 1664, Londini habita.

71. Anno Christi 1664, *Julii* die 27 vesperi, contigit Eclipsis ☽, cujus finem D. *Josephus Moxon* & *Robertus Andersonus* observârunt *Londini*, hor. 13 22′ P. M.

Tempus medium veri Plenilunii erat hor. 11. 34′ 28″, quo quidem tempore hæret ☽, gr. 14 54′ 33″ ♒, cum latitudine austrina 15′ 25″ Reductio orbitæ Lunæ inventa est 0′ 44″ subr. horarius motus 27′ 27″, tempus reductionis Lunæ 1′ 36″ add. Æquatio temporis 9′ 56″ subt. & intervallum veri Plenilunii & maximæ obscurationis etiam subt. ita ut medium Eclipseos fuit *Londini*, hor. 11. 23′ 13″.

Semidiameter Lunæ, 15′ 24″, Semidiameter umbræ Terrestris 42′ 5″, Summa 57′ 29″, pars deficiens 42′ 4″, hinc digiti ecliptici erunt 16 23′ 22″.

Scrupula incidentiæ & moræ dimidiæ simul inveniuntur 55′ 23″, quæ divisa per motum horarium ☽ à ☉, dabunt Tempus incidentiæ, &c. hor. 2 1′ 3″, ergo initium Eclipsis erat *Londini*, hor. 9, 22′ 10″, & finis hor. 13 24′ 16″, omnibus modis ut observârunt.

Calculus *Eichstadii* ex *Tabulis Danicis* dat hujus Eclipseos initium hor. 9 25′ finem hor. 13 36′.

Observa-

§. X.

OBSERVATIONES ECLIPSIUM SOLARIUM.

1. ANno 3. *Olympiadis* quadragesimæ octavæ, ultimo die *Thargelionis* undecimæ Mensis Græcorum, cum *Lydi* & *Medi* æquo Marte inter se pugnarent, contigit durante conflictu, ut ex die repentè Nox efficeretur; erat enim tunc temporis Eclipsis Solis omnium maxima, quam *Thales Milesius* eo tempore *Ionibus* prædixerat. *Herodotus*, *lib.* 2. de Bello *Lydos* inter & *Medos*

Accidit hæc Solis Eclipsis anno *Nabonassari* 163, die 13 *Tybi*, hor. 2 49′ 44″ T M. sub Meridiano *Londinensi*, quo tempore locus Luminarium est in gr. 29 48′ 25″ ♉, Anomalia latitudinis sig. 0 gr. 4 9′ 53″, tempus reductionis 1′ 42″ add. & Æquatio dierum 8′ 49″ similitèr add. ita ut tempus apparens veræ ☌ esset *Londini*, hor. 3 0′ 15″.

Propter differentiam Meridianorum addendæ sunt horæ 2 24′, tempus itaq; apparens veræ ☌ fuit *SARDIBUS*, hor. 5 24′ 15″, at visa ☌ sequebatur veram, hor. 1 26′ 45″, & medium eclipsis erat ibi hor. 6, 51′ 0″. Ad quod tempus datur Parallaxis longitudinis ☽ à ☉ 51′ 34″ ad occasum, Parallaxis latitudinis 27′ 16″ in Austrum, Latitudo Lunæ vera 26′ 33″ borea, ergo latitudo ☽ visa 0′ 43″ austrina. Semidiameter Solis 16′ 2″ Lunæ 16′ 44″ Summa semidiametrorum 32′ 46″, pars deficiens, 32′ 3″, digiti ecliptici 12 exactè. In locis autem adjacentibus ad Austrum intra Germ. milliaria 15, aut circitèr, totus ☉ deficit cum mora; nam illic hoc Solare deliquium erat digitorum 12 16′, itaq; tenebræ erant nocturnis quodammodo majores respectu subitæ mutationis.

Mirabile Solis Deliquium an. Nabon. 163. THEON in Commentariis super cap. 11. lib. 6. magni operis Ptol. scribit, hanc Eclips. in locis quæ sunt circa Hellespontum in toto Sole accuratè esse factam, ut nihil de eo appareret; & Cleomedes refert, Sol totus in Hellesponto deficiens, observatus est in Alexandria 5ª parte Diamet. salva reliqua deficere.

2. Ante annum à cæde *Julii Cæsaris* elapsum, *Romam* intrante *Augusto*, visus est mirabilis ☉ defectus, horâ diei tertiâ, quam ob causam ☉ orbem suum celasse dicitur; Lux enim, inquit *Julius Obsequens*, tunc ita fulsit, ut tanquam die orto ad opus surgeretur. Id quod *DIO* hisce retulit, ὁ ἥλιος ποτὲ καὶ νυκτὸς ἐξέλαμψε, Aliquando, inquit, Sol etiam nocte effulsit. *Sueton.* etiam in *Augusto*, cap. 95. Post necem, ait, *Cæsaris*, reverso ab *Apollonia*, & ingrediente Urbem *Augusto*, repentè, liquido, puro, serenoq; die, Circulus ad speciem *Cœlestis arcûs* Orbem ☉ ambiit. Atq; hinc *Velleius* hoc ☉ deliquium expressit his verbis; *Cum intraret* Romam Augustus, *Solis Orbis super caput ejus curvatus æqualitèr, rotundatusq; in colorem arcûs, veluti Coronam tanti mox Viri capiti imponens, conspectus est.* Ubi notandum, hanc Coronam versicolorem, non extra Orbem Solis visam, sed Ipsummet Orbem Solis curvatum & rotundatum; ideoq; idem *Obsequens* ait, Solem tum Orbe modico inclusum. Vide *Orosium*, lib. 2. cap. 20. *Senec. Nat. Quæst.* cap. 2. *Aurel. Victor.* & alios. Incidit hoc tempus Deliquii Solaris in annum à Mundo condito 3912, diem 14 *Januarii*, ante Christi Natalem 38.

Eclipsis Solis mirabilis ante Christi Nativitatem, 38.

Tempus medium veræ ☌ fuit die 13 *Januarii*, hor. 20. 20′ 20″, tempus apparens hor. 20 17′ 16″, *Romæ* autem, quæ orientalior est, 51 horæ scr. hor. 9 8′ 16″, à media nocte, quo tempore Luminaria inveniuntur in gr. 22 18′ 33″ ♑, medium Cœli gr. 12 39′ ♐, Angulus meridianus gr. 82 35′, Altitudo med. Cœli gr. 25 34′, altitudo Nonagesimi gr. 26 33′, horizontalis Parallaxis ☽ à ☉ 57′ 0″, Parallaxis longitudinis 20′ 48″, latitudinis 50′ 59″.

Ad horam antecedentem, *viz.* hor. 8 8′ 16″, à media nocte, erit Parallaxis longitudinis 28′ 16″, parallaxis latitudinis 49′ 2″, horarius motus Lunæ à Sole verus 33′ 11″, visus verò 25′ 43″ ☉ erat in Quadrante Orientali,

ergo visa Luminarium Synodus antecedebat veram 48′ 32″, mediumq; eclipsis visum est *Romæ*, hor. 8 19′ 44″ à media nocte.

Ad hoc tempus parallaxis latitudinis ☽ à ☉ erit 49′ 28″ austrina. Latitudo ☽ vera 47′ 1″ Borea, latitudo ☽ visa 2′ 27″ austrina. Semidiameter ☉ 16′ 32″, Semidiameter ☽ 16′ 22″, Summa 32′ 54″, pars deficiens 30′ 27″, Digiti ecliptici 11 3′ ab Austro; itaq; margo ☉ suprema prominebat instar lucidæ coronæ, ut supra memorati Autores unanimitèr prodiderunt.

Maxima Solis Eclipsis, anno Christi 17, quo tempore totus Sol Romæ, & in compluribus Italiæ locis, visus fuit obscurari.

3. Annis postremis *Augusti Cæsaris* Regni, contigit eclipsis ☉ pene totalis, quæ mortem ejus prænuntiasse dicitur. Unde *Dio Cassius Nicæus* hæc affert: τέρατα δὲ ἄρα ἐς τοῦτο αὐτῷ φέροντα, οὔτε ἀδηλα, οὔτε δυσξύμβλητα ἐγένετο, ὅ, τε γὰρ ἥλιος πᾶς ἐξέλιπε. *Prodigia, quæ id ei pronunciarent, vel eò tenderent, neq; minima, neq; obscura evenerant. Nam & Sol totus defecerat.* Et paulò post, ταῦτα μὲν ζῶντος ἔτ' αὐτοῦ προῤῥήθη. *Hæc,* inquit, *Prodigia vivo adhuc Augusto, ante mortem ejus apparuerant.* Atq; his Autoribus accedit etiam *Nicephorus, Callisti Xanthopulus, lib. 1. cap. 17. Augustus,* ait, *cum quadraginta tres, sive, ut aliis placet, quadraginta septem annis, unus ipse Imperator fuisset, & supra 75 annos vixisset, obiit: Quo tempore traditur Solis fuisse deliquium, & fames maxima:* Quocirca, isthæc Eclipsis ex supputationibus Astronomicis inventa est tertio ante *Augusti* mortem evenire anno; quemadmodum eam invenit *Paulus de Mittleburge, Fori Sempronii Episcopus. Anno* (inquit) *Domini Salvatoris juxta consuetam supputationem 17 totus pene Sol* Romæ, *& in compluribus* Italiæ *locis visus fuit obscurari, die* Febr. 15, *horâ ferè meridianâ, in 26 gradu* Aquarii, *Sole domum Regiam possidente; quamobrem juxta* Chaldæorum *Sententias, mortem Summi Regis portendebat.*

Tempus medium veræ ☌ contigit *Londini*, die 14 *Febr.* hor. 21 11′ 3″, quo tempore Luminaria sunt in gr. 25 20′ 10″ ♒, Argumentum latitudinis ☽ sig. 0, gr. 8 43′ 14″, tempus reductionis orbitæ ☽ ad eclipticam 3′ 51″ addendum; Æquatio dierum 9′ 9″ subt. tempus itaq; apparens veræ ☌ fuit hor. 9. 5′ 45″ à media nocte; *Romæ* verò, hor. 9 56′ 45″. Tunc datur medium Cœli gr. 24 51′ ♑, angulus meridianus gr. 79 37′, altitudo medii Cœli gr. 26 44′, angulus Eclipticæ cum Horizonte gr. 28 32′, elongatio ☉ à Nonagesimo gr. 10 47, parallaxis longitudinis 5′ 4″, latitudinis 49′ 48″, Motus horarius ☽ à ☉ verus 32′ 42″, visus ad quadrantem hor. 5′ 52″. Sol erat in Quadrante orientali, ergo visa copula antecedebat veram 12′ 56″, mediumq; eclipsis conspectum est *Romæ*, hor. à media nocte 9 43′ 49″, tunc datur Parallaxis longit. ☽ à ☉ 7′ 3″, Parallaxis latit. 50′ 12″, latit. ☽ vera 44′ 45″ borea, latit. visa 5′ 27″ austrina. Semidiameter ☉ 16′ 23″, ☽ 16′ 17″, Summa semidiametrorum 32′ 40″, pars deficiens 27′ 13″, Digiti ecliptici 10 fere; ergo ☉ *Romæ* maximam obscurationem tunc patitur. In locis verò magis ad Austrum erat eclipsis Digitorum 12.

Eclipsis Solis Romæ visa, anno 237, quo tempore tantus Sol. obscuratio fuit, ut nox crederetur, neq; sine luminibus accensis quicquam agi posset, ut refert Julianus Capitolinus.

4. Anno Christi 237, die 12 *Aprilis*, fuit Eclipsis maxima. Tunc enim *Romæ* horis post meridiem 4 53′, è diametro Solis defecerunt digiti 10 24′. Idq; contigit *P. Titio Perpetuo, & L. Ovinio Rustico Corneliano Coss.* eo ipso tempore, quo *M. Antonius Gordianus Imp.* est electus. Hinc *Julius Capitolinus*, sub *Gordiani* hujus tertii Imperio mentionem ejusdem eclipseos faciens: Indicium, inquit, non diu Imperaturi *Gordiani* (etiam hujus tertii) hoc fuit, quòd Eclipsis Solis facta est, ut Nox crederetur, neq; sine luminibus accensis quidquam agi posset.

Tempus apparens veræ ☌ fuit *Londini*, horis à meridie 2 33′ 29″, *Romæ* verò, quæ 51′ scrup. horæ orientalior est, horis à meridie 3 24′ 29″, Luminaria in gr. 21 58′ 32″ ♈, ascensio recta ☉ gr. 20 19′, med. Cœli gr. 12 51′ ♊, angulus meridianus gr. 82 40′, altitudo med. Cœli gr. 70 23′, altitudo Nonagesimi gr. 70 33′, elongatio ☉ à Nonagesimo gr. 53 29′ ad occasum, parallaxis longit. 44′ 6″, latit. 19′ 22″. Hinc intervallum veræ & visæ

visæ ☌ hor. 1 28′ 54″ add. Itaq; visa Synodus erat *Romæ*, hor. 4 53′ 23″. Datur tunc

Medium Cœli gr. 3 24′ ♋, angulus meridianus gr. 88 32′, altitudo medii Cœli gr. 71 27′, angulus Ecli, iter cum Horizonte gr. 71 27′, distantia ☉ à Nonagesimo gr. 70 52″, parallaxis longitudinis 32′ 9″, parallaxis latitudinis 18′ 31″.

Semidiameter ☉ 16′ 9″, ☽ 16′ 41″, Summa semidiametrorum 32′ 50″, latitudo visa 4′ 52″ borea, pars deficiens 27′ 58″, Digiti 10 24′.

5. Anno Christi 238, die 2 *Aprilis*, facta est Eclipsis Solis, cujus medium conspectum est *Romæ* horis à media nocte 7 53′.

Eclipsis Solis observata Romæ, an. 238.

Tempus apparens veræ ☌ contigit *Londini*, hor. 7 35′ 20″ à media nocte, quo tempore ☉ & ☽ conjuncti sunt in gr. 11 48′ 1″ ♈, & tempus apparens veræ ☌ erat *Romæ*, hor. 8 26′ 30″, tunc temporis est medium Cœli gr. 14 57″ ♒, angulus meridianus gr. 72 54′, altitudo Nonag. gr. 35 29′, paral. Horizontalis Lunæ à Sole 58′ 15″, Parallaxis Longitudinis 17′ 33″, latitudinis 47′ 26″.

Ad scrup. 45′ ante veram ☌, nempe hor. 7 41′ 20″ à media nocte, fuit medium Cœli gr. 3 49′ ♒, angulus meridianus gr. 76 22′, altitudo medii Cœli gr. 28 36″, angulus eclipticæ & horizontis gr. 31 26, elongatio ☉ à Nonag. gr. 44 34′, Parallaxis longitudinis 21′ 19″, latit. 49′ 42″, ☉ versabatur in Quadrante Orientali; ergo visa Synodus antecedebat veram scrup. hor. 34′ 41″, ac proinde medium Eclipsis conspectum est *Romæ*, hor. 7 51′ 39″, quemadmodum Observatio habet.

Semidiameter Solis 16′ 11″, Lunæ 16′ 42″, Summa semidiametrorum 32′ 53″, latitudo ☽ vera, gr. 1 1′ 13″, visa 12′ 2″ borea, pars deficiens 20′ 51″, Puncti eclipt. 7 50′.

6. Anno Christi 334, *Optato & Paulino Coss.* ☉ medii diei tempore, Lunæ Radiis, quasi quibusdam obstaculis impeditus, fulgida splendoris sui lumina mortalibus denegavit, *Julius Firmicus, lib. 1. cap. 2.*

Altera Solis Defectio Romæ observata anno 334.

Tempus medium veræ ☌ accidit *Londini*, die 15 *Julii*, hor. 23 27′ 0″, quo tempore duo luminaria ☉ & ☽ sunt in gr. 24 3′ 39″ ♋, Anomalia latitudinis à Nodo ☊ sig. 5 gr. 26 51′ 12″, Reductio ☽ 0′ 47″ add. tempus Reductionis 1′ 36″, subtr. & Æquatio temporis 7′ 37″ etiam subt. ergo tempus apparens veræ ☌ erat *Londini*, hor. 23 17′ 47″, *Romæ* autem quæ scrup. 51′ horæ orientalior est horis à meridie 0 8′ 47″. Tunc temporis est ascensio recta med. Cœli gr. 118 9′. Med. Cœli in ecliptica gr. 26 8′ ♋, angulus meridianus gr. 79 8′, altitudo med. Cœli gr. 68 58′, angulus Eclipticæ cum Horizonte gr. 69 22′, elongatio Solis à Nonagesimo gr. 2 10′, Horizontalis parallaxis Lunæ à Sole 54′ 41″, parallaxis longit. 1′ 56″, parallaxis latit. 19′ 16″.

Cumq; hæc Luminarium Synodus cadat in Quadrante Eclipticæ Orientali, adeoq; ad scrup. horæ 15 citius, nempe hor. 11 53′ 47″ à media nocte, est ascensio recta Solis gr. 115 57′, med. Cœli gr. 12 35′ ♋, angulus meridianus gr. 80 30′, altitudo med. Cœli gr. 69 35′, altitudo Nonag. gr. 69 53′, elongatio Solis à nonag. gr. 4 59′ ad ortum, Parallaxis longitudinis 4′ 27″, latitudinis 18′ 49″, motus ☽ à ☉ verus in scrup. 15′, horæ 7′ 21″, Differentia Parallaxeos longitudinis 2′ 31″ subt. motus ☽ à ☉ visus in scrup. 15′, horæ 4′ 50″, ergo visa conjunctio antecedebat veram 6′ 0″, ac proinde medium Eclipsis fuit *Romæ*, hor. 0 2′ 47″ post meridiem, id est, in ipso pene meridie, prout habet Observatio: Ad hoc tempus datur

Parallaxis longit. 2′ 56″, Parallaxis latit. 19′ 5″ austrina, latitudo ☽ vera 16′ 43″ Borea, visa 2′ 22″ Austrina. Semidiameter Solis 16′ 6″, Lunæ 15′ 42″, Summa semidiametrorum 31′ 48″, pars deficiens 29′ 26″, ergo proveniunt digiti obscurati 11 0′; itaq; totus pene Sol obscuratus erat, & fulgida

fulgida ſplendoris ſui lumina mortalibus denegabat, quemadmodum *Julius Firmicus* annotavit.

Obſervatio Albategnii ſuper Eclipſi Solis an. 891.

7. Anno ab *Alexandri* obitu 1214, à Chriſto nato 891, die 8 *Auguſti*, fuit ec ipſis Solis, cujus medium *Albategnius Arabs* conſpexit *Aractæ Syriæ*, unâ horâ temporali poſt meridiem, deficiebatq; tunc ab Auſtro plus quàm Beſſis Diametri Solis, *Albategnius*, *cap.* 30. *&* *Lansbergius fol.* 127. *Obſervat. Aſtron.*

Tempus apparens veræ ☌ factum eſt *Londini*, horis à media nocte 9 53' 36", *Aractæ* verò, quæ orientalior eſt, horis 3. 20', horâ 1 13 36 poſt meridiem. Erat tunc ☉ & ☽ in gr. 19 14' 6" ♌, Medium Cœli gr. 8. 26' ♍, angulus meridianus gr. 67 58', altitudo medii Cœli gr. 62 26, altitudo Nonageſimi gr. 64, 36', Parallaxis Horizontalis ☽ à ☉ 53' 36", Parallaxis longitudinis 6' 50", parallaxis latitudinis 22' 59" in Auſtrum.

Ad Scrup. 30' horæ poſt veram ☌, nempe Hor. 1. 43' 36", eſt recta Aſcenſio Solis gr. 141, 42', medium Cœli gr. 16, 31' ♍, angulus meridianus gr. 67 2', altitudo med. Cœli gr. 59 20', altitudo Nonageſimi gr. 61 59', elongatio ☉ à Nonageſimo gr 14 14' ad occaſum, Parallaxis longitudinis 1 1' 38", latitudinis 25' 10", ſemihorarius motus ☽ à ☉ verus 13' 46", viſus 8' 58", atq; hinc intervallum inter veram & viſam ☌ 22' 50" addendum, ac proinde viſa ☌ hor. 1 36' 26" poſt meridiem. Datur parallaxis longitudinis 10' 29", parallaxis latitudinis 24' 39" Auſtrina, Latitudo Lunæ vera 16' 50" borea, Latitudo viſa 7' 49" auſtrina, Semidiameter ☉ 16' 10", Semidiameter ☽ 15' 26", Summa 31' 36", pars deficiens 23' 47", ergo colliguntur Digiti ecliptici 8 49'. Omnibus modis ut *Albategnius* conſpexit.

Obſ. Deliquii Solis, an. 901.

8. Anno ab obitu *Alexandri* 1224, à Chriſto nato 901, die 23 Menſis *Januarii*, facta eſt Eclipſis Solis, cujus medium contigit *Aractæ Syriæ*, tribus horis minùs horæ ſemiſſe, ante medium diem; deficiebatq; tunc circitèr beſſis Diametri Solis à Borea, *Albategnius*, *cap.* 30.

Tempus medium veræ Synodi contigit *Londini*, die 23, hor. 6 13' 39", à media nocte, quo tempore ☉ & ☽ erant in gr. 8 36' 27" ♒, non procul à cauda Draconis, tum in gr. 19 38' 33" ejuſdem ſigni; hinc datur reductio ☽ 2' 38", tempus Reductionis 4' 42" ſubt. Æquatio dierum 9' 47" etiam ſubtr. tempus itaq; apparens contigit *Londini*, hor. 5 58' 10", à media nocte, *Aractæ* verò, quæ horis 3 20' orientalior eſt, hor. à media nocte 9 18' 10".

Ad hoc tempus medium Cœli erat gr. 0 32' ♑, angulus meridianus gr. 89 46', altitudo M. C. gr. 30 29', altitudo Nonageſimi gr. 30 29', horizontalis parallaxis ☽ à ☉ 57'. 12", parallaxis longitudinis 17' 44", latitudinis 49' 18".

Ad horam antecedentem, *viz.* 8 18'. 10" à media nocte, datur Aſcenſio Solis recta gr. 311 1', medium Cœli gr. 16 42' ♑, angulus meridianus gr. 84 16, altitudo medii Cœli gr. 31 9', altitudo Nonageſimi gr. 31 37', elongatio ☉ à Nonageſimo gr, 61 15', parallaxis longitudinis 26' 17", latitudinis 48' 42", horarius motus ☽ à ☉ verus 33' 33", viſus 25' 0", atque hinc intervallum inter veram ☌ & viſam 42' 33" ſubt. Adeoq; eclipſis medium conſpectum eſt *Aractæ*, hor. 8 35' 37" à media nocte. Tunc temporis erat parallaxis longitudinis 23' 48", parallaxis latitudinis 48' 52" auſtrina, latitudo ☽ vera 59' 32" borea, latitudo viſa 10' 40", Semidiameter ☉ 16' 33", Lunæ 16' 26", Summa 32' 59", pars deficiens 22' 19", digiti ecliptici 8 5', omnino ut *Albategnius* obſervavit.

Magna ecl. ☉ in Anglia, an. Chriſti 1133. obſervata.

9. Anno Chriſti 1133, die ſecundo *Auguſti*, obſervata eſt magna Eclipſis Solaris in *Anglia*, in cujus medio, ſeu maxima obſcuratione, apparebant in Cœlo Stellæ illuſtriores, ut notavit *Wilhelmus Malmesburienſis*: Vide Catalogum Eclipſium à *Joſhua Childræo* editum ante annos 7.

Medium tempus veræ ☌ contigit *Londini* die 1 *Auguſti* hor. 23 41' 58",

quo

quo tempore Luminaria conjunguntur in gr. 15 51′ 22″ ♌, non procul à cauda Draconis, in gr. 22 12′ 21″ ejusdem signi; hinc colligimus Argumentum latitudinis ☽ à nodo boreo, sig. 5 gr. 23 39′ 0″. Tempus reductionis 2′ 36″ subt. Æquationem temporis 9′ 54″ etiam subtr. ac proinde Tempus apparens veræ ☌ fuit *Londini*, hor. 23 29′ 28″, Urbi verò *Malmesburiensi*, quæ 8 horæ scrupulis occidentalior est, hor. à meridie 23 21′ 28″.

Ad hoc tempus medium Cœli est gr. 6 18′ ♌, angulus meridianus gr. 75 32′, altitudo Poli *Malmesburiensis* gr. 51 36′, altitudo med. Cœli gr. 57 10′, Gradus Nonagesimus gr. 27 8′ ♋, angulus orientis gr. 58 20′, elongatio Solis à Nonagesimo gr. 18 43′ ad ortum, Parallaxis itaq; longitudinis erit 15′ 53″, latitudinis 30′ 33″. At quia hæc Conjunctio Ecliptica accidit in Quadrante Eclipticæ Orientali, ergo divisâ Parallaxi longitudinis per motum horarium ☽ à ☉ visum 26′ 17″, habetur intervallum inter veram ☌ & visam 36′ 15″, quod à tempore veræ ☌ sublatum, relinquit visam Hor. 10 45′ 13″, A. M.

Tunc temporis parallaxis longitudinis est 21′ 18″, latitudinis 29′ 23″ aust vera Lunæ latitudo 35′ 37″ borea, latitudo visa 5′ 44″ etiam borea. Semidiameter Solis 16′ 7″, Lunæ 16′ 41″, summa semidiametrorum 32′ 48″, pars deficiens 27′ 4″, digiti ecliptici 10 5′. Scribit *Johannes Stow in Chronologia*, quod appareret Sol in medio Deliquii ad similitudinem Lunæ corniculatæ, nempe ut visa est in tertia ejus Quadratura, itaq; non supponenda est, ut hæc eclipsis ultra 10 digitos se extenderet, quemadmodum ex hoc Calculo etiam comprobatur.

10. Anno Christi 1140, die 20 *Martii*, paulò post meridiem, fuit tanta & insueta Eclipsis Solis in *Urbe Malmesburiensi*, & per totam *Angliam* conspecta, ut Stellæ in Cœlo clarissimè conspicerentur, ut notavit D. *Joshua Childreus in Catalogo Eclipsium nuper edito.*

Eclipsis Solis totalis in Anglia, an. Christi 1140.

Tempus medium veræ ☌ fuit *Londini* hor. 1 2′ 29″, tempus apparens hor. 1 1′ 44″, *Malmesburiæ* verò, quæ 8 horæ scrupulis occidentalior est, hor. 0 53′ 44″, quo tempore ☉ & ☽ erant in gr. 6 41′ 48″ ♈, Ascensio recta veri loci Solis gr. 6 8′, medium Cœli gr. 21 11′ ♈, angulus meridianus gr. 67 54′, altitudo M. C. gr. 46 41′ altitudo Nonagesimi gr. 50 32′, distantia ☉ à Nonagesimo ad Occasum gr. 34 1″, parallaxis Horizontalis ☽ à ☉ 58′ 22″, parallaxis longitudinis 25′ 12″, latitudinis 37′ 6″.

Tanta Solis defectio fuit, ut stellæ multis passim Cœli locis effulserint, aerisq; fuerit ea temperies qualis est incerta luce sub crepusculo.

Cumq; in Quadrantem Zodiaci occidentalem hæc Luminarium ☌ incidat, erit ad horam subsequentem, nempe hor. 1 53′ 44″. angulus meridianus gr. 70 48′. altitudo medii Cœli gr. 52 17′ angulus Eclipticæ & Horizontis gr. 54 42′. elongatio Solis à Nonagesimo, gr. 44 30′ ad occasum, Parallaxis longitudinis 33′ 23″, latitudinis 33′ 43″, motus horarius Lunæ verus 35′ 37″, visus 27′ 26″, Intervallum itaq; veræ & visæ ☌ 55′ 7″ add. Tempus ergo visæ ☌ incidit in *Martii* diem 20, hor. 1 48′ 51″.

Hoc verò tempore est angulus meridianus gr. 70 31′ altitudo medii Cœli gr. 51 52′, altitudo Nonagesimi gr. 54 24′, elongatio Solis à Nonagesimo gr. 43 39′, Parallaxis longitudinis 32′ 45″, latitudinis 33′ 59″, merid. latitudo ☽ vera 34′ 47″ borea, latitudo visa 0′ 48″ etiam borea, Semidiameter ☉ 16′ 17″, Semidiameter ☽, 16′ 44″, Summa 33′ 1″, pars deficiens, 32′ 13″, digiti ecliptici 11 52′. In locis verò *Angliæ* septentrionalioribus Eclipsis erat totalis & terribilis valde, digitorum 12 10′: non mirum est itaq; si stellæ in Cœlo clarissimè viderentur.

Altera eclipsis Sol. valde terribilis in Anglia, an. Christi 1185. quæ in locis Britanniæ borealioribus omnino erat totalis

11. Anno Christi 1185, *Festo die S. Philippi & Jacobi*, Sol medio pene die, Lunæ interventu, impeditus, sedem in Cœlis derelinquisse videtur. Sed quia locus in *Anglia* ubi hoc modo apparuit, ab observatore non est adscriptus, Calculum adhibebimus ad Horizontem *Eboraci*, sub longitudine gr. 23 18′ & latitudine gr. 54 0′, *Joshua Childreus* in Catalogo eclipsium.

Tempus

Tempus apparens veræ ☌ factum est *Londini*, hor. 0 48′ 38″, *Eboraci* verò, quæ horæ scrupulis 4 occidentalior est, horis à meridie 0 44′ 38″, quo tempore ☉ erat in gr. 17 29′ 15″ ♉, ascensio recta med. Cœli gr. 56 9′, medium Cœli in ecliptica gr. 28 25′ ♉, angulus meridianus gr. 77 9′, altitudo M. C. gr. 55 52′, angulus Eclipticæ cum Horizonte gr. 56 50′, elongatio ☉ à Nonagesimo gr. 19 30′ ad occasum; hinc dabitur parallaxis longitudinis 16′ 20″, latitudinis 31′ 59″.

Sed quia hæc Synodus Ecliptica facta est in Quadrante eclipticæ occidentali, ergo divisâ Parallaxi longitudinis tempore veræ ☌ per motum horarium visum 27′ 13″, habebimus intervallum inter veram & visam ☌ hor. 0 36′ 0″ add. hinc visa Synodus Luminarium erit *Eboraci*, hor. 1 20′ 38″ post meridiem; tunc temporis est medium Cœli gr. 7 1′ ♊, angulus merid. gr. 80 20′, altitudo M. C. gr. 57 34′, altitudo Nonag. gr. 58 5′, distantia ☉ à Nonag. gr. 25 36′, Parallaxis longitudinis 21′ 26″, latitudinis 30′54″ in austrum, latitudo ☽ vera 34′ 0″, visa 3′ 6″ borea, Semidiameter ☉ 16′ 6″, Lunæ 16′ 44″, Aggregatum semidiametrorum 32′ 50″, pars deficiens 29′ 44″, digiti ecliptici 11 5′. Itaq; ☉ fere totus à mortalibus obtectus erat, vix alitèr quàm refert Observator.

Eclipsis ☉ centralis in quibusdam Angliæ locis anno Christi 1191.

12. Anno Salvatoris Jesu Christi 1191, die 23 *Junii*, facta est eclipsis Solis, quæ horâ septimâ ab ejus ortu incipiebat (ut testatur *Matheus Paris.*) & duravit tres quasi horas. In medio eclipsis tenebræ fuerant tantæ in quibusdam *Angliæ* locis, ut stellæ in Cœlo viderentur. Vide *Catalogum* præfatum Amici nostri *Joshuæ Childrei*.

Totalis Solis eclipsis facta anno 1191. Ac Luna in Apogæo tamen fuit. Kepler in Astron. opt. pag. 295.

Tempus apparens veræ ☌ accidit *Londini*, die 22 *Junii*, hor. 23 11′ 7″, quo tempore ☉ & ☽ conjuncti sunt in gr. 7 33′ 53″ ♋, medium Cœli in gr. 26 22′ ♊, angulus meridianus 88 26′, altitudo med. Cœli gr. 61 56′, Nonagesimi gr. 61 57′, elongatio ☉ à Nonagesimo gr. 10 22′ ad ortum, Parallaxis Horizontalis Lunæ à Sole 53′ 43″, parallaxis longitudinis 8′ 31″, latitudinis 25′ 16″.

Ad semihoram ante veram ☌, nempe hor. 22 41′ 7″, est medium Cœli in Ecliptica in gr. 19 27′ ♊, angulus meridianus gr. 85 27′, altitudo medii Cœli gr. 61 34′, Nonagesimi gr. 61 40′, elongatio ☉ à Nonagesimo gr. 15 38′, parallaxis longit. 12′ 44″, latit. 25′ 30″. Differentia parallaxeos longit. 4′ 13″, verus semihorarius motus 13′ 51″, ergo semihorarius motus visus 9′ 38″, atq; hinc colligitur intervallum inter veram & visam ☌ 26′ 31″ subt. Cadit itaq; visa Luminarium ☌ hor. 22 44′ 36″, & tunc temporis reperitur Parallaxis longit. 12′ 15″, latit. 25′ 28″, lat. ☽ vera 27′ 4″ bor. lat. visa 1′ 36″ Bor. Semidiameter Solis 16′ 3″, Semidiameter Lunæ 15′ 27″, Summa 31′ 30″, pars deficiens 29′ 54″, ac proinde colliguntur digiti ecliptici 11 11′, & in locis *Angliæ* septentrionalioribus erat eclipsis centralis digitorum 11 47′. Calculus itaq; noster cum observatione ad amussim convenit.

Mirabilis eclipsis Sol. Constantiæ observata, an. 1415. quo tempore Sol totus defecit, Lunâ circa perigæum existente. Kepler. ibid.

13. Anno Domini Salvatoris 1415, die 7 *Junii*, horâ sextâ matutinâ, conspecta est Eclipsis Solis *Constantiæ*, quæ tanta fuit, ut Stellæ in Cœlo, velut noctu, viderentur, & aves subitâ caligine territæ, passim è sublimi in terram deciderint. *Erasmus Reinboldus in Commentariis* super *Theoricas Purbachii*, *ex Scriptore Historiæ Polonicæ*.

Tempus medium veræ ☌ fuit *Londini*, die 6 *Junii*, hor. 18 54′ 57″, tempus apparens hor. 18 54′ 18″, *Constantiæ* verò, (quæ removetur à *Londino* ad ortum horæ scrup. 37′) hor. 19 31′ 18″, ad quod tempus Luminaria subsunt gr. 23 54′ 39″ ♊, medium Cœli gr. 17 34′ ♈, angulus meridianus gr. 67 28′, altitudo med. Cœl. gr. 49 18′, angulus eclipticæ cum horizonte gr. 52 58′, elongatio Solis à Nonag. gr. 48 6′, paral. Horizontalis Lunæ à Sole 58′ 15″, hinc emergit Parallaxis Longitudinis 34′ 36″, latitudinis 35′ 5″.

Ad

Ad horam 1 antecedentem, nempe 18 31′ 18″, datur med. Cœli gr. 1 15′ ♈, angulus meridianus gr. 66 29′, altitudo med. Cœli gr. 42 53′, altitudo Nonag. gr. 47 47′, distantia Solis à Nonag. gr. 59 22′, Parallaxis longitudinis 37′ 7″, latitudinis 39′ 8″ in Austrum. Jam si à motu horario ☽ à ☉ vero 35′ 19″, auferatur differentia parallaxeos 2′ 31″, relinquit motum horarium visum 32′ 48″, per quem divisâ Parallaxi longitudinis tempore veræ ☌, colligitur intervallum inter veram ☌ & visam hor. 1 3′ 18″ subtr. ac proinde visa Conjunctio erat *Constantiæ*, hor. 18 28′ 6″, quo quidem tempore datur

Medium Cœli gr. 0 21′ ♈, & ejus altitudo gr. 42 31′, angulus meridianus gr. 66 29′, altitudo Nonag. gr. 47 29′, elongatio ☉ à Nonagesimo gr. 60 0′, parallaxis longitudinis 37′ 11″, latitudinis 39′ 22″ austr. latitudo ☽ vera 39′ 25″ borea, latit. visa 0′ 3″ borea, Semidiameter ☉ 16′ 3″, ☽ 16′ 41″, Summa semidiametrorum 32′ 44″, pars deficiens 32′ 41″, Digiti ecliptici 12 13′ fere.

Erat ergo hæc Eclipsis Solis totalis cum mora, adeo ut stellæ velut noctu, clarissimè ibi conspicerentur, omnibus modis ut observavit ille Scriptor Historiæ Polonicæ.

14. Anno Christi 1462, die 21 *Novembris*, conspecta est Eclipsis Solis *Viterbii*, circa meridiem. Principium non observatum; sed cum ☉ esset in meridie, habebat altitudinem gr. 26. Eclipsati erant Digiti 2, in fine Eclipseos ☉ habebat pomeridianam altitudinem gr. 24 36′, quantum conjecturâ potuit colligi; videbatur tertia pars temporis totius Eclipsis transivisse à principio Eclipsis ad primam considerationem. Nam paulò ante hanc, quæ erat præcisè in meridie, conspectus fuit ☉ ab objectu ☽ liber. *Regiomontanus in Torqueto.*

Observatio Regiomontani ad eclips. Solis anno 1462.

Tempus medium veræ ☌ contigit *Londini*, die 20 *Novembris*, hor. 23 30′ 40″, quo quidem tempore luminaria tenent gr. 8 7′ 12″ ♐, Reductio 1′ 10″ add. tempus Reductionis 2′ 5″, subtr. Æquatio temporis 7′ 5″ add. adeoq; tempus apparens veræ ☌ fuit *Londini*, hor. 23 35′ 40″, *Viterbii* verò (quæ scrup. 49′ horæ orientalior est) hor. à meridie 0 24′ 40″. Tuncque datur med. Cœli 13° 52′. ♐, angulus meridianus gr. 83 6′, altitudo med. Cœli gr. 25 3′, angulus Eclipticæ cum Horizonte gr. 25 55′, parallaxis Horizontalis Lunæ à Sole 57′ 11″, elongatio Solis à Nonagesimo gr. 8 40′ ad ortum, parallaxis longit. 3′ 46″, latit. 51′ 26″.

Cumq; ☌ ante 90 Eclipticæ gradum in Quadrantem Zodiaci Orientalem accidit, itaq; scrup. horæ 15 citiùs, *viz.* hor. 0 9′ 40″, erat angulus meridianus gr. 81 39′, altitudo medii Cœli gr. 25 30′, altitudo Nonagesimi gr. 26 45′, elongatio ☉ à Nonag. gr. 14 40′, Parallaxis longitudinis 6′ 31″, latit. 51′ 4″.

Motus ☽ à ☉ verus pro 15′ horæ 8′ 22″, differentia longitudinis 2′ 45″ sub. Motus ☽ à ☉ visus tempore dato 5′ 37″, atq; hinc colligitur intervallum inter veram & visam ☌ 10′ 3″ subtr. ac proinde visa ☌ *Viterbii*, hor. 0 14′ 37″, & tunc temporis datur Parallaxis longit. 5′ 36″, latit. 51′ 11″, latit. ☽ vera 25′ 21″ borea, visa 25′ 50″ austrina, Semidiametrus Solis 16′ 36″, Lunæ 16′ 26″, Summa semidiametrorum 33′ 2″, pars deficiens 7′ 12″, ergo digiti eclipt. colliguntur 2 36″, quæ cum Observatione ad amussim conveniunt.

Scrupula Incidentiæ 20′ 35″, tempus incidentiæ hor. 0 54′ 26″, Intervallum inter visam ☌ & med. Eclipsis 6′ 0″ subtr. hinc med. Eclipsis fuit hor. 0 8′ 37″, Initium horæ scrup. 45′ 49″ ante meridiem. Cum igitur ☉ esset in meridie, transierat plenè tertia pars totius durationis Deliquii. Finis erat hor. 1 3′, cum Solis altitudo esset gr. 24 ½ circitèr, omnino ut *Johannes Regiomontanus* observavit.

Eclipsis Solis anno 1485 à Bern. Walthero observ.

15. Anno Christi 1485, die 16 *Mart.* fuit magna Eclipsis Solis, cujus medium *Bernardus Waltherus* conspexit *Norimbergæ*, inter horas 4 & 5 pomeridianas, deficiebatq; tunc ab Austro digiti quasi undecim. Vide *Observ. Astron. Lansbergi*, ex Observationibus *B. Waltheri*.

Tempus apparens veræ ☌ factum est *Londini*, hor. 2 2′ 38″, *Norimbergæ* verò hor. 2 50′ 38″, Luminaria in gr. 5 9′ 4″ ♈, medium Cœli gr. 19 51′, ♉, angulus meridianus gr. 74 18′, altitudo medii Cœli gr. 58 19′, angulus Eclipticæ & Horizontis gr. 59 38′, elongatio Solis à Nonagesimo gr. 54 12′ ad occasum, Parallaxis longitudinis 40′ 51″, latitudinis 29′ 31″.

Ad horam 1 succedentem, nempe hor. 3 50′ 38″, erat in medio Cœli gr. 4 24′ ♊, angulus meridianus gr. 79 20′, altitudo Nonagesimi gr. 62 12′, distantia Solis à Nonagesimo gr. 64 54′ horizontalis parallaxis Lunæ à Sole 58′ 22″, parallaxis longitudinis 46′ 45″, latitudinis 27′ 13″, differentia parallaxeos longitudinis 5′ 54″, horarius motus Lunæ à Sole verus 35′ 36″, visus 29′ 42″, atq; hinc intervallum inter veram & visam Conjunctionem hor. 1 21′ 35″ addendum, ergo visa Conjunctio conspecta est *Norimbergæ*, hor. 4 12′ 13″, quo tempore datur medium Cœli gr. 9, 31′ ♊, angulus meridianus gr. 81 19′, altitudo med. Cœli gr. 62 31′, altitudo Nonagesimi gr. 62 51′, elongatio ☉ à Nonagesimo gr. 68 48′, Parallaxis longitudinis 4[illegible]′ 25″, parallaxis latitudinis 26′ 38″ austrina, latitudo ☽ vera 25′ 0″ borea, latitudo visa 1′ 38″ austrina, Semidiameter ☉ 16′ 19″, Semidiameter ☽ 16′ 44″, Summa 33′ 3″, pars deficiens 31′ 25″, Digiti ecliptici ab Austro 11 33′, vix aliter quam *Bernardus Waltherus* observavit *Norimbergæ*.

Eclipsis Solis anno 1544, à Gemma Frisio conspecta. Ecl. Frisius observavit (per foramen) 10 dig. falsus itaq; est, & major fuit defectus. Functius undecim dig. æstimavit, sed & hunc oculi fefellerunt, omnino parùm superfuit, & alicubi totus Sol latuit. Hinc Functius diem ait cœpisse iterum noctescere, tanquam in crepusculum vespertinum & volucres Cœli quæ s[a] luce fuerant hilares cum tantæ subitò occurrerent tenebræ, obtumescere cœpisse.

16. Anno Christi 1544, die 24 *Januarii*, fuit eclipsis magna Solis, quam *Gemma Frisius* conspexit *Lovanii*, sub longitudine gr. 29 20′, & latitudine gr. 50 50′, horâ 8 53′ plus minus ante medium diem, deficiebantq; tunc Digiti decem à parte inferiori.—*Gemma Frisius in Astronomico Radio*, *cap.* 18.

Tempus medium fuit *Lovanii*, die 23 *Januarii*, hor. 21. 2′ 33″, tempus verò apparens hor. 20 57′ 16″, quo tempore Luminaria ☉ & ☽ erant in gr. 13 36′ 22″ ♒, medium Cœli gr. 0 22′ ♑, Angulus meridianus gr. 89 50′, Altitudo med. Cœli gr. 15 39′, altitudo Nonagesimi gr. 15 39′, elongatio Solis à Nonag. gr. 42 39′, Parallaxis horizontalis ☽ à ☉ 57′ 6″, Parallaxis longitudinis 10′ 26″, latitudinis 54′ 59″.

Ad 30′ horæ citiùs, *viz.* hor. 20 27′ 16″, erit medium Cœli gr. 23 29′ ♐, angulus meridianus gr. 87 11′, altitudo M. C. gr. 15 49′, Nonagesimus gr. 13 38′ ♐, altitudo Nonag. gr. 16 3′, elongatio Solis à Nonag. ad ortum gr. 59 56′, parallaxis longitudinis 13′ 40″, latitudinis 54′ 52″. Semihorarius motus ☽ à ☉ verus 16′ 41″, differentia parallaxis longitudinis subtr. 3′ 14″, semihorarius motus ☽ à ☉ visus 13′ 27″, datur itaq; intervallum inter veram & visam ☌ 23′ 16″ subtrahendum; ac proinde visa ☌ *Lovanii*, hor. 20 34′ 0″, ad quod quidem tempus erit parallaxis longitudinis 12′ 56″, parallaxis latitudinis 54′ 54″, latitudo ☽ vera 54′ 54″ borea, semidiameter ☉ 16′ 34″, semidiameter ☽ 16′ 24″, summa 32′ 58″, digiti 11 56′.

Erat ergo Sol centralitèr & pene eclipsatus totalitèr, *Gemma* tamen notavit

tantum

tantum digitos 10, at non in ipso tempore medii deliquii (ut rectè observavit *P. Lansbergius*) sed cum Sol aliquandiu repleri cœpisset: nam medium eclipsis contigit *Lovanii*, hor. 8 34′ ante meridiem, ita ut Observatio sit facta ad trientem horæ post maximam obscurationem, quando ☉ non ultra 10 digitos, eclipsin patitur, sed in medio Eclipseos Sol fere totus fuit obscuratus, ut *Funccius* & alii conspexerunt.

17. Anno Christi 1560, die 21 *Augusti*, circa meridiem, contigit eclipsis Solis, in qua interponebatur Luna directè inter visum ac Solem (ut observavit *Clavius Conimbriæ in Lusitania*) ita ut totum *Solem* non modico temporis intervallo contegeret, essentq; tenebræ quodammodo majores quam nocturnæ. Neq; enim ubi pedem quis poneret, videre poterat, clarissiméq; in Cœlo stellæ apparebant (& quod mirabile erat) aves ex aëre in terram præ horrore obscuritatis decidebant. *Clavius in Comment. super Caput* 4. *Joannis de Sacro Bosco.*

Eclipsis Solis, valde terribilis, in qua, non modico temporis intervallo, Sol totus defecit, ut rectè observavit Clavius super cap. 4. Joannis de Sacro Bosco.

Quoniam hoc Solare deliquium prorsus mirabile est, operæ-pretium mihi videtur Calculum ejus apponere, ut elucescat veritas Calculi cum observatu.

Tempus apparens veræ ☌ *Londini*, contigit hor. 0 24′ 3″ P. M. *Conimbriæ* autem (quæ occidentalior est scrup. horæ 33′) horis ante meridiem 11 51′ 3″, quo tempore verus Solis locus erat in gr. 7 45′ 46″ ♍, altitudo Nonagesimi gr. 61 41′, elongatio ☉ à Nonagesimo gr. 14 42′, parallaxis longitudinis ☽ à ☉ 12′ 51″, parallaxis latitudinis 27′ 19″. Quoniam autem eclipsis accidit in Quadrante Cœli orientali, ideo ad unam horam ante veram ☌ invenitur parallaxis longitudinis 23′ 27″, latitudinis 23′ 21″, differentia parallaxis longitudinis 10′ 36″, horarius motus ☽ à ☉ verus 34′ 9″, visus 23′ 33″, itaq; apparens Synodus antecedebat veram scrup. horæ 32′ 44″, ac proinde visa Luminarium ☌ erat *Conimbriæ* hor. 11 18′ 19″, datur tunc parallaxis longitudinis ☽ à ☉ 18′ 35″, parallaxis latitudinis 25′ 5″ austrina, latitudo ☽ vera 25′ 1″ borea, latitudo visa 0′ 4″ austrina, Semidiameter ☉ 16′ 12″, ☽ 16′ 31″, summa semidiametrorum 32′ 43″, digiti obscurati 12 6′, deficit itaq; totus Sol *Conimbriæ*, cum mora, quemadmodum *Clavius in Commentariis* annotavit.

Conspecta est etiam hæc Eclipsis *Bruxellæ in Brabantia*, ubi altitudo Solis in initio Eclipsis observata fuit gr. 45 30′, in fine gr. 42 30′ per quadrantem, cujus Peripheria quinque pedum. Erat ergo in Horizonte *Bruxellensi* τῆς ἀναπληρώσεως, horâ primâ 48′ proximè. *Stadius in Ephemeride* anni 1560, *pag.* 2.

Aliæ observationes hujus Eclipseos.

Observârunt quoq; hanc Eclipsin *Tilemannus Stella*, & *Paulus Fabricius Viennæ Austriæ*, ubi initium apparuit horâ à meridie 0 50′, & finis hor. 2. 15′; deficitq; ☉ in medio Eclipsis digitos 5 ½. *Gerrardus Mercator in Chronologia.*

18. Anno Christi 1567, *Aprilis* die 9. *Christophorus Clavius* denuò conspexit alteram Solis eclipsin *Romæ*, in qua cursus ☽, etsi inter visum ac ☉ interjiciebatur, non totum tamen Solem obscurabat, ut in priori, sed relinquebatur in Sole circulus quidam exilis undiq; totam Lunam ambiens. *Clavius in Commentariis super* 4 *Caput Sac. Bosci.*

Defectio Solis mirabilis Romæ conspecta, anno 1567.

Tempus apparens veræ ☌ evenit *Londini*, hor. 10 42′ 1″ à media nocte, *Romæ* autem hor. 11 33′ 1″, ad quod tempus fuit ☉ in gr. 28 37′ 5″ ♈, Anomalia latitudinis ☽ sig. 5, gr. 24 39′ 26″, medium Cœli in ecliptica gr. 21 28′, altitudo med. Cœli gr. 56 22′, altitudo Nonagesimi gr. 59 7′, elongatio Solis à Nonagesimo gr. 6. 52′, parallaxis horizontalis ☽ à ☉ 56′ 0″, parallaxis longitudinis 5′ 45″.

Quia hæc Luminarium congressio contigit in occidentali Quadrante Cœli, erat parallaxis longitudinis ad semihoram post ☌ veram 10′ 49″, adeo ut emergat Semihorarius motus ☽ à ☉ visus 10′ 42″, apparens igitur Synodus sequebatur veram 16′ 6″, ac proinde visa ☌ fuit *Romæ*, horis à media nocte 11 49′ 7″. Datur tunc Semi-

Semidiameter ☉ 16′ 13″, ☽ 16′ 4″, Summa Semidiametrorum 32′ 17″, parallaxis longitudinis 8′ 28′, parallaxis latitudinis 27′ 39″, latitudo ☽ vera 27′ 9″ borea, latitudo visa 0′ 30″ austrina, pars deficiens, 31′ 47″, Digiti ecliptici 11 46′. Quare non deficit totus ☉, ut in Eclipsi, 1560, sed Circulus quidam exilis Lunam circumcirca lucebat, omnibus modis ut *Clavius Romæ* conspexit

Obſervatio Tychon. Brahæi.

Obſervavit quoq; hoc Solare Deliquium *Tycho Brahæus Roſtochii* ad littus maris Balthici, ejuſq; medium deprehendit in ipſo quaſi meridie. *Keplerus in Aſtron. Optica, pag.* 297, & *Lansbergius Obſervat. Aſtron. fol.* 113.

Obſervatio Cornel. Gemmæ.

Eandem Eclipſin animadvertit *Cornelius Gemma Lovanii*, cujus initium invenit hor. 10 12′ ante meridiem, & finem paulo poſt horam à meridie 0 $\frac{1}{2}$. In medio Eclipſis defecerunt Digiti fere 9 ab Auſtro. *Cornelius Gemma Coſmocritices lib.* 11. *pag.* 55.

Ecl. ☉ à M. Mœſtlino obſ. anno 1590.

19. Anno Chriſti 1590, die 21 *Julii*, *Michael Mæſtlin Tubingæ* conſpexit Solis Eclipſin, cujus medium fuit horis à media nocte 7 36′, radio Solis per tegulas immiſſo, ſub amplo & obſcuro tecto. *Kepler. in Aſtron. Optic. pag.* 360, 406, & 421.

Tempus apparens veræ ☌ erat *Londini*, hor. 8 15′ 39″, à media nocte in gr. 7 30′ 17″ ♌, *Tubingæ* autem (quæ orientalior eſt ſcrupulis horæ 40′) horis 8 55′ 39″, quo tempore eſt aſcenſio ☉ recta gr. 129 55′, angulus meridianus gr. 87 33′, altitudo M. C. gr. 64 50′, angulus Eclipticæ cum Horizonte gr. 64 51′, elongatio ☉ à Nonageſimo gr. 42 0′, parallaxis horizontalis ☽ à ☉ 53′ 57″, paral. longitudinis 32′ 41″, latitudinis 22′ 55″.

Ad horam unam antecedentem, nempe hor. 7 55′ 39″, datur angulus meridianus gr. 81 41′, altitudo med. Cœli gr. 63 31′, altitudo Nonageſimi gr. 63 49′, diſtantia ☉ à Nonageſimo gr. 52 54′, parallaxis longitudinis 38′ 37″, latitudinis 23′ 48″, horarius motus ☽ à ☉ verus 28′ 4″, viſus 22′ 8″, hinc colligitur intervallum inter veram & viſam ☌ correctam hor. 1 26′ 47″ ſubtr. ac proinde viſa ☌ erat horis à media nocte 7 28′ 52″.

Ad hoc tempus eſt angulus merid. gr. 79 13′, altitudo M. C. gr. 62 29′, altitudo Nonag. gr. 63 1′, Parallaxis longitudinis 40′ 39″, parallaxis latitudinis 24′ 29″, latitudo ☽ vera 16′ 23″ borea, latitudo viſa 8′ 6″ auſtr. Semidiameter ☉ 16′ 5″, Lunæ 15′ 30″, Summa ſemidiametrorum 31′ 35″, pars deficiens 23′ 29″, hinc proveniunt digiti ecliptici 8 46′, vix aliter quàm Obſervatum eſt, nam Obſervatio habet digitos 8 36′.

Ecl. Solis terribilis in Ang. ὅ,τε ἥλιος σύμπας ἐξέλιπε, Solq; totus defecit.

DIES SATURNI TENEBROSUS.

20. Anno Chriſti 1598, die *Februarii* 25, circa meridiem, eclipſis Solis obſervata fuit *Gratii Styriæ*, *Uraniburgi*, & *in Juttia*, *Regni Daniæ Provincia*, uti memorat *Joannes Keplerus in Tab. Rudolph. fol.* 110. & *ſeq*

Hæc ☉ ecl. maximâ admiratione, & animi perturbatione fuit conſpecta in *Septentrionalioribus Angliæ partibus*, ubi Populi inſcii & imperiti, cauſam ejus neſcientes, ſtupefacti fuerunt, propter tenebras caliginoſas ibidem inexpectatas, adeo ut dies ille huc uſq; appellatur *Dies Saturni tenebroſus*. Atqui quoniam locus *Angliæ* in quo hæc eclipſis quaſi totalis apparuit, expreſſim non eſt adſcriptus, calculum Eclipſeos ad Horizontem *Dunelmenſem*, quæ removetur à *Londino* ſcrup. 6′ ad occaſum, & habet latitudinem gr. 54 47′, accommodabimus.

Tempus medium veræ ☌ accidit *Londini*, die 24 *Februarii*, hor. 21 56′ 14″, quo tempore Sol erat in gr. 16 44′ 47″ ♓, Argumentum latitudinis gr. 10 7′ 3″, datur itaq; tempus veræ ☌ h. 21 56′ 16″, *Dunelmi* verò h. 50′ 16″, Ad hoc tempus invenitur Parallaxis Longit. 2′ 53″, parallaxis latit. 52′ 17″

Quia autem hæc ecliptica Luminarium Synodus contigit in occidentali Quadrante Cœli, dabitur ad Quadrantem horæ poſt veram ☌, parallaxis longit. 4′ 38″, latit. 51′ 39″, hinc viſa ☌ cadit *Dunelmi*, hor. 21. 56′ 42″, datur tunc parallaxis longitudinis 3′ 38″, parallaxis latitudinis 52′ 1″ in auſtrum,

lat. ☽ vera 52′ 58″ bor. lat. ☽ à ☉ visa 0′ 57″ etiam borea, Semidiameter Solis 16′ 25″, Lunæ 16′ 29″, Summa Semidiametrorum 32′ 54″, ex quibus demptâ latitudine visa 0′ 57″, relinquitur pars deficiens 31′ 57″, digiti ecliptici 11 41′, Calculus itaq; noster cum observatu ad amussim congruit.

In Rutlandia Authoris patriâ, vix alitèr apparuit.

In *Agro Rutlandiensi* juxta *OAKHAM*, sub latitudine gr. 52 42′, vix alitèr apparuit, erant enim tenebræ tantæ quando Populi ad *Forum* ibant, ut Nox illis videretur esse. Tabulæ nostræ consentiunt, nam tempus apparens veræ ☌ fuit hor. 21 54′, 16″, Intervallum veræ & visæ ☌ 4′ 46″ add. tempus visæ ☌ hor 21 59′ 2″, parallaxis longitudinis 2′ 41″, latitudinis 51′ 14″, lat. ☽ vera 52′ 53″, lat. visa 1′ 39″ borea, pars deficiens 31′ 15″, digiti 11 26′

Observatio Joan. Kepleri.

Hanc etiam Eclipsin observavit *Joannes Keplerus Gratii Styriæ* sub longitudine gr. 38 20′, & latitudine gr. 47 2′, notavitq; in medio eclipsis digitos eclipticos fere 9. *Tab. Rudolph.* 110.

Tempus apparens veræ ☌ *Gratii* factum est hor. 22 52′ 16″, datur tunc parallaxis longitudinis 7′ 31″, latitudinis 46′ 7″. At qυia hæc Luminarium Synodus in Quadrante Occidentali Eclipticæ se offert, igitur ad semihoram post veram ☌, parallaxis longitudinis erat 14′ 48″, latitudinis 44′ 16″, quocirca Semihorarius motus ☽ à ☉ visus datur 12′ 9″, intervallum veræ & visæ ☌ 17′ 30″, ac proinde visa Conjunctio cadit in hor. 23 9′ 46″, quo tempore parallaxis longitudinis fuit 9′ 52″, parallaxis latitudinis 45′ 3″ austrina, latitudo ☽ vera 53′ 18″ borea, latitudo visa 8′ 15″, pars deficiens 24′ 39″, ergo proveniunt digiti ecliptici 9 0′, haud alitèr quam *Joannes Keplerus* observavit.

Ecl. Solis partialis Gratii Styriæ obser. anno 1600. à J. Keplero.

21. Anno Christi 1600, die 30 *Junii* fuit eclipsis ☉, cujus medium observavit *Joannes Keplerus* sub obscura scena *Gratii Styriæ* circa horam à meridie 1 48′, deficiebantq; tunc ab Austro digiti 7 10′, *Kepler. in Astron. optic. pag* 427 428, 429, & 430.

Tempus medium veræ ☌ fuit *Londini* hor. 0 37′ 0″, quo tempore locus Luminarium est in gr. 18 11′ 23″ ♋, Anomalia latitudinis sig. 5. gr. 26 53′ 47″, reductio Orbitæ ☽ ad eclipticam 0′ 46″ add. locus ☽ in ecliptica in gr. 18 12′ 9″ ♋, tempus correctum hor. 0 35′ 35″, Æquatio temporis 6′ 6″ subtr. tempus itaq; apparens veræ ☌ contigit *Londini*, hor. 0 29′ 29″, *Gratii* verò, quæ scrupulis horæ 56′ orientalior est, horâ à meridie 1 25′ 29″, tunc erat medium Cœli in gr. 8 38′ ♌, angulus meridianus gr. 74 47′, altitudo M. C. gr. 61 8′ angulus eclipticæ cum Horizonte gr. 62 14′, distantia ☉ à Nonagesimo gr. 12 13″ ad Occasum, parallaxis Horizontalis ☽ à ☉ 56′ 27″, parallaxis longitudinis 10′ 34″, latitudinis 26′ 18″.

Quia verò Sol tempore medii Eclipseos erat in Quadrante occidentali, ergo datur ad semihoram post ☌ veram, parallaxis longitudinis 14′ 58″, latitudinis 27′ 43″, semihorarius motus ☽ à ☉ verus 16′ 9″, visus 11′ 45″, ergo conjunctio Luminarium visa sequebatur veram 26′ 59″, ac proinde visa ☌ erat *Gratii*, horâ 1 52′ 28″, quo tempore angulus meridianus erat gr. 72 47′, altitudo medii Cœli gr. 59 15′, Nonagesimi altitudó gr. 60 46′, elongatio ☉ à Nonagesimo gr. 17 10′, parallaxis longitudinis 14′ 32″, latitudinis 27′ 34″, latitudo ☽ vera 14′ 52″ borea, visa 12′ 42″ austrina, Semidiameter Solis 16′ 3″, Lunæ 16′ 11″, summa semidiametrorum 32′ 14″, pars deficiens 19′ 32″, digiti 7 18′. Habet *Kepl.* dig. 7 ∴ *pag.* 430.

Intervallum inter visam ☌ & maximam obscurationem est 2′ 48″ subtr. adeoq; medium eclipsis contigit *Gratii*, hor. 1 49′ 40″, totus itaq; Calculus cum *observatione Kepleriana* egregiè convenit, nam initium erat hor. 12′ 37′ 44″, finis hor. 2 57′ 30″. *Vide Astron. Optic. pag.* 426, & 427.

Hæc Solis ecl. anno 1601, maximâ admiratione conspecta est à Piscatoribus in littore Bergarum Norvegiæ.

22. Anno Christi 1601, die 14 *Decembris*, observata est eclipsis Solis à Piscatoribus in *littore Bergarum Norvegiæ* (ut monstravit Episcopus loci istius *M. Andreas Fossius*) qui maxima cum admiratione conspexerunt totum

totum corpus Lunare intra Solis complexum comprehendisse, ut circumcirca Lunam sesquialtero digito æqualitèr quasi emineret, *Longomont. lib.* 1. *Theoric. cap.* 9. *& Lansbergius observat. Astron. fol.* 116. Latitudo loci gr. 60 30′.

Tempus apparens veræ ☌ fuit *Londini*, hor. 0 51′ 20″, *Littore* verò ad *Bergas Norvegiæ*, hor. 1 11′ 20″. Ad hoc tempus erat locus Solis in gr. 2 54′ 1″ ♑, Medium Cœli gr. 19 20′ ♑, Nonag. gr. 7 8′ ♓, altitudo Nonagesimi gr. 11 2′, paral. longit. 9′ 12″, latitud. 52′ 22″, Semihorarius motus ☽ à ☉ verus 13′ 34″, visus 10′ 23″. Sol erat in Quadrante Eclipticæ occidentali, quare visa Synodus sequebatur veram 29′ 47″, & medium Eclipsis conspectum fuit in Littore *Bergarum* hor. 1 37′ 59″, datur tunc ascensio recta med. Cœli gr. 297 41′, medium Cœli in Ecliptica gr. 25 41′ ♑, angulus meridianus gr. 79 26′, altitudo M. C. gr. 8 25′, altitudo Nonag. gr. 13 29′, distantia Solis à Nonagesimo gr. 73. 52′, paral. longitudinis 11′ 55″, latit. 51′ 53″, lat. ☽ vera 52′ 1″ borea, lat. Lunæ à Sole visa 0′ 8″, Semidiameter Solis 16′ 37″, Semidiameter Lunæ 15′ 22″, differentia Semidiametrorum 1′ 15″, quæ scr. 1′ 7″ major est Latit. Lunæ visâ, quare totum Lunare corpus intra Solis ambitum videbatur, & Sol sesquialtero fere digito prominebat, omnino ut à *Piscatoribus* observatum fuit.

Kepleri observatio Pragæ Bohemorum facta.

Hanc quoq; Eclipsin consideravit *Joannes Keplerus Pragæ Bohemorum*, invenitq; eclipsis medium circa horam à meridie 2 51′, ipsumq; defectum digitis 9 ½ majorem. *Keplerus in Astronomia Optica, pag.* 433, & 434.

Defectio Solis 1605. Observat. Joannis Rotarii.

23. Anno Christi 1605, die 2 *Octobris*, conspecta est eclipsis Solis, cujus medium animadversum est *Middleburgi*, à Reverendo viro *Joanne Rotario*, quadrante horæ post horam primam à meridie, deficiebatq; tunc ab Austro plus quam dextans Diametri Solis, & minus quam deunx. Principium ob nubes observari non potuit, sed finis observatus est, circitèr besse unius horæ post secundam pomeridianam.

Totus Sol defecit NEAPOLI.

Conspecta quoq; est hæc Eclipsis *Neapoli* in *Italia*, deprehensumq; istis loci totum Solem à Lunæ interpositu fuisse tectum. *Kep. Epit. Astron. pag.* 893.

Tempus apparens veræ Synodi Luminarium fuit *Londini*, hor. 1. 24′ 47″, *Neapoli* verò, hor. 2 24′ 47″, quo tempore Sol erat in gr. 19 6′ 17″ ♎, Anomalia latitudinis sig. 0. gr. 9 29′ 12″, medium Cœli gr. 26 9′ ♏, altitudo M. C. gr. 29 57′, angulus Eclipticæ & Horizontis gr. 32 39′, distantia Solis à Nonagesimo gr. 14 46′ 22″ ad occasum, parallaxis longitudinis 7′ 36″, parallaxis latitudinis 48′ 36″, semihorarius motus Lunæ à Sole verus 17′ 12″, visus 12′ 57″.

Sol erat in Quadrante Occidentali, adeoq; visa ☌ sequitur veram 18′ 23″, & medium eclipsis visum est *Neapoli*, hor. 2. 43′ 10″. Datur tunc, angulus meridianus gr. 77 55′, altitudo M. C. gr. 28 58′, angulus Eclipticæ cum horizonte gr. 31 11″, elongatio Solis à Nonagesimo ad occasum gr 20 45′, horizontalis parallaxis Lunæ à Sole 57′ 44″, paral. longit. 10′ 35″, latit. 49′ 24″ Austrina, Latitudo ☽ vera 50′ 20″ Borea, Latitudo visa 0′ 56″ Borea, Semidiameter Solis 16′ 23″, Lunæ 16′ 35″, summa semidiametrorum 32′ 58″, pars deficiens 32′ 3″, digiti ecliptici 11 44′. Quare Sol fere totus *Neapoli* defecit, haud alitèr quam ibidem conspectum est.

Eclipsis Solis anno 1612, à Longomontano observata.

24. Anno Christi 1612, die 20 *Maii*, accidit Solare Deliquium, cujus medium *Longomontanus* deprehendit circa hor. 11 20′, Initium statuit cum altitudo Solis esset circitèr gr. 51, finis ex calculo ejus erat hor. 12 24′, sed ex observatione erat productior, in medio eclipsis defecit Sol ad summum digitos octo à Borea. *Longomontanus lib.* 1. *Theoric. cap.* 9. *fol.* 312.

Tempus apparens veræ ☌ fuit *Londini*, hor. 22 29′ 18″, *Hafniæ* verò, quæ 52′ horæ scrupulis orientalior est, horis à media nocte 11 21′ 18″, quo tempore Sol vero suo motu erat in gr. 9 8′ 14″ ♊, Argumentum latitudinis

fig.

fig. 0 gr. 9 8′ 14″, medium Cœli gr. 29 57′ ♉, angulus meridianus gr. 77 41′ altitudo med. Cœli gr. 54 30′, angulus Eclipticæ & Horizontis gr. 55 26′ 7″, elongatio Solis à Nonageſimo gr. 0 31′ 38″ ad ortum, parallaxis longitudinis 0′ 25″, latitudinis 31′ 54″.

Ad quadrantem horæ ante veram ☌ datur parallaxis longitudinis 2′ 24″ parallaxis latitudinis 32′ 22″, motus Lunæ à Sole verus in ſcrup. 15 horæ 7′ 59″, viſus 6′ 0″, intervallum veræ & viſæ ☌ 1′ 4″ ſubt. Quare viſa Synodus contigit *Hafniæ*, hor. 11 20′ 14″ à media nocte. Ad hoc tempus datur

Parallaxis longitudinis Lunæ à Sole 0′ 34″, parallaxis latitudinis 31′ 56″ auſtrina, latitudo ☽ vera 40′ 24″ borea, ergo latitudo viſa 8′ 28″ etiam borea, Semidiameter ☉ 16′ 5″, ☽ 16′ 8″, Summa 32′ 13″, pars deficiens 23′ 45″, digiti ecliptici 8 51′, intervallum viſæ Conjunctionis & maximæ obſcurationis 1′ 50″ ſubt. adeoq; medium eclipſis hor 11 18′ 24″, ſcrupula incidentiæ 31′ 5″, tempus incidentiæ hor. 1 17′, tempus repletionis hor. 1 13′. Cœpit ergo eclipſis hor. 10 1′, definit hor. 12 31′, vix alitèr quam obſervavit *Longomontanus*.

25. Anno Chriſti 1621, die 11 *Maii*, fuit eclipſis Solis, cujus medium Pater meus, *Vincentius Wingus*, deprehendit paulò ante horam 8 matutinam, quando Sol fere totus à Lunæ interventu obſcuratus fuit, adeo ut ſubitò contenebreſcat dies, & Stellæ in Cœlo clarè apparebant, ut ſæpiùs mihi indicavit.

Obſer. magnæ Eclipſis Solis à *Patre meo* facta, an. 1621 die 11 Maii.

Tempus apparens veræ ☌ contigit *Londini*, hor. 8 32′ 29″, à media nocte, *Luffenhamiæ* verò, hor. 8 30′ 5″, quo tempore ☉ occupabat gr. 0 17′ 7″ ♊, argumentum latitudinis ſig. 5. gr. 22 30′ 3″, horarius motus Lunæ à Sole verus 30′ 54″, aſcenſio recta Solis gr. 58′ 6″, medium Cœli gr. 6 8′ ♈, altitudo M. C. gr. 39 47′, angulus meridianus gr. 66 36′, Nonageſimus gr. 1 38′ ♉, elongatio ☉ à Nonageſimo gr. 28 39′, altitudo Nonageſimi gr. 45 9′, parallaxis horizontalis ☽ à ☉ 55′ 37″, hinc emergit paral. longitudinis 18′ 54″, latitudinis 39′ 13″.

Sol verſabatur in Quadrante orientali eclipticæ, itaq; datur parallaxis longit. ad hor. 1. antecedentem 22′ 38″, paral. latit. 42′ 44″, motus horarius viſus 27′ 10″. Cadit itaq; viſa Luminarium Synodus hor. 7. 48′, vix alitèr quam obſervatum fuit.

Ad hoc tempus habetur parallaxis latitudinis 41′ 41″ auſtrina, lat. ☽ vera 41′ 7″ bor. lat. viſa 0′ 34″ auſtrina, Semidiameter Solis 16′ 5″, Lunæ 15′ 58″, Semidiametrorum Summa 32′ 3″, pars deficiens 31′ 29″, ergo erunt digiti ecliptici 11 45′, itaq; Sol fere totus ex viſu obſcurabatur, quod egregiè cum obſervatione convenit.

Animadvertit etiam hoc Solare Deliquium Reverendus Vir *Philippus Lansbergius Middleburgi*. Initium notavit circa matutinam ſeptimam, & finem tribus quintis horæ poſt antemeridianam nonam. In medio defecit ☉ digitos 11 $\frac{1}{3}$.

Obſervatio Lansbergii.

Obſervata quoq; eſt hæc eclipſis à *Petro Gaſſendo*, *Aquis Sextiis* in *Gallia Narbonenſi*, ubi principium defectûs conſpexit horis à media nocte 7 5′, & finem hor. 9 32′. In medio eclipſis notavit digitos eclipticos 9 23′, & æquales eſſe apparentes Luminarium diametros. *Gaſſendus*, *pag* 290. *Exercit. Epiſt.* & *Lansbergius*, *fol.* 122. *Obſervat. Aſtron.*

Gaſſendi obſervatio.

26. Anno Chriſti 1630, die 31 *Maii*, conſpecta eſt Eclipſis Solis, cujus initium *Joannes Bainbridgius* obſervavit *Oxonii*, paulò ante horam 6. pomeridianam, finem verò hor. 7 48″, in medio Eclipſis deficiebant digiti 11 $\frac{2}{3}$.

Magna eclipſ. Solaris Oxonii conſpecta, an. 1630.

Tempus apparens veræ ☌ cadit *Oxonii*, hor. 5 30′ 17″, quo tempore fuit in medio Cœli gr. 9 39′ ♍, angulus meridianus gr. 67 48′, altitudo med. Cœli gr. 46 14′, angulus eclipticæ & horizontis gr. 50 10′. Nonageſimus gr. 19 45′ ♌, elongatio Solis ab eodem gr. 60 10′ ad occaſum, parallaxis

Longi-

longitudinis 37′ 21″, parallaxis latitudinis 35′ 54″ Austrina.

Ad horam 1. post veram Synodum, nempe hor. 6 30′ 17″, dabitur med. Cœli in gr. 25 56′ ♍, angulus meridianus gr. 66 31′, altitudo M. C. gr. 39 52′, angulus Orientis gr. 45 15′, distantia ☉ à Nonagesimo gr. 70 48′, parallaxis longitudinis 37′ 36″, latitudinis 39′ 27″, hinc colligitur visa ☌ *Oxonii*, hor. 6 41′ 11″.

Ad hoc tempus reperitur medium Cœli gr. 28 55′ ♍, angulus merid. gr. 66 28′, altitudo M. C. gr. 38 41′, Nonag. gr. 2 25′ ♏, altitudo gr. 44 18′, Parallaxis longitudinis 37′ 23″, parallaxis latitudinis 40′ 7″ austrina, latitudo ☽ vera 39′ 40″ borea, latitudo visa 0′ 27″ austr. Semidiameter ☉ 16′4″, Semidiameter Lunæ 16′ 5″, Summa 32′ 9″, pars deficiens 31′ 42″, digiti ecliptici 11 50′, scrupula incidentiæ 32′ 9″, horarius motus ☽ visus unâ horâ post visam ☌. scr. 34′ 9″, tempus repletionis hor. 0 56′ 29″, finis eclipseos hor. 7 38′.

Obscurat. Solis Londini observata, an. 1639.

27. Anno Christi 1639, die 22 *Maii*, fuit eclipsis Solis, cujus medium animadversum est *Londini*, hor. 5. 4′ P. M. Deficiebantq; tunc digiti 9 fere.

Tempus apparens veræ ☌ est H. 3 33′ 11″, Luminaria in gr. 10 44′ 51″ ♊, verus latitudinis ☽ motus à ☊, sig. 5. gr. 21 41′ 17″, horizontalis paral. ☽ à ☉ 55′ 29″, angulus meridianus gr. 72 53′, altitudo M. C. gr. 54 52′, altitudo Nonagesimi gr. 59 27″, parallaxis longitudinis 32′ 0″, latitudinis 28′ 12″.

Observavimus quoq; hanc Solis Eclipsin Luffenhamiæ, & medium notavimus per Tubum Opticum, horis à meridie 4 59′, finem verò conspeximus h. 6 5′, initium erat Londini, hor. 4 1′ 46″, finis ho. 6 10′ 27″, ut habet J. Twisden in Obs. Eclips. fol. 9.

Cumq; ☌ post Nonagesimum Eclipticæ gradum in Quadrantem Zodiaci occidentalem contigit, itaq; datur ad unam horam post veram ☌, nempe hor. 4 33′ 11″, altitudo Nonagesimi gr. 56 38′, distantia ☉ à Nonagesimo gr. 52 30′, parallaxis longitudinis 36′ 46″, latitudinis 30′ 31″, horarius motus verus 30′ 42″, differentia parallaxis longitudinis subt. 4′ 46″, horarius motus visus 25′ 56″, hinc emergit Intervallum inter veram & visam ☌ hor. 1 13′ 24″, add. ergo tempus visæ ☌ erat *Londini*, horis à meridie 4 46′ 35″, hoc verò tempore invenitur angulus meridianus gr. 71 58′, Altitudo M. C. g. 53 50′, angulus eclipticæ cum horizonte gr. 55 52′, elongatio ☉ à Nonagesimo gr. 54 51′, parallaxis longitudinis 37′ 33″, parallaxis latitudinis 31′ 8″ austrina, latitudo ☽ vera 39′ 49″ borea, ergo visa latitudo ad apparentem ☌ 8′ 41″ borea, Intervallum itaq; visæ ☌ & maximæ obscurationis 1′ 28″ add. ut medium eclipsis sit hor. 4 48′ 3″.

Semidiameter Solis 16′ 4″, Lunæ 15′ 56″, summa semidiametrorum 32′ 0″, pars deficiens 23′ 19″, digiti obscurati 8 43′. Observationi quam proximè consentientes.

D. Wyberdi in hanc eclips. annotatio.

Joannes Wyberdus, M D C L. de hac Eclipsi, quantùm ad Calculum solum, hæc verba facere animum induxit.

Hæc Eclipsis (inquit) à me calculata fuit è Tabulis *Prutenicis*, ad Horizontem seu Meridianum *Londini*, anno antecedente (quo studium Medicinæ *Oxoniæ* aggressus sum, ejusdemq; proin Auditorem, sub Regio Professore, prout ibi loci moris est, me professus sum) utpote quæ in meas manus primùm inciderunt; (præterquam fortè antiquiores aliquæ, putà Alphonsinæ, *Stadii* Bergenses, & *Copernicanæ* ipsæ; atq; *Peurbachianæ* pro Eclipsibus solùm seu speciatim:) quando nempe, neminem nôscerem, aut facilè invenire possem, qui me in meliorum multo tunc temporis extantium (ut putà *Rudolphinarum*, *Danicarum*, *Lansbergianarum*, &c.) notitiam duceret, aut aliquarum usum doceret: (vixq; ullæ Ephemerides istorum annorum extiterunt præter *Origani* longinquas seu diuturnas, ex ipsis Prutenicis præcipuè productas: sed quas tunc non videram, neq; in Eclipsium Solarium Calculo, nostro loco in totum satisfacerent.) Quandoquidem inter aliquot Artium & Scientiarum Mathematicarum (uti eas in suis schedulis seu tabellis publicis, distinct-

distinctè & diversè nuncupare & numerare, usitatum fuerit) Magistros, potiùsve Præceptores vulgares *Londini* (ubi primùm has aliquatenus accepi) vix unus haberetur (quoad scirem) qui istiusmodi Tabulas comprehendebat. [nè næ aliquis fere *Oxonii*, nisi probabilitèr ipse Professor Astronomiæ publicus, seu *Savilianus*; utiq; *Londini* par Professor *Greshamianus*.] usquedum tales, & quidem breves seu contractæ, ab harum instantium Constructore instructissimo, exercitatissimo & (dum valeret) indefesso, sub titulo *Uraniæ practicæ* Latino, primùm *Anglicè* editæ erant, *scil.* Anno 1649. [quando nimirum Astrologia Judiciaria (vulgò sic dicta) apud nos, in nostra nempe Lingua, pervulgari & pervagari liberè, seu plus solito, si non plus satis, incepit: (ut & Medicina Astrologorum, popularium, plebecularium, seu gregalium, sive Astrologastro-medicastrorum Domina, vel Magistra munificentissima; Dea, seu *Diana* ditissima & ditans: breviter Amica argentea & aurea) in Reipublicæ, reiq; literariæ incommodum haud exiguum.] Post quas aliæ tum à seipso, cum ab aliis quibusdam viris, talitèr vulgatæ erant. Quarum omnium proinde Tabularum operâ subsidiariâ, potissima & præstantissima hæc Astronomiæ practicæ pars, vel Astronomiæ pars practica (post primariam, nempe observatoriam seu organicam; sive ipsam immediatam Olympicam, ut in Arcem auream, vel Templum aut Theatrum sidereum seu stelleum, quasi proximè actam, ut ita loquar) vulgo Mathematicorum, & Astrologorum nostratium planè immathematicorum, antea ejusdem imperito (per Linguæ Latinæ inscientiam saltem) patefacta fuit. Adeo ut ad Tabularum Planetariarum (uti appellem) usum capiendum, vel motuum cœlestium periodicorum seu propriorum, & sic Eclipsium, &c. calculum, utcunq; cognoscendum, mihimet tandem Præceptor penè necessariò fui (sicut ad plerasq; res Mathematicas:) scil. docentibus imprimis præceptis Prutenicis solis; & quidem primo loco Logisticam, seu Abacum astronomicum vulgarem, quem ideo exinde brevitèr didici. Unde postea Prutenicarum tabularum usu (& consequentèr aliarum ejusmodi exterarum, præcipuè Rudolphinarum & Lansbergianarum, prout mihi haud longè post occurrerint vel innotuerint) vehementèr delectatus & implicatus (perinde ac fascinatus, vel saltem fasciatus) fui. ita ut Ephemerides annorum aliquot *Origani* posterorùm seu insequentium, è Tabulis *Lansbergii* (quæ mihi tunc, nonnulloq; alii, verissimæ videbantur, præter Rudolphinas, præsertim in Luminaribus, speciatim dictis; & ipsas *Tychonicas* seu *Brabeanas*, in Progymnasm. &c. pro Sole & Luna solùm factas) condere cœpi, scil. Anno 1640, *Oxonii*. Sed novi studii ratio me in iisdem longè progredi non fineret.

Eadem eclipsis etiam (ait) sub idem tempus, per me supputata erat ex ipsis Prutenicorum Canonum fundamentis & rationibus *Copernicæis*, juxta methodum *Barth. Pitisci*, in Problematibus ejus astronomicis, Trigonometriæ suæ, cum aliis, ejusdem illustrandæ & universè applicandæ causâ, adjectis; extra ullum Canonem motuum tabularem, imo-verò mediorum seu æqualium, modo ibi ostenso. [Siquidem istæ Tabulæ sunt quasi Copernicanæ castigatæ & correctæ è propriis Theoricis, à Viro mathematico ad tale opus seu onus obeundum aptiore, quàm erat ipse *Copernicus*, qui tantos labores Logisticos, & calculationes continuas trigonometricas (isto ævo multò molestiores quàm hòc) non facilè ferre poterat, ut in altiora intentissimus; & quod maximis plerisq; Mathematicis solenne dici audivi. Ex quo factum est, ejus Tabulas propriis Observationibus (quæ & per penuriam instrumentorum sufficientium, non satis accuratæ erant) non satis respondentes deprehensas fuisse. Etsi ille adjutore uno vel altero non mediocri, non destitutus erat.]

Circumstantiæ autem (ut dicam) hujus Eclipsis communiores seu spectabiliores, utpote cuiq; in quaq; Eclipsi conspicuæ, sive sub observationem instrumentariam maximè cadentes: vel summa hujusce Eclipseôs, ex utroq; computo, sic habet: cum differentiis utrorumq; adjunctis.

P. M.	*Prutenico,* seu Tabulari.			*Pitiscano,* seu Trigonometrico.			*Diff.*		
	h.	′	″	h.	′	″	h.	′	″
Initium	3	22	9	3	31	56	0	9	47
Medium, seu visa copula	4	35	32	4	29	56	0	5	36
Finis	5	48	55	5	27	55	0	21	00
Tempus totale	2	26	46	1	55	59	0	30	47
Magnitudo (Medio tempori respondens) dig.	8	39	14	7	56	15	0	42	59

Notandum, quod Prutenicæ Tabulæ non discernunt inter medium seu summum eclipsis & visibilem Conjunctionem: sicq; minùs in eclipsi Lunari, inter medium ejusdem, seu maximam obscurationem, & veram Oppositionem: neque ullæ aliæ (quòd sciam) ante Rudolphinas, omnium optimas, nisi ipsæ Tychonicæ antedictæ forsan: at verò *Origanus* nil tale habet in suo Eclipsium Calculo à *Tychone*, neq; in discursu ejus de Eclipsium supputatione, in Introductione sua ad Ephemerides. Quæ quidem Astronomiam elegantèr adornârunt, & utilitèr adauxerunt: adeò equidem paupercula (uti loquar) seu rudis & inculta erat ipsa antè: Et nullæ magis hodie (ni multùm fallor) quàm præsentes *Wingianæ*. Atq; ita in Eclipsi Lunæ partiali, mense *Octobri* Anni 1641, è Tab. Rudolph. à me calculatâ, differentia temporis inter istas duas circumstantias, erat 4′ min. saltem.

Quod differentias præcedentes attinet, dico eas probabilitèr fuisse minores, modò Parallaxes omnes Solis & Lunæ, in computo Prutenico (præsertim quoad longitudinem & latitudinem) calculatæ non fuissent ex ipsis Tabulis seu Canonibus, sed è Trigonometricis, seu Mathematicis generalitèr dictis, adeoq; ad exactam nostræ Urbis Latitudinem. Parallaxes autem secundùm longum & latum (κατὰ μῆκος καὶ κατὰ πλάτος Græcis) unà cum distantia Solis à vertice) vulgò sic dictâ, seu à puncto *Zenith* (quæ ipsa quoq; Lunæ ibi tribuitur, computatæ erant è Prutenicarum autoris meritissimi & laudabilis Canone compendiario seu subsidiario (scil. Trigoni Orthogonii sphærici) ad latitudinem Regionum 52 gr. (inter alios ejusmodi Canones ad varias alias Latitudines, seu Poli altitudines) quæ quidem à nostra non multùm discrepat Qui non ita exactè has Parallaxes exhibent, ad justas seu directas eorum latitudines, ut neq; distantiam Solis à vertice dictam. Nam revera haud perexiguæ sunt Parallaxium plerunq; discrepantiæ in ipso visuali coitu, ex utroq; nostro calculo, ubi differentia temporis est minima, scil. respectu singulorum Eclipseôs temporum. Quæ verò non solùm ex ipso Canone procedunt, sed & ex aliarum circumstantiarum parallaxes præeuntium differentiis, ex utroq; calculo differenti ortis, ad easdem investigandas.

Atqui similes ferè differentias, præsertim Parallaxium longitudinis & latitudinis, ac distantiarum Solis (& sic Lunæ) à puncto verticali, videre licet in ipsius *Lansbergii* computo Eclipsis Solaris ultimo *Maii*, Anno 1630, contingentis, & artificiosè observatæ, de more Tabularum ejus experiundarum gratiâ facto, tum ex eodem Canone Parallaxeôn (nam omnes istos Canones è Tabulis Prutenicis in suas transtulit, quos pro compendio admirando habet, ut certè sunt) tum è propriis Theoricis ad Tabulas ejus, ceu earum fundamentis, adjunctis.

Etenim alias circumstantias præcedaneas (putà locum seu longitudinem veram Solis & Lunæ in Ecliptica, & inde veram eorum conjunctionem; & latitudinem Lunæ ab Ecliptica veram; atq; Parallaxem utriusq; μηκοπλάτια, seu verticalem, sive altitudinalem (ut appellem) & semidiametros adparentes seu visuales, in utroq; sui computo deduxit ille è propriis ipsius Tabulis seu

Canonibus solùm: adeoq; nihil pene præter distantias à vertice, & parallaxes in longum & latum, è Theoricis & Hypothesibus ipsis, Geometricè seu Trigonometricè: atq; inde ideo non cunctas circumstantias Parallaxes hasce subsequentes, ceu ab iis præcipuè pendentes; utpote longitudinem & latitudinem Luminarium visam, scrupula incidentiæ, sicq; singula tempora Eclipseôs notabilia; sed solùm tempus visibilis congressûs; & scrupula deficientia, sicq; inde magnitudinem seu quantitatem ejusdem in digitis. Quas autem omnes ego in nostra eclipsi, ad totam ejus calculationem spectantes (seu tam antecedentes quàm subsequentes apparentem congressionem) collegi posteriori modo, vel theorico, æquè ac priori seu tabulari tantùm, sicut etiam feci in duabus magnis Solis Eclipsibus apud nos conspicuis, & à me aliquatenus animadversis, sub finem Martii, 1652, & sub initium, *Aug.* 1654. è *Lansbergii* tam Theoricis, quàm Tabulis ipsis, maximè verò in posteriore: Et quæ ambæ à me posthæc describuntur.

Quæ autem Calculationes nostræ præcedentis Eclipsis, cum præfatis ejusdem observationibus *Londini* habitis collatæ, ab eisdem tantò, talitérq; discrepant, *viz.*

	Prutenica. H ′ ″	*Pitiscana.* h. ′ ″	
initio,	0 39 37	0 29 50	Defectivè hisce omnibus.
medio vel summo	0 28 28	0 34 4	
fine vel exitu defectivè.	0 21 32	0 42 32	
Tempore toto, excessivè.	0 18 5	0 12 42	
magnitudine, dig. defectivè	0 20 46 (fere	1 3 45	

Namq; istæ Observationes exhibent,

	h. ′ ″	
initium	4 1 46	P. M.
medium vel summum	5 4 . 00	
finem, vel exitum	6 10 27	
Inde totum tempus	2 8 41	
Magnitudinem vel maximam quantitatem	dig. 9. fere	

Origani Calculus hujus Eclipſis *Prutenicus* ſeu *Copernicaeus* (ut ipſe etiam vocat) ad horizontem ejus Ephemeridum *Francofurtanum*, qui eſt *Oderæ*, vel *Viadri* (à quo ponit diſtantiam *Londini* temporalem, ex *Appiano*, hor. 1. min. 7. ablativam) dat ibi

	h.	′	″		
Initium	4	47	13	P. M.	Et magnitudinem ſeu quantitatem, dig. 8. 51′ 41″ fere.
Medium ſeu viſam ☌	5	53	51		
Finem	7	00	29		
ſicq; totam durationem	2	13	16		

Inde *Londini* reductivè, per iſtam temporis differentiam longitudinariam tantùm,

	h.	′	″	
Initium	3	40	13	Quæ autem Reductio hic non ſufficit poſt veram ☌ ☉
Medium, &c.	4	46	51	●, etſi Calculus noſter Prutenicus ad eandem lati-
Finem	5	53	29	tudinem factus eſt quam *Origanaeus*, *ſcil.* 52 gr.

Cujus Conjunctionis tempus verum ſeu apparens habet *Origanaeus* Calculus

	h	′	″	
Francofurti prædictæ	4	35	49	p. m.
Ergo *Londini*, reductione ſuâ	3	28	49	

	Prutenicus. h. ′ ″	*Pitiſcanus.* h. ′ ″	Diff. h. ′ ″
Et noſter	3 22 21	3 29 56	0 7 35
Origanæus	3 28 49	3 28 49	Prutenicus ſolùm.
Diff.	0 6 28	0 1 7	*Orig.* defectivè.
Orig. exceſſivè.			gr. ′ ″
Tunc ☉ & ● in gr.	10 15 50	10 12 35 ♊	mihi. Diff. 0 3 15
	10 15 21	10 15 21 ♊	*Origano*, Prutenicè ſolùm.
Diff.	0 00 29	0 2 46	
Orig. defectivè.			*Orig.* exceſſivè.

Atq; hæc computi utriuſq; mei & Origanæi comparationis ergo. Hæcq; prima erat Eclipſis Solaris, ſub Calculo meo cadens. Cujus duplicem meum calculum oſtendens ego cuidam Viro ingenioſo, *Oxonii* artes Mathematicas docenti, profitebatur is liberè ſe non tantum in Mathematicis, præſertim in Aſtronomicis, toto biennio circitèr quo ibi tunc manſerat, & artes iſtas practicè plus minus docuerat, (ſed mihi parùm notus ante) ab aliquo ſtudioſo factum vidiſſe: tanta erat illic apud Academicos ſcientiæ Mathematicæ negligentia & ignorantia; addictis illis potiſſimùm vulgari, vel notionali, rationali, probabili, putativæ, ſuppoſitivæ tantùm diſciplinæ, ſeu doctrinæ Academicæ in genere, ceu totius Philoſophiæ Peripateticæ, ſive *Ariſtotelicæ* quam maximè; ut putà Logicæ, Phyſicæ, Metaphyſicæ, &c. (inde verò Theologiæ, ac Juris-prudentiæ, commodiſſimè & fructuoſiſſimè; perpaucis quidem tunc Medicinæ deditis; nunc autem perpluribus) ſepoſitâ, vel potiùs poſtpoſitâ ab illis veriſſima μάθησει, ἢ μαθήματι, κατ᾽ ἐξοχὴν dicto, *i. e.* doctrinâ ſeu diſciplinâ Mathematicâ, quæ eſt Phyſiologiæ pars perfectiſſima, veriſſima & utiliſſima, ut Phyſicæ aut naturalis notitiæ, certiſſimæ, ſenſibilis, demonſtrabilis, experimentalis, inſtar clavis exiſtens: non probè memorato illo *Pythagoræ*, vel (ut vulgò fertur) *Platonis* præcepto Academico ſeu Gymnaſtico, Οὐδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω.

28. Anno

28. Anno Christi 1645, die 11 *Augusti*, observata est Eclipsis Solaris *Londini*, cœpitq; obscuratio horis à media nocte 9. 53'. Eclipsis Solaris Londini visa, an. 1645.

		'		'	"	
Obscurat. dig.	1	30	hor. 10	7	0.	
Digit.	3	12	hor. 10	23	20.	
Digit.	4	0	hor. 10	32	40.	
Digit.	4	24	hor. 10	37	20.	
Digit.	5	0	hor. 10	49	0.	
Et postea	5	24	Observati fuerunt.			

Tempus apparens veræ Synodi Luminarium accidit *Londini*, hor. 11 46' 39", quo quidem tempore ☉ vero suo motu fuit in gr. 28 28' 28" ♌, Anomalia latitudinis ☽ fig. 0, gr. 9 46' 26", horarius motus ☽ à ☉ verus 31' 57", horizontalis parallaxis 56' 13", medium Cœli gr. 25 0' ♌, angulus meridianus gr. 70 21', altitudo medii Cœli gr. 51 42', angulus Eclipticæ & Horizontis gr. 54 17', elongatio ☉ à Nonagesimo gr. 18 20' 50" ad ortum; Hinc reperitur parallaxis longitudinis 14' 22", latitudinis 32' 49".

Cumq; incidat hæc ☌ in Quadrantem Zodiaci Orientalem, erit ad horam antecedentem, nempe hor. 10 46' 39", angulus meridianus gr. 74 25', altitudo medii Cœli gr. 56 19', angulus Eclipticæ & Horizontis gr. 57 42', elongatio ☉ à Nonag. gr. 28 47', parallaxis longitudinis 22' 52", latitudinis 30' 2", differentia parallaxis longitudinis 8' 30", horarius motus visus 23' 27", hinc colligitur intervallum inter veram & visam ☌ 36' 45" subtr. ita ut visa ☌ fit hor. 11 9' 54" *Londini*. Hoc verò tempore est ascensio recta medii Cœli gr. 138 5', angulus meridianus gr. 72 43', altitudo M. C. gr. 54 41', angulus Eclipticæ & Horizontis gr. 56 30', Nonagesimus gr. 3 43' ♌, parallaxis longitudinis 19' 36", parallaxis latitudinis 31' 2" austrina, latitudo ☽ vera 49' 3" borea, latitudo visa 18' 1" etiam borea.

Semidiameter Solis 16' 9", Lunæ 16' 9", semidiametrorum summa 32' 18", pars deficiens 14' 17", digiti abscissi 5 18', scrupula incidentiæ colliguntur 26' 48", hæc per motum horarium ☽ à ☉ visum 23' 9" divisa, exhibent tempus Incidentiæ hor. 1 9' 28", at quoniam intervallum inter visam ☌ & medium Eclipseos fuit 4' 3" subtr. initium itaq; Eclipsis factum est *Londini*, hor. 9 56' 23" ante meridiem, haud alitèr quam ibidem observatum fuit.

Finem hujus Eclipsis conspexit Doctiss. *Johannes Palmerus Etone*, cum Azimuthus Solis esset à meridie gr. 0 55' exactè, hoc est hor. 0 2' 30" post meridiem. Vide *Catalog. Eclipsium* J. P. Anglicano Sermone scriptum, *Pag.* 209. Observata etiam est hæc Eclipsis Etonæ.

Hæc Eclipsis (inquit) à me quodammodo observata erat, unà cum duobus aliis Viris Mathematicalibus *Londini*: etiamq; ante à me calculata è Tabul. *Lansberg.* ad Meridianum *Londinensem*; sed calculum amiseram: solùm memini initium Eclipsis ex eo, esse hor. noná, min. 40. (seu hor. 9⅔) a. m. Et cupiens observare hanc Eclipsim, ut viderem quomodo Calculus meus hac in parte ad ipsam Eclipsim se haberet; Adibam (paulò ante ejus initium) D. *Marr* Scotum, Mathematicum ingeniosissimum, Virumq; probum & amicissimum, atq; Horologiographum, vel potiùs Sciateriographum Regium peritissimum, tunc apud Regis Palatium *Londini*, Aulam albam dictum, morantem (diu nempe, postquam ipse Rex eodem exturbatus erat) quem instrumentis nonnullis in hanc rem idoneis paratum esse putabam (quum ipsemet instrumentis & loco observationi accommodis destitutus eram) Atq; sic nos, unà cum Filio suo, ope Tubuli initium Eclipseôs observare aggressi sumus, habentes in promptu Quadrantem ligneum, qui Solis altitudinem ad gradûs minutum vulgare, seu partem 60ᵐ. exactè exhiberet: ut & Instrumentum istiusmodi D. Wyberdus de hac Eclipsi

di horarium, armillare, universale, quod vulgò æquinoctiale, seu Annulus Æquinoctialis, vocatur, tam amplum, tamq; scrupulosè partitum, ut similem horæ partem æquè præberet. Sed revera antequam eam ritè capere potuimus, nubecula alba subitò lumen Solis adeo obscurabat, ut à re proposita deerrare cogeremur. Paulò autem post, Sole iterum elucente, altitudinem ejus cepimus; quam ab initio justo Eclipseôs, quinq; circitèr minuta auctam esse, rationabilitèr judicavimus; unde ab altitudine acceptâ detraximus 5′, ut fieret apparens altitudo correcta, initio eclipseôs congruens. Sicq; ex ista altitudine, per parallaxem & refractionem, in veram conversâ; & declinatione Solis, ac latitudine Urbis, computavi ego tempus diei, hor. *9* min. 58 ½, quod superat tempus à me ex Tabulis supputatum, min. 18 ½. Sed hâc observatione non contentus (quia Solis altitudinem in principio Eclipsis non accuratè habuimus) adibam postridiè D. *Fosterum*, Astronomiæ in Collegio Greshamensi *Londini*, Professorem doctissimum, quem majori cum apparatu hanc Eclipsim observasse opinatus sum; eo quòd ille Astronomicis observationibus erat admodum artificiosus & accuratus: Et inde mihi is Scripto ostendebat, se principium Eclipsis horologiis exquisitis (per Solis altitudines ante rectificatis) unà cum Tubo optico amplo, aliisq; mediis, deprehendisse, hor. *9*. min. 53 ½, scil. citiùs nostro observato 5′ min. & seriùs tempore à me supputato, 13 ½ m. [Quoniam verò parallaxes omnes Solis & Lunæ, in longitudinem & latitudinem unà cum distantiis eorum à vertice, calculatæ erant ex *Erasmi Reinholdi* Canone, ad latitud. 52 gr. qui parallaxes istas, *&c.* non tam exactè exhibet, uti Calculus ipse trigonometricus, neq; compendiosiùs, dummodo Calculus iste Logarithmalitèr institutus sit, & qui vix minùs accuratus est quam expeditus & facilis, licet *Lansbergius* calculo Logarithmico nullibi (quòd sciam) usus est: ideo tempora Eclipseôs non tam exactè supputari possent; prout ante supra ejusmodi Eclipsim *Maio 1639*, animadverti.] Medium & finem hujus eclipsis cernere nobis non licebat, propter nubes ac pluvias fere continuas: quicquid vel D. *Fosterus*, vel aliquis alius forsan, per Telescopium sive Tubum opticum ampliùs, atq; horologia exquisita, ad ipsam Eclipsem discernendum, & quantitates ejusdem varias, temporaq; particularia correspondentia determinandum, præstitisse videatur *Londini*, secundum præmissa observata.

Obs. Eclipf. Sol. an. 1649. die 30 Maii, Cantabrigiæ.

29. Anno Christi *1649*, die 30 *Maii*, horâ sextâ matutinâ, observata est Eclipsis Solis *Cantabrigiæ*, in Collegio S. *Johannis*, à Doctissimo Viro *Roberto Billingsleo*. Deficiebatq; tunc Bessis unius Digiti à Borea, ut liquidò constat ex ejus observatione, quam ante annos 15 liberiùs nobis communicavit.

Tempus medium veræ ☌ fuit *Londini*, hor. 18 51′ 11″. Tempus autem apparens hor. 19 2′ 6″, *Cantabrigiæ* verò, hor. 19 3′ 6″, quo tempore Luminaria conjunguntur in gr. 19 32′ 38″ ♊; non procul à capite Draconis; & tunc datur parallaxis Longitudinis 28′ 55″, Latitudinis 38′ 18″, horarius motus visus 27′ 13″. Hinc dabitur intervallum inter veram & visam ☌, hor. 1 3′ 44″ subtrahendum, adeoq; visa ☌ se offert *Cantabrigiæ*, hor. 17 59′ 22″, ad quòd tempus reperitur Parallaxis Longitudinis 29′ 52″, Latitudinis 41′ 50″, Latitudo ☽ vera gr. 1 11′ 41″ borea, Latitudo visa 29′ 51″ etiam borea, Semidiameter ☉ 16′ 4″, ☽ 15′ 32″, Summa Semidiametrorum 31′ 36″, pars deficiens 1′ 45′, ergo digiti ecliptici 0′ 39″, haud alitèr quam D. *Billingsleus* observavit.

30. Eodem anno 1649, die 25 *Octobris*, observata est Eclipsis Solis in Collegio Greshamensi *Londini*, ut infra.

Hor.

Observatio Eclipsis Solis ad 25 diem Octob. 1640. Londini.

	Hor.	′	″	Dig.	′	Hor.	′	″	Dig.	′
Justum Initium	12	41	0	0	0	1	59	0	4	0
	12	53	40	1	0	2	14	20	2	48
	1	2	0	2	0	2	18	0	2	24
	1	12	0	3	0	2	21	20	2	0
	1	26	0	4	0	2	29	30	1	0
Maxima Obscuratio				4	30	2	36	30	Justus Finis.	

Tempus apparens veræ ☌ accidit *Londini*, hor. 1 47′ 24″, ad quod tempus verus locus ⊙ est in gr. 12 27′ 24″ ♏, ascensio Solis recta gr. 220 0′, medium Cœli gr. 8 36′ ♐, angulus meridianus gr. 80 57′, altitudo M. C. gr. 16 40′, angulus eclipticæ & horizontis gr. 18 54′, elongatio Solis à Nonagesimo gr. 1 34′ 27″ ad ortum, parallaxis Longitudinis 0′ 31″, Latitudinis 55′ 12″.

Ad Quadrantem horæ antecedentem, nempe hor. 1 32′ 24″, dabitur ascensio recta M. C. gr. 243 5′, med. Cœli in ecliptica gr. 5 2′ ♐, angulus meridianus gr. 79 35′, altitudo med. Cœli gr. 17 15′, altitudo Nonag. gr. 20 4′, distantia Solis à Nonag. gr. 7 37′, Parallaxis longitudinis 2′ 39″, latitudinis 54′ 48″ differentia parallaxis longitudinis 2′ 8″, horarius motus verus in 15′ horæ 8′ 53″, visus 6′ 45″, ergo proveniet intervallum inter veram & visam ☌ 1′ 9″ subtr. adeoq; visa ☌ hor. 1 46′ 15″. quo tempore datur parallaxis longitudinis 0′ 41″, parallaxis latitudinis 55′ 10″ austr. latitudo ☽ vera gr. 1 17′ 6″ borea, latit. visa 21′ 56″ etiam borea, Semidiameter ⊙ 16′ 30″, Semidiameter ☽ 16′ 44″, Summa 33′ 14″, pars deficiens 11′ 18″, Digiti 4 8′, haud alitèr quam Observatio habet.

Scrupula incidentiæ 24′ 58″, tempus incidentiæ hor. 0 54′ 3″, tempus repletionis hor. 0 54′ 18″, initium hor. 0 52′ 12″, finis hor. 2 40′ 33″, quam proximè Observationi consentiens. At quia medium Eclipsis sequitur visam Conjunctionem, tardiùs apparere debet, tum initium, tum finis deliquii circitèr 4′.

Animadvertit quoq; hoc Solare deliquium *Johannes Palmerus* Theologus & Mathematicus eximius *Ectona*, sub longitudine gr. 23 35′, & latit. gr. 52 15′, ut hic vides.

Eadem Eclips. observata fuit Ectonæ, à J. P.

Hor.	′	″	Dig.	′	Hor.	′	″	Dig.	′
0	41	56	0	7	1	47	28	4	0
0	49	48	1	0	2	3	28	3	0
0	59	44	2	0	2	15	32	2	0
1	9	44	3	0	2	22	40	1	0
1	26	12	4	0	2	31	4	0	0
1	33	32	4	20					

Vide Catalogum Eclipsium *Johannis Palmeri*, pag. 210.

Hæc

D. *Wyberdi* in hanc Eclipſin animadverſio.

Hæc eclipſis (ait ille) tota conſpicua erat *Londini* : at ego in ejus fine ſive exitu ſolo, exactè obſervato, cepi Solis altitudinem (unà cum D. *Gulielmo Leybourno*, juvene etiam, Typographo, in Mathematicis valdè ingenioſo) per Quadrantem mediocris magnitudinis (cujus ſinguli gradus erant quadripartiti tantùm) 14 $\frac{1}{4}$ gr. Atq; tanta præciſè accepta erat à D. *Foſtero*, Profeſſore Aſtronomiæ *Greſhamiano*, & à D. *Leekio*, Mathematico etiam experto (& Artes Mathematicas *Londini* vulgaritèr docente) ſeorſum, prout D. *Leybourn* mihi paulò poſt, ab iis narravit. Tempus autem erat per horologia publica ſeu parochialia nobis audita, circa medium inter hor. 2 & 3, p. m. Et locus Solis huic congruens, erat tum juxta *Eichſtadii* Ephemerides, è Tabulis *Longomontanis*, ſeu *Danicis*; tum juxta *Dureti* Ephemerides, è tabulis ejus *Richelianis*, (quæ ſunt quaſi Epitome *Rudolphinarum*) ſupputatas, in 12 $\frac{1}{3}$ gr. ♏, cujus loci declinatio eſt 15° 37′ 41″ auſtrina; ſicq; diſtantia ☉ à Polo boreo, 105°. 37′ 41″. Parallaxis autem Solis, altitudini ejus hìc acceptæ reſpondens, eſt ſecundum *T. Brahæum*, in Progymnaſm. Aſtronomiæ inſtauratæ (ut circa mediam viam inter mediam & minimam ſuam à Terra diſtantiam exiſtentis) 2′ 57″ addenda; & refractio 7′ 38″ detrahenda; ad veram altitudinem proferendum, 14°. 40′ 19″: unde diſtantia Solis à Polo Horizontis, ſeu vertice, eſt 75° 19′ 41″: E quibus, & latitudine loci, ſeu Poli altitudine receptâ, 51°. 32′, habebitur tempus diei ut ſequitur, methodo breviſſimâ, & computo compendioſiſſimo, ſeu Logarithmico etiamq; exacto.

Diſtantia Solis à Polo	Mundi	105°.	37′	41″.	A.
	Horizontis	75	19	41.	
Compl. latitud. ſeu elevat. poli		38	28		
	aggreg.	219	25	22	
	ſemiſſ.	109	42	41	
Compl. altitud. Solis.		75	19	41	S.
	diff.	34	23	00	

Deinde, 1. ut Rad.	10, 0000000	
ad ſinum 74° 22′ 19″ compl. diſt. Solis à polo (ad ſemicirculum)	9, 9836401	
Ita Sinus 38°. 28′	9, 7938317	
ad Sinum 4ᵐ.	9, 7774718	36°. 48′ circitèr.

2. Ut hic Sinus, ad ſinum 70°. 17′ 19″, comp. ſemi aggr. 109 42′ 41″	9, 9737757	
Sic ſinus 34° 23′.	9, 7518385	
ad ſinum 7ᵐ.	9, 9481424	62°. 33′ circitèr.
Rad.	10. 0000000	A.
Sum.	19, 9481424	
* Semiſſ.	9, 9740712	

* Semiſſ. 9, 9740712, dat 70°. 23′ 52″, pro complemento dimidiæ diſtantiæ Solis à Meridiano in partibus Æquatoris, *viz.* 19° 36″ 8″, cujus duplum igitur, 39°. 12′ 16″, eſt ejus diſtantia tota à Meridiano; & quæ in tempus converſa, dant hor. 2 36′ 49″, p. m. pro fine Eclipſeôs.

Initium & medium hujus Eclipſis æquè ac finem quoad tempus, obſervare ambo nos ſimul ſtatuebamus; ſed D. *Leybourn* aliqua de cauſa, impedimento erat; etſi tempeſtivè conveniebamus.

* *Meſologicum*, vulgò Medium proportionale; idem hic quod *Meſarithmeticum*, vulgò Med. arithmeticum dictum.

31: Anno

31. Anno Christi 1652, die 29 *Martii* ante meridiem, fuit Eclipsis Solis observata *Londini*, in hunc modum.

Eclipsis Solis magna, anno 1652, Londini observata.

Tempora vera.		Digiti ecliptici		
Ho.	′	D.	′	
9	46	4	2	
9	52	5	2	
9	58	6	2	
10	4	7	35	
10	8	8	1	
10	30	10	8	
10	33	11	0	Maxima Obscuratio 11 dig. exactè.
10	38	10	8	
10	51	9	0	
10	56	8	1	
10	57	8	0	
11	7	6	4	
11	11	5	8	
11	18	4	5	
11	22	4	0	
11	28	3	0	
11	34	2	0	
11	40	1	0	
11	46	0	0	Finis.

In initio nubes obstiterunt quo minus cerneretur. Posteà verò sequentia observârunt.

Justum initium colligi poterit proportionalitèr, si inter se comparentur Observationes tres primæ: nam per eas colligimus unum digitum absolvi in 6 minutis horariis, adeoq; dig. 4 2′, peragi in 25′ minutis. Sublatis 25′ ex hor. 9 46′, restat hor. 9 21′, pro hora initii Eclipsis.

Ex tribus punctis disci Lunaris in disco Solis observatis, colligimus Diametrum Solis ad Diametrum Lunæ esse ut 12 ad 12 24.

Juxta *Keplerum* Diameter apparens Solis erat 30′ 40″, ergo apparens Diameter Lunæ fuit 31′ 008.

At verò ex *Tab. Kepleri*, Diameter Lunæ est 32 466, error est 1′ 458 nimis.

Juxta *Lansbergium* apparens Solis Diameter erat 34′ 53″, ergo apparens Diameter Lunæ fuit 35′ 008, & ita equidem ex *Lansbergii* Tab. excerpitur, nempe 35 minutorum exactè. Hactenus ex Observationibus Eclipsium Doctiss. Viri *Johannis Twysden*, M. D. *fol.* 13.

Ex altera autem observatione facta à D. *Gulielmo Leybourno Londini*, finis fuit hor. 11 43′, & digiti ecliptici 11 fere.

Hanc quoq; Eclipsin exquisitissimè, per totum ejus decursum observavit Doctissimus & peritissimus Vir *Johannes Palmerus Ecton*, coram magno cœtu Generosorum simul & Doctiss. Virorum.

Eclipsis Solis observata in agro Northamptoniensi, à *Jo. Twysden*, & *Jo. Palmere.*

Observata etiam fuit hæc Eclipsis à *Doctore Twysden Estone*, (non procul ab *Ecton*) sub longitudine gr. 23 37″, & latitudine gr. 52 15′, quæ duæ Observationes ita se offerunt.

Ut

Ut observavit *Jo. Palmerus*					Ut observavit *Jo. Twysden*			
Tempora vera.			Digiti eclip-tici.		Tempora vera.		Digiti eclip-tici.	
H.	M.	S.	D	′	Ho.	M.	D.	′
9	21	12	0	3	9	19	0	0
9	27	0	1	0	9	27	1	15
9	31	8	2	0	9	35	2	30
9	37	0	3	0	9	38	3	0
9	44	0	4	0	9	47	4	30
9	50	0	5	0	9	49	5	0
9	55	0	6	0	9	56	5	30
10	0	0	7	0	10	8	8	10
10	6	30	8	0	10	$11\frac{1}{2}$	8	30
10	11	28	9	0	10	14	9	0
10	18	0	10	0	10	18	9	30
10	25	0	11	0	10	21	10	0
10	32	4	11	$22\frac{1}{2}$	10	26	10	30
10	35	30	11	0	10	29	11	0
10	42	30	10	0	10	31	11	15
10	48	30	9	0	10	$35\frac{1}{6}$	10	45
10	55	0	8	0	10	37	10	0
11	1	0	7	0	10	49	9	0
11	6	30	6	0	10	53	8	45
11	11	45	5	0	10	$55\frac{1}{5}$	8	0
11	19	0	4	0	11	2	7	0
11	24	30	3	0	11	7	6	0
11	31	0	2	0	11	$17\frac{1}{3}$	4	0
11	35	30	1	0	11	$25\frac{1}{4}$	3	15
11	42	30	0	0	11	$31\frac{1}{2}$	2	5
					11	35	1	15
					11	$38\frac{1}{2}$	0	45
					11	$42\frac{1}{3}$	0	0

Nota *Doctoris Johannis Twysden.*

De Methodo Observationis.

Horâ aut circiter unâ ante Eclipsis initium composui *Horologium* ambulatorium optimi artificii, minuta prima accurate indicans, ad horam proximè veram eodem tempore altitudinem Solis observavi per Quadrantem. Erat autem Solis altitudo observata gr. 19 13′, sed per *Refractionem*, & *Parallaxin Lansbergianam* correcta gr. 19 10′, unde hora ex calculo erat hor. 7 26′ 48″, Horologium mostravit hor. 7 21′ 0″.

Hanc Solis Eclipsin observavit etiam Hevelius Dantisci, notavitq; initium h. 11 3′ 21″ A. M. med. h. 0 10′ 35″, finem h. 1 19′ 2″ P. M. dig. 9 22′, Prop. Semid. ☉ ad Semid. D. ut 1000 ad 1033.

Paulo post finitam Eclipsin observavi denuò Solis altitudinem gr. 45 20′, parallaxis addenda 1′ 37″ 20‴. Ergo vera altitudo erat gr. 45 21′ 37″, Automaton indicavit hor. 11 49′.

Locus Solis ad tempus maximæ obscurationis est gr. 19 16′ 29″ ♈, ex tabb. *Vincentii Wingi.*

Declinatio ☉ gr. 7 33′. Anguli horarii supputati, sunt ex observata Solis Azimutha ad diversas Eclipseos Phases, unde horæ automati correctæ sunt.

Azimutha Solis ad horam 7 26′ 48″, erat gr. 77 11′ 30″ à meridie. Vide Observationes Eclipsium *Jo. Twysden, fol.* 15.

Observata

Obſervationes habitæ Parifiis. Obſervatio Eclipſis Diniæ, à *Petro Gaſſendo* facta.

Obſervata eſt hæc Eclipſis *Pariſiis à Petro Petit, Ægidio Perſonerio de Roberval, Petro Bourdin, Fran. Gaynot, Iſmaele Bullialdo*, & aliis, & fuit initium hor. 9 30′, finis hor. 11 51′, digiti 10 20′. Poſitâ Diametro ☉ apparente 100 partium, ☽ diameter viſa eſt 102.

Eandem Eclipſin obſervavit *Diniæ*, quæ eſt orientalior *Lutetiâ* 25 horæ minutis, & ſub elevatione Poli gr. 44 6′, *Petrus Gaſſendus*. Initium ſtatuit hor. 9 43′, finem hor. 11 58′, dig. 9 24′.

Tempus apparens veræ ☌ juxta Tabulas noſtras contigit *Londini*, hor. 22 21′. 53″, & tunc temporis ☉ erat in gr. 19 15′ 17″ ♈. ☽ gr. 19 15′ 17″ ♈, Anomalia latitudinis ſig. 0 gr. 8 48′ 29″, Aſcenſio recta M. C. gr. 353 13′, Medium Cœli in Ecliptica gr. 22 36′ ♓, Angulus meridianus gr. 66 39′, Angulus Eclipticæ & Horizontis gr. 41 39′, elongatio Solis à Nonageſimo gr. 2 23′ 20″ ad occaſum, horizontalis parallaxis ☽ à ☉ 57′ 44″, parallaxis longitudinis 1′ 36″, quæ per motum horarium ☽ viſum diviſa, exhibet intervallum inter veram & viſam ☌ 3′ 36″ addendum, adeo ut viſa ☌ cadat hor. 22 25′ 29″. Ad hoc tempus eſt parallaxis longitudinis 2′ 4″, parallaxis latitudinis 42′ 55″ auſtrina, latitudo ☽ vera 46′ 4″ borea, latitudo itaq; viſa 3′ 9″ borea, Semidiameter Solis 16′ 16″, Lunæ 16′ 34″, Semidiametrorum ſumma 32′ 50″, pars deficiens 29′ 41″, hine digiti ecliptici colliguntur 10 57′, id eſt 11 fere, quot etiam habet Obſervatio.

Scrupula incidentiæ ſunt 32′ 41″, horarius motus ☽ viſus unâ horâ ante viſam ☌ 27′ 13″, itaq; erit tempus incidentiæ hor. 1. 12′ 3″, horarius motus viſus unâ horâ poſt viſam ☌ 26′ 11″, & tempus repletionis hor. 1 14′ 53″, ergo initium Eclipſis colligitur hor. 9 13′ 26″, à media nocte, finis hor. 11 40′ 22″, vix aliter quam obſervatum eſt *Londini*.

Obſervata quoq; eſt hæc Solaris Eclipſis à Doctiſſ. Viro *Johanne Wyberdo* Medicinæ Doctore, & Mathematico eximio, *Carigfergi*, alias *Knocfergi* in *Hibernia*, ſub longitudine gr. 17 0′, & latitudine 54 40′; ubi in medio defectus, Lunam conſpexit momento quaſi & ex improviſo totam intra Solis diſcum comprehendi, ut circumagere videretur, ſicut lapis molaris ſuperior, ut amplius appareat ex ſubſequenti obſervato Doctoris, nuper edito.

De Eclipſi Solis 29 Martii, 1652.

Johannes Wyberdus, M. D. de Eclipſi Solis Mart. an. 1652

Quam antea (inquit) ex *Tabulis Lansbergianis* exactè ſubduxeram ad *Meridianum Londinenſem*, & dabant *deliquium maximum*, dig. 10 $\frac{2}{3}$, & tempus ejuſdem (pro viſibili ☌) hor. 9 26′, & principium hor. 8. 10′, finem 10h 35′, totamq; proinde durationem hor 2 25′. Quod totum tempus cum aliis quibuſdam ex optimis Tabulis Calculationibus, poſteà mihi viſis, proximè convenit. Sed tempora particularia ſunt iis priora per integram minimùm horam Quod multoperè miratus ſum, quando meum Calculum quem ab initio ad finem, ſeu per omnes Canones, omnibus numeris ſcrupuloſiſſimè abſolveram, minimè ſuſpicari poſſem: Et qui hinc ex ipſis Canonibus repetitus, quoàd neceſſum erat, ipſum confirmabar. Talem verò in hiſce Tabulis errorem inſignem & intollerabilem, nunquam antea deprenderam.

Ego autem tunc *Carigfergi* (ſeu *Knocfergi*) in *Hibernia* ad ſinum maris ſitæ exiſtens, ut *Medicus*, ex *Senatus-conſulto, Copiis Anglicanis*, in partibus iſtius Regionis Septentrionalibus, notavi hanc Eclipſin per totum ejus decurſum, Cœlo exiſtente ſereno (præſente uno mihi familiari, qui ibi in horto quodam Sciatericum ſeu Solarium horizontale, ſuper lapidem quendam molliuſculum, Scandulam Scoticam dictum, optimè lævatum, ad iſtius Urbicolæ antiquiſſimæ Palatinæ, ſeu Regiæ, latitudinem fecerat, uti eam ſuper Globum terreſtrem, vel Mappam aliquam Geographicam, gr. 54 $\frac{2}{3}$ circiter, invenerat. Atq; ſic nos ſimul unà obſervatione in Solis Altitudine meridianâ (ſed non tam

 accu-

accuratâ, ob defectum satis exacti Instrumenti, *&c.*) postea collegimus; & alterâ simili observatione, vix gr. 54; (licet Navarchi quidam illò quandoque advenientes volebant esse gr. 55 ad minimum (imò propiùs gr. 56) quantum etiam ego in optimis quibusdam *Tabulis* seu *Chartis Geographicis*, ac speciatim in aliquibus Chartulis Chorographicis istius Regionis exin inveni, quæ & ejusdem loci longitudinem exhibent inter gr. 13, & 14, & aliquæ amplius, nempe gr. 17 42'; si fides iis adhibenda sit; quandoquidem illæ plerorumq; locorum longitudines & latitudines ostendunt potiùs ex eorum distantiis ab invicem itinerariis juxta vulgarem milliarium vel aliarum mensurarum computum, (qui ubiq; fere admodum incertus & inconstans est, in una eademq; Regione) quàm ex Observationibus Astronomicis. Nullum verò habuimus ibi Instrumentum, aut Horologium exquisitum, quo tempora Eclipseos ad punctum determinare potuimus, sed fere solum istud Sciatericum, haud longè ante à nobis per Solem meridianum bis examinatum & debitè positum, cujus quodlibet spatium horarium in 4 partes erat divisum, tam amplas, ut non solùm 8 m, verumetiam 16 m, aut 20 m partem horæ potuimus probè conjicere. Atq; sic initium Eclipsis vel primùm Lunæ ad Solem appulsum visibilem, quem ope Specularii vulgaris, etiamq; manibus clausæ, contractæ, vel incurvatæ; aut ambarum manuum sic dispositarum simul, adinstar tubuli, potuimus sufficientèr cernere: (quod quoq; per chartam convolutam ad modum Tubuli fieri potest) observavimus esse super Sciatericum, octante horæ quam proximè ante Nonam. Quum autem Eclipsis eousq; progressa esset, ut ☉ ægrè admodum lumen emitteret, adeò quòd umbram Stili seu Gnomonis super Solarium haud ita facilè percipere potuimus (particula Solis nondum obscurata directè quasi versùs Orientem, instar Lunæ corniculantis, cùm secundâ circitèr vesperâ post, vel potius penultimo matutino ante Conjunctionem interdum conspiciatur apparente (quam utranq; accuratissimus & acutissimus ille *Selenographus, Jo: Hevelius* peculiaritèr *Lunam corniculatam* appellat, illam nempe *crescentem*, hanc *decrescentem*.) Luna momento quasi & eximprovisò, totam se intra Disci Solis orbitam seu ambitum (quatenus conspectui nostro appareret) tam agilitèr injiciebat, ut *circumagere aut circumvolvere videretur*, sicut Catillus seu *Lapis Molaris superior* (Cursor dictus) Sole tunc circumcirca ejus limbum seu marginem splendidulo vel corusco apparente, ut esset quasi *Spectaculum Rotationis* dictum, aspectu sanè valde jucundum ac notatu dignum, & quidem æqualitèr undiq; post unum temporis minutum, (tam-quam conjectare poteram) circitèr dimidium digiti, aut ¼ saltem, (quantùm etiam conjicere licebat) instar circuli luciduli, vel Coronæ subrutilæ; & tunc pro certo centralitèr conjuncta erant *Luminaria* quoad apparentiam. Et quamvis pleriq; omnes calculi publici hujus Eclipsis pro diversis Mundi locis quos adhuc mihi videre licuit, dant apparentem seu visualem Lunæ diametrum aliquantulo majorem Diametro Solis (quod etiam privatus meus Calculus præbet, sed quidem minimè omnium, *viz.* in adparente Semidiametro Lunæ solummodo ad scr. sec. 5", quæ hic faciunt circitèr 35 m. partem unius digiti, vel dig. o. 0289 in ☉, & o. 0288 fere in ☽) unde Lunam non modo integrum Solis discum sub visam Conjunctionem (obicunq; ea contingeret esse exactè centralis) præcisè vel marginatim obtegere seu obvelare, sed & ultra seu præter eum undiquaq; æqualitèr (licet pauxillulum & insensibilitèr) extensum seu expansum, vel expassum iri (si ita loquar) aut eundem penitus occulere, fortè expectandum foret, atq; sic discus Solis lucidus in discum Lunæ opacum seu obtenebrantem totalitèr immergeretur, adeo ut nihil de corpore Solari extus eum videri debuisset (ut aliqui magis curiosi forsan objiciant) & proinde Eclipsis hæc paulò plusquam completè totalis esse (ut ita dicam) judicaretur (utq; in Eclipsi Solari nonnunquam observatum fuerit, cum tenebræ tanquam ipsa nox adulta seu profunda factæ sint (atq; ut ipse etiamnunc reminisci possim à tempore quo puerulus eram) immò quandoq; noctis alicujus

tenebris

tenebris profundiores seu densiores (si hoc modo tales fieri possint) ut aliqui referunt. Circulusq; iste, seu *Corona* Lunam opacam marginalitèr circumcingens, tantum splendor aut fulgor aliquis à Sole abintrà quasi (vel extra) Lunæ subjectæ marginem, seu peripheriam visibilem, tanquam è nube densa vel opaca Soli subjecta circum ejus extremitates, fimbrias, sive latera (uti frequentèr fit) projectus existimaretur (vel ut jampridem me vidisse memini circa talem nubem vesperi à Luna, cum plena circitèr esset, & unâ vel alterâ horâ tantum ab exortu ejus evecta, maximâ Cœli parte tunc à nubibus liberâ, cum tranquillo (quod mihi tunc notabile, & aliis conspicientibus videbatur) scilicet Coronam claram, coruscam, nubi densæ, nigræ, ampla, inter Lunam & oculum positæ, & inæqualitèr rotundæ seu irregulari, utpotè in extremitatibus, limbulis, sive perimetro quasi ejus visibili, admodum laciniatæ seu incisæ, arctè circumductam ideoq; non completè circularem (ut *Halo* plerunq; fit) sed inordinatam & laciniosam, atq; non solùm proximè nubem quasi, verumetiam in ipsius extremis à nube, seu proprio perimetro, eodem modo; apparebat enim, quatenus meminisse possim, dimidium Diametri Lunaris saltem lata, & parte interiore, nubem opacum versus, sive nubi propiore, coloris rubei vel rutili, exteriore autem, seu à nube remotiore albidi vel pallidi; atq; ita *Impressio* isthæc meteorologica lucida, apparens, seu *φάσμα*, & informis (ut Philosophi appellant) nec *Halo*, seu *Area* vel *Corona* (specialitèr sic dicta) nec *Chasma*, seu *Hiatus* aut *Verago*, propriè dici posset, sed potius *Color* tantùm, vel *Colores* (ut Physici vocant) sine certá figurâ in nubis partibus exterioribus (utpotè quàm interiores seu mediæ, rarioribus & subtilioribus) à Luna depicti seu impressi, quanquam revera *Chasmati* (saltem exiguo, quale *Foveam* plerìq; speciatim appellant) magis accedere videretur, ideoquod flagrantiam, vel incensionem quasi aliquam referebat, juxtim nubis visibilis opacæ extrema seu latera fulgore perfusa, utputà radiis Lunaribus illustrata (sed de hac re obitèr tantum, satis superq;) Tamen (inquam) ut hæc Eclipsis in loco prædicto, eo modo apparuerit quo hîc descripsi, (& ab aliquibus aliis etiam ibi conspecta fuit, præsertim à Generoso quodam Viro, haud inter infimos Militiæ *Ordines* seu *Ductores* istis in partibus, & Civitatulæ istius Præsidariæ, sub idem tempus Vice-Præfecto, per *Perspectivum* parvum, vel *Tubulum* Opticum ordinarium, è cubiculi sui Fenestra, ita) *Corona* illa lucidula, potius ipsa margo, vel portiuncula quædam ipsius Solis extra vel cis undiq; discum Lunæ opacum, rutilans esse nobis videbatur, quam emicatio aut radiatio ejus duntaxat aliqua, sive luminis diffusio ultra vel prætereum, velut è nube circa ejus extremitates, lacinias sive fimbrias, ut ante dixi. Nam præterea totam Lunam intra istum circulum seu coronam (qualis-qualis, vel quicquid fuerit) *Orientem* versus tendentem ego & ille qui mecum aderat planè percipiebamus. [De hac re tamen pertinacitèr asseverare nolim, quandoquidem, præter varias calculationes, etiam observationes quædam instrumentales sub ipsam Eclipsin factæ (quæ mihi innotuêre) exhibent apparentem Diametrum Lunæ majorem Diametro Solis; una nempe *Oxonii* à Domino *Rookio*, nunc Astronomiæ in Collegio *Greshamo-Londinensi* Professore meritissimo: & altera ab ipso *Hevelio*, qui curiosissimè hanc Eclipsin observavit *Gedani*, ubi deprehendit magnitudinem ejusdem dig. 9. $\frac{1}{3}$ (& D. *Eichstadius* ibidem, circitèr dig. 10.) & rationem Semidiametrurum Solis & Lunæ dicit tunc inventam esse, ut 1000, ad 1033 circitèr, qui excessus in *Luna* facit circa 5 m. digiti partem, vel dig. 0. 198, ratione *Solis*, & 0. 192 fere, ratione *Lunæ* ipsius] Atq; hoc modo *Luna* morari videbatur intra *Solis Circulum* per 16m. partem horæ, aut 20m. saltem; nam paululùm ante istam apparitionem vel spectaculum, potuimus umbram Gnomonis (licèt haud fermè sicut dixi) super Sciatericum cernere, & tunc erat circa 16m. aut 15m. partem horæ ante *Decimam*. Et in principio emersionis Solis (*Lunâ* oram seu marginem ejus directè orientem versus ocyùs transeunte & tegente, (nam Eclipsis super oram quasi directè occidentalem

incipie-

incipiebat) adeo ut pars opposita lumen sensibile statim redderet, percipere potuimus umbram Stili, eratq; pene in linea horæ decimæ (atq; sic esset centralis copula Luminarium visibiliter, circa 20m, aut 30m partem horæ ante *Decimam*, viz 2′ aut 3′, & in fine Deliquii (seu ultimo Solis & Lunæ contactu quoad visum) projiciebatur umbra in lineam horæ 11æ, præcisè quasi; atq; sic esset medium Eclipsis circa 15m partem horæ ante *Decimam*, *viz*. 4′, & circa 30m partem horæ ante adparentem centralem Σύνοδον, *viz*. 2′, & totum tempus, circa hor. 2 $\frac{1}{3}$. Et profectò Sciatericum hoc cum instrumento isto horologico armillari, egregio universali, quod vulgò *Annulum* æquinoctialem. vel Horologium æquinoctiale vocamus, proximè quadrabat; namq; unum illic penes me habui magnitudinis vel circumferentiæ usualis, portabilis, super quo (quâq; ejus distantiâ horariâ tantùm quadripartitâ) tempus diei usq; ad 16m, aut 20m partem horæ, discernere potui, æquè ac super aliquo Sciaterio ordinario, vel alio instrumento horario, imò rectiùs fortè, ob partium hujus horariarum æquabilitatem. Estq; id certè optimum *Horarium Solare Ambulatorium* vel *Viatorium* (seu *Vade mecum*) atq; hodie apud nos maximè usitatum. In fine Eclipseos hic tractatæ, deprehendi Solis altitudinem per *Astrolabium* ordinarium nauticum æneum, ponderosum (ad integros tantùm gradus divisum) gr. 41 circiter. Sed tot altitudinis gradibus exactis, cum parallaxi Solis Lansbergianâ respondente, 1′ 44″, & refractione nullâ; vel potius Braheanâ parallaxi, 2′ 16″, & refractione 0′ 9″ (indeq; veræ altitudini 41° 2′ 7″) & declinationi Braheanæ Solis Boreæ (tunc temporis in 19° 19′ fere ♈, juxta *Origani* Calculum Ephemeridanum à *Tychone*, existenti) 7° 35′, & altitudini Poli, seu latitudini loci proximæ 54° $\frac{1}{3}$ simul, respondet hor 1, m. 7, fere a. m. scil. 7 m. fere ante XIm. Et è converso, vel vice versâ, horæ XIæ exactæ, seu horæ uni ante meridiem integræ, & declinationi isti Solis, atq; elevationi Poli simul, competit altitudo Solis vera, 41° 24′. A quo tempore, ceu finali Eclipseos, horâ circiter elapsâ, æther nebulosus, & imbricosus aliquantulùm fiebat, è parte seu plaga Horizontis occidentali, per horam unam & alteram; post quod tempus Cœlum reddebatur serenum, per reliquum fere diei.

Aer non solùm sub maxima obscuratione (seu visa ☌) sed & quantum memini octante horæ, aut plus ante & post, tam tenebricosus erat, ut complures Stellæ planè apparebant circumcirca isto temporis spatio, (Quasi fere

--Nox Cœlum sparserat astris.)

Et Volucres (seu absterriti) sese subitò congregabant tanquam ad fugam, tacitéq; hàc illàc volitabant, quasi ad nidulos suos, ceu domicilia, vel dormitoria, ut versus noctem (seu tempore vespertino) soliti sint: erat enim primùm crepusculi primi vespertini (ut ita dicam) aut ultimi matutini instar (vel ut circa *Serum diei*, aut *extremum noctis*) & in ædibus vix potuêre Populi fere aliquid videre absq; lucernis per tempus longiusculum; nec foras ego aut ille alter amicus mecum præsens, potuimus notas ibi à me eo tempore cum Graphio, aut Penicillo scriptorio, ex *Oleastrensi* (si sic dicere liceat) vel plumbo isto (uti meminerim) quod vulgò nigrum vocamus facto, de ipsa Eclipsi, super Chartulam exaratas, facilè oculis haurire, sub maximo deliquio. Erat namq; tunc fere sicut *Vesper serior*, vel *Aurora prima*, aut

——sub obscuræ tenebrosa crepuscula noctis;
——traherent quum sera crepuscula noctem.

Vel *Nocticula* tanquam æstiva isto in loco (nam tribus quasi mediis mensibus æstivis, scil. *Maio*, *Junio*, & *Julio*, (aut amplius) haud ulla nox perfecta seu profunda ibi fit: Sed de nocte aliquid cernere licuit (ni multùm fallor) æquè propemodum atq; sub ista Eclipsi, in maxima obscuratione, modò *Sudum* fuerit) Quippe jam revera,

Sol

Sol atra prætexuit ferrugine frontem; Et
Piceo se texit amictu. Nam,
Soror Phœbo fratri lucem intercepit.

[Scribit *Eichstadius* in sua Ephemeride hujus Anni, hanc Eclipsin fore totalem sub longit. gr. 11 ½, & latit. Sept. gr. 58, quo spectant (inquit) quædam *Scotiæ* Civitates ultra *Edenburgum*, & quæ hisce adjacent in *Hibernia* atq; *Islandia*. Sed tamen *Edenburgum* aliquanto orientalius est *Carigfergo*, quam ex variis Mappis, seu Chartis Cosmographicis & Chorographicis recentioribus, jacere reperio inter 13 & 15 gr. etiamsi aliquæ aliæ ulteriùs ad aliquot gradus eam extendant.] Multi etiam ex iis qui hic & in locis adjacentibus hanc Eclipsin conspectabant, non bene potuerunt oculis usurpare per aliquot dies post (imò verò nonnulli vix per spatium 2 hebdomadum) sed illis erat obscuritas, seu hebetudo visus, qualis 'Αμβλυωπία & 'Αμβλυωγμὸς Græcis dicitur, adeo ut remedia oculis adhibere coacti fuerint aliquid ad visum acuendum. At verò hoc non adeò mirandum, quum illa oculorum hebetatio seu caligatio haud prorsum ab ipsa Eclipsi, sed partim quoq; à tam longa ante, intentissima & valde seria in Solem (dum clarè splenderet) inspectione, contrahi posset; quemadmodum experientia quotidiana ostendat, quòd intuitus Solis effulgentis, licet modicus, aliquo alio tempore, oculorum aciem præstringat, obscuritatem seu caliginem aliquam illis statim offundat, atq; visum adeo offendat, ut maculæ quasi parvæ, rotundæ ceu pilulæ variorum colorum ob oculos sursum-versum saltantes seu volitantes repræsententur, uti ipsemet propriis oculis sæpe-sæpius inopinatò quasi expertus sim, atq; itidem post acutissimas Febres per multos dies, cum foris ambulaverim, à magna visûs debilitatione (utq; de aliis apparentiis seu phantasmatis in *Suffusione*, vulgò (ab *Arabibus*) *Cataracta* dicta (Græcis ὑπόχυμα & ὑπόχυσις) incipiente, observatum sit.) Et hoc inter causas *Ophthalmiæ* vel *Lippitudinis* levis seu spuriæ (quæ à causa aliqua extrinseca utplurimùm (si non semper) oriri creditur; & non tam 'Οφθαλμία, seu *oculi inflammatio*, quàm Τάραξις *Græcis* dicitur, & Latinis, Oculi *conturbatio* vel *perturbatio*) à Medicis vulgò recensetur, nempe Solis lux vel lumen, & calor, seu Radii, & à quibusdam etiam radii Lunares, sed non tam facilè. Et profectò quamprimùm ego ex *Hibernia* ad *Londinum* iterùm reversus sum, narratum mihi pro certo erat, quosdam Empiricos seu Impostores ignaros ibi per aliquot dies ante hanc Eclipsin, Remedia aliqua, ceu *Antidota* (tanquam *Arcana* ab Astris petita) in suis Schedulis seu Tabellis, in Plateis, & Deambulacris extra Urbem suspensis (ut illis moris est) populo, turpilucri ergo proposuisse & promisisse, pro oculis adversus malignam seu maleficam (ut opinati sint) hujus Eclipsis influentiam, præmuniendis & præservandis; utputà quod Astrologi quidam hic, istam Eclipsin horrificam & terribilem vocabant, valdeq; nocivam & pernitiosam futuram, esse prædixerant & prædicaverant, ut multum mali, minari & portendere eam judicantes; & tantas tenebras ibidem exinde fieri ac si dies in noctem subitò, seu inopinanter versus foret: unde Populi Inscii & imperiti, quasi attoniti & pertimefacti, (ut,

Frigidus adstiterit circum præcordia sanguis:
——*Et corda timore micabant.*)

Tenebras caliginosas & palpandas quasi, ibi & locis adjacentibus (immò per totam *Angliam*) quales semel *Deus* super totam *Ægyptiorum* Terram, pro Plaga vel Supplicio, per manum *Moschis* immisit) fere expectabant; & proinde *Diem atram* & diram illam fore, acsi esset *novissima*. [Quodq; multi in prædictis *Hiberniæ* partibus hujusce rei planè nescientes, sub tempus ipsius obtenebrationis exanimati, metuebant, ita ut aliqui ibi (præsertim mu-

here

lieres meticulosæ, quarum unam vel alteram probè novi) non ausi sint foris oculos suos ferre, sed intus se occultè quasi cohibentes, in præcamina sese contulerunt; nam reverà tanta Eclipsis in Sole, longo tempore ante hic locorum non contigerat.] Cum equidem isthæc Eclipsis vix notabiliter (aut paululùm duntaxat) major apparuerit *Londini*, quam Calculus noster exhibet, ut ibi observata fuit, (prout etiam fere *Oxoniæ*, quæ aliquantùm borealior est, vix (aut pauxillùm tantum) ultra dig. 11, à præfato ejusdem ibi Observatore, deprehensa erat, ut ipse mihi narravit) adeo ut tam magnæ seu profundæ tenebræ haud eam insequutæ sint, quin populi ibi satis bene potuerunt videre (saltem foris sub maxima defectione seu obscuratione, ut multi mihi (non sine *Sarcasmo*) pro vero narrârunt.

Calculus hujus Eclipseos ad Horizontem *Carigfergi Hiberniæ.*

Calculus noster consentit, nam tempus apparens veræ ☌ erat *Londini*, hor. 10 21′ 53″, à media nocte, *Carigfergi* verò quæ occidentalior est scrupulis horæ 29′, eadem Luminarium congressio facta est hor. 9 52′ 53″, quo quidem tempore reperitur Angulus meridianus gr. 67 12′, Altitudo med. Cœli gr. 29 19′, Angulus Eclipticæ & Horizontis gr. 36 30′, Nonagesimus gr. 19 21′ ♈, paral. longitudinis 0′ 3″, paral. latit. 45′ 24″, latitudo ☽ vera 45′ 54″, latitudo ☽ visa 0′ 31″ Austrina, pars deficiens 32′ 20″, digiti ecliptici 11 56′. Fuit itaq; Eclipsis hæc fere totalis & centralis, apparebatq; ejus medium paululùm ante horam decimam, quemadmodum observavit *Johannes Wyberdus*. M. D.

32. Anno Christi 1654, die 2 *Augusti*, observata erat Eclipsis Solis, aliqua ex parte, *Londini*, ab Amico nostro *Gulielmo Leybourn*. Principium verò ob nubes videri non possit, sed à medio ad finem, tempus & quantitatem accuratè notavit, ut infra videas.

Eandem Eclipsin quoq; observavit Reverendus ille Vir *Johannes Palmerus*, *Ectonæ*, ab initio ad finem in conventu Amicorum, unà cum sociis aliquibus adstantibus & adspicientibus, ut ipse memorat in Catalogo Eclipsium, *p.* 211.

Observatio Eclipsis *LONDINI*,				
Ho.	′	″	Dig.	Part
9	2	42	9	40
9	4	30	10	20
9	5	15	10	0
9	11	40	9	30
9	13	0	9	0
9	17	30	8	50
9	21	40	8	0
9	29	15	7	0
9	36	0	6	0
9	43	0	5	0
9	50	0	4	0
9	56	45	3	0
10	2	45	2	0
10	6	15	1	60
10	14	45	0	30
10	16	12	0	Finis.

Observatio Eclipsis *ECTONÆ*.				
Ho.	′	″	Dig.	M.
7	47	0	0	0
7	52	30	1	
7	58	30	2	
8	4	0	3	
8	9	0	4	
8	15	0	5	
8	20	45	6	
8	28	0	7	
8	34	0	8	
8	40	30	9	
8	49	0	10	
			10	15
9	0	0	10	
9	9	0	9	
9	18	0	8	
9	25	0	7	
9	31	0	6	
9	38	0	5	
9	45	30	4	
9	51	15	3	
9	57	30	2	
10	3	30	1	
10	9	0	0 Finis.	

JOHANNES WYBERDUS, M. D. *de hac Eclipſi Solis.*

Quod ſimilem fermè Eclipſem 2° *Aug.* 1654 attinet; (quam ex Aſtronomiæ *Copernico-Lansbergianæ* fundamentis, ſeu Theoricis & Hypotheſibus, ratione trigonometricâ, itemq; ex ipſis Tabulis Lansbergianis, calculatione communi Logiſticâ (exercitationis etiam mathematicæ privatæ ergò) accuratè deduxi ad Horizontem *Londinenſem*. Ejus initium ibi ſpectari non potuit, propter aerem prænubilum, præſertim ſub plaga vel via Solis; Sed ſub initium à me calculatum, *ſcil.* octantem horæ quamproximè ante VIII^m. Sol ſplendebat, adeo ut ejus altitudo per Quadrantem ſumi poſſet, quam idcircò tunc deprehendi, unà cum alio Viro in Mathematicis intelligente, mihiq; familiari, 27° (*ſcil.* circa ¼ horæ ante 8^m per Horologiolum portabile, ſeu ambulatorium vel viatorium ordinarium, quaſi *Vade mecum*, bene diſpoſitum, & Solare ſimul) Et apparebât ille uſq; ad horam 8^m fermè: tumq; nullum erat Eclipſis veſtigium, quod ullo modo cerni poterat; ita ut judicaremus initium vix ante VIII^m accidere. At quum primò appareret Eclipſis (nempe per nubem tenuem) videbatur ea ad oculum ſolum, & cum Tubulo optico etiam ſimul, eſſe circa dimidium Diametri vel Diſci Solaris. Et quando apparebat circa dodrantem ejuſdem (Sole tunc parumper elucente) accepi ejus altitudinem, 37 ¼ gr. Paulòq; poſt (illo iterum recèns quaſi ſplendente) 38 gr. Sed 37 ¼ gradibus convenit parallaxis ejus ex *T. Braheo* (ut circà medium inter maximam & mediam ſuam à Terra diſtantiam exiſtentis) 2′ 21″, & refractio 0′ 21″, atq; inde vera fit altitudo 37° 47′ exactè. Et locus ejus verus vel apparens (ſecundùm illum ex *Origani* Calculo in Ephemeride iſtius anni *, & *Eichſtadium* è Tab. *Longomont.* ſeu *Danic.* ac *Lansbergium* ipſum) in 19° 32′ ♌; & proinde declinatio borea,° à *Tychone* 15° fere (*viz.* 15° 00′ 24″) E quibus & Loci latitudine, ſeu Poli altitudine ſimul 51° 32′, eruitur tempus antemeridianum hor. 8. 52′, ſcil. octans horæ circiter ante Nonam. Atq; toto fere tempore abinde, Sol à nubibus ſolutus ſplendebat, adeo ut finis ſeu exitus Eclipſeôs exactè inſpici & intendi poſſet. Quem quidem ego (loco & inſtrumentis accommodis imparatus, ut in prioribus Eclipſibus à me notatis, ad omnes Obſervationes notabiliores faciendas; nullum habens inſtrumentum præter Quadrantem parvum, cujus Semidiametrus erat 5 unciarum ſeu pollicarium circiter, & quilibet gradus tantùm quadripartitus) animadvertere ſolum ad rem potui, (& quod adminiculo Specularis ordinarii, ac manus contractæ ſeu incurvatæ tanquam Tubuli, ſufficienter præſtiti) & tum per eum firmè tractatum, cepi (ſolus tunc exiſtens) Solis altitudinem 48 gr. præcisè; cui & diſtantiæ ipſius à centro Telluris ſimul, tunc ſecundùm *Lansbergium* 1537 ⅓ fere ſemidiam. Terræ (vel primùm part. 102609 circiter, quarum Radius Orbis annui, ſive magni Orbis Terræ, adſumitur 100000, nam ille elevat vel elongat Solem à Terra multo magis quàm aliquis anteceſſorum) reſpondet parallaxis ejus, 1′ 30″, & refractio nulla; atq; ſic vera habetur altitudo, 48° 1′ ½: & locus ejus verus ſeu apparens (ſecundùm illum, & *Tychonem* etiam ex *Origani* Calculo Ephemeridæo) erat in 19° 35′ ♌, & ſic declinatio 14° 58′; è quibus & latitudine Loci ſimul, colligo tempus ante meridiem breviter, methodo & calculo artificiali Sinico ſubſequentibus, ſicut in Eclipſi Solis *Octob.* 1649, à me factum eſt: nec non naturali tædioſo, quo tam accuratio Calculi artificialis ſeu Logarithmalis, quàm expeditio, liquidò conſtet; aſſumpto ad utrumq; Calculum, eodem locorum, ſeu notarum arithmeticarum, numero, nempe ſeptenario, (utpote ad partes *Radii* ſive Sinûs totalis, univerſalis aut radicalis *, quem breviùs *Holoſinum* nuncupo, quemadmodum & Sinum rectum, univerſè, *Orthoſinum*) quo plerunq; uſus eſt *Pitiſcus* in ſua Trigonometria, & Canône. Atq; utinàm Decimalis, ſeu ſpeciatim Centeſimalis

* & ultimâ ſuâ.

* 10000000.

lis Circumferentiæ Circuli divisio, uti jamdudum Radii sive Semidiametri; vel partis suæ gradualis constitutæ, & consuetæ saltem, (nempe, tricentesimæ-sexagesimæ) in usum universaliter abiret; eâdem utriusq; rei ratione existente, pro summa accuratione & expeditione *. Et præterea quod decimalis numeratio Logarithmali in genere, immediatè congruit seu correspondet; sive est ei naturalissima & familiarissima: Sed jam ad rem ipsam.

* & sic horæ; qua divisione minuta prima fere æquipollerent sexagesimis secundis.

Distantia Solis à Polo Mundi	75°	2′		} A.
Distantia Solis à Polo Horizontis	41	58	30″	
Compl. Poli seu Latitudinis	38	28		
Sum.	155	20	30	
Semiss.	77	44	15	} S.
Compl. altit. Solis	41	58	30	
diff.	35	45	45	

Calculus.

Naturalis		*Artificialis.*	
1. Ut Rad.	10000000	10, 0000000	
ad 75° 2′ S.	9660762	9, 9850114	75° 2′
ita 38 28 S.	6220592	9, 7938317	38 28
ad 4^m S. (36° 56′ proximè)	6009566	9, 7788431	36 56 proximè
2. Ut hic 4s. S.			
ad 77° 44′ 15″ S.	9773238	9, 9899766	77° 44′ 15″
sic 35 45 45 S.	5844265	9, 7667300	35 45 45
ad 7^m S. (71° 53′ proximè)	9504412 M.	9, 9778635 A.	71 52 fere.
Radius	10000000	10, 0000000	
Radix	9749057	9, 9889318,	77° 7′ 10″.

Pro Sinu mesologico, 77° 8′ 14″ fere (*viz.* de 950441 20000000) compl. dimidiæ distantiæ ☉ à Meridiano Æquatoris, scil. 12° 51′ 46″. Quæ itaq; duplicata, 25° 43′ 32″, dant totam ejus distantiam; & quæ in tempus versa, dant 1 hor. 42′ 54″, & proinde finem Eclipsis, Ho. 10 17′ 6″, a. m.

Mesologarithmus, vel Sinus mesologicus (idem hic ac mesarithmeticus) complementi dimidiæ distantiæ ☉, *&c.* 12° 52′ 50″; sicq; tota distantia erat 25° 45′ 40″, quæ in tempore dant 1 h. 43′ 3″ fere, a. m. & inde finem Eclipsis, ho. 10 16′ 57″, a. m. *viz.* ho. 10 17′ ferè.

Quod tempus convenit cum eo ab aliis quibusdam hic separatim observato [qui suas Observationes mecum tunc communicabant, nempe à D. *Rookio* antè nominato, in Collegio *Greshamiano*, cum aliis quibusdam adstantibus & adspicientibus; & à D. *Guliel. Leybourn*, simul cum sociis aliquibus assistentibus; per Horologiola duo minutaria ambulatoria, & Perpendicula, aliáq; Organa observatoria exquisita (etsi *Perpendiculum* ab *Hevelio* & plerisq; aliis, jam pro optimo instrumento ad temporis rationem minutatim seu scrupulatim referendam habetur) cum Tubis peramplis unà adhibitis] ad ipsissimum minutum primum (nam conveniebant illi in ipsis secundis fere, invenientes finem Deliquii esse Hor. 10 16′ 12″ circiter, & sic à me discrepantes tantùm 54 scr. sec. calculo naturali, & 45 sec. calculo artificiali. Parallaxis

autem

autem Solis altitudini ejus acceptæ 48° respondens, secundùm *T. Braheum* (ut circa prædictam à Terra distantiam existentis) erat 1′ 58″;, & refractio nulla; unde vera altitudo 48° 1′ 59″ fere. (h. e. 48° 2′ fermè) & locus Solis apparenter (secundùm illum, *Longomontanum* ac *Lansbergium*) in 19° 35′ ♌ completè fere: atq; sic declinatio (juxta *Tychonem*) 15° proximè (scil. 14° 59′ 30″) circiter. E quibus unà cum latitudine loci (51° 32′) habetur tempus diei, hor. 10 16′ 44″, pro fine Eclipseos; nempe hor. 1 43′ 16″ ante meridiem, hoc est, serius tempore à dictis viris observato, tantùm semissem circiter minuti primi. Sicq; hæc supputatio à *Tychone*, ad veritatem paulò propiùs accedit quàm quæ à *Lansbergio*. [Deprehensa erat altitudo Solis apparens, ad finem Eclipsis *Oxonii*, per D. *Wallisium*, Geometriæ ibidem Professorem publicum seu *Savilianum*, 47° 57′; & tempus per Horologium ambulatorium, *&c.* hor. 10 14′; uti in sua hujus Eclipsis descriptione videre est.]

Finis autem ex meo Calculo *Lansbergiano* (utiq; cætera tempora maximè observabilia quæ observari possent, cum observatis comparata) erat,

	h	′	″	
———	10	27	35	serior seu posterior observato utroq; 11′ circiter,
Initium	7	44	42	
Sicq; medium	9	6	8	serius seu poster. observ. sub fim. ecl. 1′ 38″.
visa ☌	9	3	35	citior seu prior observato eodem, 0′ 55″.
diff.	0	2	33	

nisi sumatur observatum antecedens, seu primum omnium; vel subsequens, sive tertium, pro tempore visualis Conjunctionis, vel pro medio Eclipseos; tumq; erunt differentiæ temporis inter nostra Calculata & sua Observata istæ sequentes.

Calculata. h. ′ ″	*Observata.* m h. ′ ″	*Diff.* h. ′ ″	
	t 9 2 42	0 0 53	fere ut inter nostram visam ☌, & 2m observatum.
Visa ☌, 9 3 35	3m 9 5 15	0 1 40	fere ut inter nostrum medium & idem observatum.
	1m 9 2 42	0 3 26	
Medium 9 6 8	3m 9 5 15	0 0 53	dif. eadem quæ inter nostram visam ☌ & 1m observatum
Diff. 0 2 33	0 2 33	0 2 33	

Quorum duorum temporum calculatorum, & duorum observatorum, ac horumce ad calculatum posterius, seu tempus medium differentiarum differentiæ, inter se concordant adamussim.

Sed secundum tempus observatum (hor. 9 4′ 30″) respondens summo deliquio observato (dig. 10, 20, decimali divisione, quæ sunt 10 12′, sexagenali, h. e. 10 $\frac{1}{5}$ communissimâ, seu naturali dictâ) erat certè vel visæ conjunctionis, vel medium defectionis: Nam ab isto ad ultimum omnium, seu finem Eclipsis, (scil. hor. 10 16′ 12″) fit hor. 1 11′ 42″, pro dimidio tempore; vel inter visam conjunctionem & finem; cujus duplum igitur est hor. 2 23′ 24″, pro toto tempore; quod à nostro calculato (hor. 2 42′ 53″) deficit 19′ 29″; & dimidium istud à nostro inter visam Conjunctionem & finem calculato (hor. 1 24′ 00″) deficit 12′ 18″. Quæ quantitas seu magnitudo defectus observata fuit à D. *Leybourn* per *Telef[...]ium* amplum,

plum, cum aliis mediis requisitis simul in conclavi obscurato (consentiens cum mea Calculatione exactè fere, quæ dat dig. 10⅓ uti & tempus ejusdem observatum, in laudem *Lansbergii*, hâc vice) & à D. *Rookio*, metæ aliquantulo propinquiùs (uti reliquis etiam visum fuerit) dig. 10⅖ circiter. Atqui momentum temporis articulo summæ defectionis competens, se non certum habere mihi profitebatur, nec in aliqua Eclipsi id immediatè deprehendi posse, ob motum Eclipseos (ut dicam) valde tardum, in Incremento & decremento aliquantisper circa ejus statum quasi, vel summum, haud ullo pacto perceptibilem, sed mediatè duntaxat ex initio & fine priùs observatis, medium Eclipsis habetur; quod aliqui volunt esse tempus summi deliquii seu maximæ obscurationis, tam in Eclipsi Solari (nisi fallor) quam Lunari (& vulgò veræ Oppositionis etiam in Lunari.) Alii verò tempus visæ Conjunctionis & maximæ defectionis vel eclipsationis in Sole, pro uno eodemq; accipiunt; & alii fortè omnia hæc tempora inter se discernunt. Verùm mihi verisimilius videtur (idq; partim ex aliquibus observationibus) tempus visæ ☌ & maximæ defectionis vel eclipsationis idem esse: uti in Eclipsi Lunari, tempus veræ Oppositionis & similis Obscurationis; quandoquidem motus seu mutatio Eclipsis non est æqualis ab initio ad finem; (vel ab initio ad medium aut summum ejusdem crescentis, & à medio vel summo ad finem decrescentis.) Nam tempus observatione acceptum sub summum deliquium (si modò exactè haberi possit) & medium tempus inter principium & finem, etiam observatione accepta, differunt quantùm tempus ordinarium inter visam ☌ & medium Eclipsis verum, (in Sole) & inter veram ☍ ac medium Eclipsis (juxta *Keplerum* primò & præcipuè, ni fallor) per calculationem inventum. Etenim apud *Tychonem* in Eclipsi Lunæ nullum hujusce rei exemplum videre possum. Ex hisce autem Observationibus, jam haud improbabilitèr colligere licet priorem Eclipsin magnitudine vix sensibiliter (si quidpiam omnino) computi nostri limitem *Londini* exuperâsse, *viz.* Solis *Martio*, 1652.

Tempus apparens veræ ☌ erat *Londini*, hor. 10 14′ 23″ à media nocte, locus verus Solis & Lunæ gr. 19 35′ 6″ ♌. Anomalia latitudinis ☽, sig. 5. gr. 24 28′ 6″, Horizontalis parallaxis ☽ à ☉ 56′ 50″, Ascensio recta Solis gr. 142 2′, Ascensio recta M. C. gr. 115 38′, medium Cœli in ecliptica gr. 23 45′ ♋, Angulus meridianus gr. 80 3′, Altitudo M. C. gr. 59 54′; Nonagesimus gr. 18 1′ 49″ ♋, Altitudo Nonagesimi gr. 60 24′, paral. longit. 25′ 52′, latit. 28′ 4″.

Cumq; hæc ☌ ecliptica in Quadrantem Zodiaci orientalem incidat, ad unam horam citiùs, *viz.* 9 14′ 23″, erit in medio Cœli gr. 9 43′ ♋, Angulus meridianus gr. 85 48′, Altitudo Nonagesimi gr. 61 43′, elongatio ☉ à Nonag. gr. 42′ 5″, paral. longit. 33′ 33″, paral. latit. 26′ 56″, differentia paral. longit. tempore dato, 7′ 41″, Horarius motus ☽ à ☉ verus 32′ 56″, visus 25′ 15″, atq; hinc intervallum inter veram & visam ☌ erat hor. 1 1′ 28″ subtr tempus ergo visæ ☌ incidit in *Augusti* diem 2, hor. 9 12′ 55″ à media nocte.

Ad tempus visæ ☌ reperitur Angulus meridianus gr. 85 56′, Altitudo M C. gr. 61 39′, angulus Eclipticæ & Horizontis gr. 61 44′, Elongatio à Nonagesimo gr. 42′ 21″, paral. longitudinis 33′ 43″, paral. latitudinis 26′ 55″ austrina, latit. Lunæ vera 32′ 1″ borea, latitudo visa 5′ 6″ etiam borea, Semidiameter Solis 16′ 6″, Lunæ Semidiameter 16′ 19″, Summa 32′ 25″, Pars deficiens 27′ 19″, Digiti ecliptici 10 11′. consentientes Observationi, quæ habet digitos 10 10′.

Scrupula incidentiæ, seu casûs colliguntur 32′ 1″, Horarius motus visus unâ horâ ante visam ☌ 26′ 39″, adeoq; tempus incidentiæ esset hor. 1 12′ 5″, ac proinde initium Eclipseos *Londini*, hor. 8 0′ 50″, quod convenit cum observatione Doctoris, qui judicavit initium vix ante octavam accedere.

Horarius motus visus unâ horâ post visam ☌ invenitur 25′ 16″, ita ut tempus repletionis fit hor. 1 16′ 1″, & ita finis Eclipseos hor. 10 28′ 56″, scil. serior observato à D. *Leybourn* facto, 12′ circiter.

33. An-

33. Anno Christi 1659, die *Novembris* 4, facta est Eclipsis Solis, cujus finem observavimus *Lussenbamiæ*, hor. 4 7′ post meridiem. In medio Eclipsis deficit Sol, digitos 8.

Tempus apparens veræ Conjunctionis contigit *Londini*, die 4 *Novembris* hor. 2 40′ 5″, sed *Lussenbamiæ*, hor. 2 37′ 41″, quo tempore Luminaria inveniuntur in gr. 22 8′ 47″ ♏, Anomalia latitudinis ☽ à ☊ gr. 8. 44′ 45″, ascensio recta Solis gr. 229 43′, Ascensio recta M. C. gr. 269′ 8″, Angulus meridianus gr. 89 39′, Altitudo M. C. gr. 13 49′, Nonagesimus gr. 27 46′ 38″ ♐, Elongatio ☉ à Nonagesimo gr. 35 37′ 51″, paral. longitudinis 8′ 0″, latitudinis 55′ 47″, Sol erat in Quadrante occidentali, ergo visa Synodus sequebatur veram 17′ 51″, & visa Conjunctio conspecta est *Lussenbamiæ*, hor. 2 55′ 32″ post meridiem. Datur tunc Ascensio recta medii Cœli gr. 273 37′, Medium Cœli in Ecliptica gr. 3 19′ ♑, Angulus meridianus gr. 88 33′, Altitudo Nonagesimi gr. 13 56′, Distantia Solis à Nonag. g. 47 1′ 4″, paral. longit. 10′ 7″, Distantia ☽ à ☉ 10′ 7″, paral. latit. 55′ 46″, Latitudo ☽ vera 46′ 19″ borea, ergo Latitudo Lunæ visa 9′ 27″ austrina, Semidiametrus ☉ 16′ 33″, Lunæ 16′ 30″, Semidiametrorum summa 33′ 3″, Pars deficien. 23′ 36″, Digiti ecliptici 8 33′.

Scrupula Incidentiæ 31′ 40″, Tempus Incidentiæ hor. 1 12′ 9″, Tempus Repletionis hor. 1 8′ 6″, Intervallum inter medium eclipsis & visam ☌ 1′ 54″ add. ergo initium eclipsis erat hor. 1 45′ 17″, finis hor. 4 5′ 31″, haud alitèr quàm observavimus *Lussenbamiæ*.

34. Anno Christi 1661, die 20 *Martii*, tempore matutino, facta est Eclipsis Solis, in cujus medio defecit ☉ septem digitos ab Austro, prout observavimus *Lussenbamiæ*.

Tempus diei in maxima Solis obscuratione, necnon in principio & fine Eclipseos, non observare potuimus, erat enim Cœlum majori ex parte totius durationis, nebulosum; Calculus itaq; eclipsis breviter exhibemus.

Tempus apparens veræ ☌ Luminarium contigit *Londini*, hor. 9 41′ 1″ à media nocte, *Lussenbamiæ* autem, quæ scrupulis horæ 2′ 24″ occidentalior est, hor. 9 38′ 37″, quo tempore ☉ est in gr. 10 13′ 49″ ♈; & ☽ in gr. 10 13′ 49″ ♈, Anomalia Latit. sig. 5 gr. 23 22′ 7″, Medium Cœli gr. 2 2′ ♓, Angulus meridianus gr. 68 58′, Altitudo medii Cœli gr. 26 33′, Altitudo Nonag. gr. 33 23′, elongatio ☉ à Nonag. gr. 2 30′ 26″ ad ortum, adeoq; datur paral. Longit. 1′ 24″, Latit. 48′ 30″.

Sol erat in Quadrante orientali, & visa ☌ præcedebat veram 2′ 59″, adeo ut visa Luminarium ☌ cadat *Lussenbamiæ*, hor. 9 35′ 38″ a media nocte; ad quod tempus dabitur medium Cœli in ecliptica gr. 1 15′ ♓, Angulus meridianus gr. 69 6′, Altitudo Medii Cœli gr. 26 16′, Altitudo Nonag. gr. 33 6′, Distantia ☉ à Nonag. gr. 3 7′ 0″, paral. Longit. 1′ 44″, paral. Latit. 48′ 40″ austrina, Latitudo ☽ vera 34′ 46″ borea, latitudo visa 13″ 54″, austrina, Semidiameter Solis 16′ 19″, Lunæ 16′ 40″, Summa Semidiametrorum 32′ 59″, Pars deficiens 19′ 5″, ergo erunt digiti ecliptici 7 1′. Qui nostræ Observationi ad amussim consentiunt.

Observavit etiam hanc ☉ Eclipsin D. *Johannes Hevelius, Dantisci*, deprehenditq; medium Eclipsis, horis à media nocte 11 20′, & digitos eclipticos 8 fere. Initium hor. 10 13′ 15″, finem hor. 12 27′ 3″. Observatio Eclipsis Solis 1661, à Peritissimo D. Joanne Hevelio Gedeni facta.

Tempus apparens veræ ☌ erat *Dantisci*, horis à media nocte 10 55′ 1″, quo tempore data est paral. Longitudinis 8′ 56″, Latitudinis 44′ 55″. Sed quoniam versabatur hæc Luminarium Conjunctio in occidentali eclipticæ quadrante; itaq; ad semihoram post veram Synodum, dabitur paral. Longit. 12′ 53″, Latit. 43′ 9″, semihorarius motus Lunæ à Sole visus 13′ 34″. Ergo apparens Luminarium Synodus fuit *Dantisci*, h. 11 14′ 46″ à media nocte, datur tunc,

Paral-

Parallaxis Longitudinis 11′ 31″, Latitudinis 43′ 45″ austrina, Latitudo Lunæ vera 33′ 32″ borea, Latitudo Lunæ visa 10′ 13″ austrina, pars deficiens 22′ 46″, digiti ecliptici 8 22′.

Scrupula Incidentiæ colliguntur 31′ 22″, Horarius motus visus unâ horâ ante visam Synodum 27′ 25″, erat ergo tempus Incidentiæ hor. 1 8′ 39″, Horarius motus visus unâ horâ post visam Synodum 26′ 56″, ergo tempus Repletionis hor. 1 9′ 52″, quocirca principium Eclipsis *Dantisci*, hor. 10 6′ 7″, & finis hor. 12 24′ 38″, omnibus fere modis ut *Hevelius* observavit. Si verò verum Meridianorum discrimen inter *Londinum* & *Dantiscum*, sit hor. 1 18, quemadmodum habent *Longomontanus*, *Eichstadius*, & alii, tum Calculus noster observationi accuratè conveniet. Sed hoc Observationibus aliorum relinquo.

FINIS.

Carmen

Quod in Anglicana hujus ex parte operis, aliquot abhinc annos, editione, in ipsissimum, ingeniosissimum Auctorem, D^m *Vincentium* (seu *Vincentem* *) *Wingium*, conditum erat

* Quod nomen Anglicè *Vincent Wing* sonat Latinè *Vincens Ala*, quasi Ala astralis, seu ad, inter & circum astra, ac ab astris, hinc illinc, vel hac illac volans; sicq; demum astra quasi *Vincens*.

Hexastichon

Heroico-elegiacum: vel Hexametro-pentametrum.

Ecce vir alaris, volitans ad sidera summa:
Cui lustrare * *Domos cura fuit superas.*
Non * Alæ *aut* Scalæ Diggesî *attingere possint*
Ulteriùs Cælorum alta Theatra quidem,
Quàm una hæc A L A potest, tabulata nitentia Templi
Quæ astriferi petit, ac pervolat assiduè.

à *Joanne Wyberdo*, M. D.

* Astrologicas non intendo.

* Libellus *Thomæ Digges* Generosi Angli, in novam stellam *Anno* 1572, cui titulus est, *Ala* seu *Scala Mathematica*, &c. Et quem illustris Generosusq; Danus *Tycho Brahe*, in suis Progymnasmatis de eadem stella egregiè examinavit, &c.

Qui Lectorem desiderat, ut inter Errata & Menda quæcunq; in hoc Volumine Prælum præterlapsa, hæc specialiter Calamo corrigere velit, videlicet, in *Par.* 3. *pag.* 345, *lin.* 11. pone Comma post *Medicinæ*, & dele comma post *Astrologorum*, *l.* 22. post *fuis*, lege vel potiùs scribe (cui & pars seu praxis ista observatoria vix magis quàm calculatoria usu percepta fuit.) *l.* 33 scr. nonnulliq; *p.* 346, lineâ completâ 19. dele parenthesim post *vertice*, & *l.* 20. pone similem post *tribuitur*. *p.* 347, post literas P. M. observationibus Eclipsis adjectas, scr. medium per se observatum, ut circa summum Deliquii, quod discrepat defectivè à medio inter initium & finem observata, scrup. 2′, 6″, quantulum circiter temporis ordinariè intercedit inter medium Eclipsi & visam copulam. *p.* 348. *l.* 10, (post calculationes) scr. toti Philosophiæ. *p.* 350. *l.* 25. pro *vix* scr. non. *l.* 29, dele *ferè*. *l.* 30. include parenthesi, *sive Tubum opticum*, & dele accentum ` supra amplius, ut respondeat id adjectivè ad *Telescopium*. *p.* 351. in summo marginis scr. 1649. *p.* 352. *l.* 10. scr. primò, cùm juxta *Origani* ephemerides, è Tabulis *Solis* Tychonicis; tum juxta *Eichstadii*, &c. *p.* 357. *l.* 15. scr. propriâ. *p.* 359 *l.* 20. scr. præstinguat. *p.* 360. *l.* 5. scr. exhibet. *l.* 10. pone parenth. post *foris*. *p.* 361. *l.* ult. &c. scribe, Atq; utinàm Decimalis circumferentiæ Circuli divisio, uti jamdudum Radii sive Semidiametri; vel speciatim centesimalis partis suæ gradualis, &c. Nam aio hic incidenter & insuper, quòd talis totius Circumferentiæ divisio esset potiùs millesimalis seu millenaria, quàm centesimalis sive centenaria; nisi quòd illa existimetur forsan nimis numerosa, uti hæc non satis; etsi parùm aut nihil refert quæ vel qualis sit ejusdem divisio, quantùm ad Logisticen vel sexagenalem vel decimalem; quandoquidem in utraq; partes integrales seu primariæ, ut appellem (vulgò Gradûs vocatæ, & qui à nonnullis Partes planè & plerunq; vocantur) per se servantur integrè, seu separantur à secundariis, ut earum particulis (quæ vulgò minuta & scrupula vocantur) sicut hæ etiam ordinariò & quasi necessariò inter se separantur, præsertim in abaco sexagenario, ceu totidem distinctæ aut diversæ, singulæq; species logisticæ, continuâ vel sexegenariâ, vel decimanâ subdivisione, infinitè

procreatæ; quæ verò cunctæ in abaco decumano seu decimali, commisceri aut confundi, non impropriè & imperitè, vel non ineptè prorsùm possunt, quasi sub una specie vel denominatione (scil. *decimarum seu Decimalium* simplicium aut primarum; *centesimarum*, *millesimarum* &c. prout Logistæ visum fuerit, loco *primarum*, *secundarum*, *tertiarum* &c. sexagesimalium, perpetuò disjunctarum, seu distinctarum) ut benè notum est, & aliquando factum (imò unà cum ipsis integris) Veruntamen Circulo Zodiaco in specie, decimalis divisio seu partitio gradualiter convenire nequit, propter irregularem & irrationalem indè (ut dicam, licèt æqualem) XII. Signorum distributionem; scil. à Denarii, vel numeri cujuscunq; decimani seu decimalis, per Duodenarium divisione. Quamobrem (meo judicio) circumferentiæ Circuli in genere, seu universè, sexagenaria quædam (seu quodammodò) divisio gradualis, quasi sexageno-decimalis, utpotè à Radio decimali (seu decimaliter diviso) maximè transumpta, optimè congruat: nempè quemadmodùm antiquitùs Radius sive Semidiametrus in 60. partes primùm divisa fuit (qui numerus senario & denario constat, ceu articulus ciphralis aut circularis, & sic senario-denarius existit, vel vocari potest, perindè ac sexagenarius) & indè in plures ejusmodi particulas ad infinitum, continuâ decuplatione, sive circulari additione vel augmentatione, tanquam decimali compositè seu conjunctè; sicut in antiquiore aut sexagenario, potiusve sexageno-decimano ut dicam, Canone mathematico seu trigonometrico videre est) Cui æqualis existens chorda seu subtensa sextantis Circuli (ut latus Hexagoni eidem ordinatè inscripti) etiam totidem partes indè adepta est, sicq; arcus ipse respondens congruenter; & hinc tota circumferentia 360. ita nunc posito sive sumpto Radio decimaliter partium 100 tantùm, pro 60. (uti ponitur pars quælibet circumferentiæ, tum primaria seu integralis aut gradualis, tum secundaria seu minutaria infinitè consimiliter) erit exinde subtensa sextantaria prædicta (seu chorda hexagonica) etiam 100. partium; atq; sic arcus ipse sextantalis 100; & consequenter tota Circumferentia 600. partium earundem; hincq; quodlibet signum 50. gradûs habebit exactè (qui numerus sexcentarius haud longè cadit à medio inter 360. & 1000; at non tam longè à medio inter 100. & 1000. Propiùs autem multò accedit is ad medium inter istos duos medios numeros, ut non multùm ab illo distans. Quodq; fortè observatu non omnino indignum sit) Erit ideò circumferentiæ numerus gradualis 600. respectu præcipuè Circuli signiferi, accommodatissimus. Quod autem hic proponere libuit & licuit, quoniam hactenus ab aliquopiam propositum non novi; quanquàm decimalis divisio & numeratio à multis viris, præsertim Anglis ni multum fallor, tam in astronomicis quàm in geometricis ac arithmeticis in genere, utpote naturaliter expeditissima & exquisitissima, publicè proposita & prædicata fuit. Sed tanta fuit hucusq; plerorumq; pertinacia & ignorantia vel inconsiderantia (sicut in aliis præcipuis artibus & scientiis partim, scil. philosophicis plerunq;) ut viam veterem & vulgarem, licèt magis molestam & tædiosam, pro novella seu neoterica, certò paratiore aut promptiore, deserere dedignati sint: Cujus tamen rei principium & fundamentum mihi visum est fuisse Semidiametri seu Radii circularis divisio decimana sive decimalis, prout in principio meæ *Tactometriæ* seu *Tetagmenometriæ*, ante annos non pauculos Anglicè editæ, notavi; Eandemq; divisionem semidiametralem à *Johanne Regiomontano* primùm factam fuisse, postquàm ille sexagenariâ (uti *Ptolemæus*, & alii antè) diù usus fuerat, utpote qui tandem animo cogitabat hanc esse multo meliorem, eo quòd *Unitas* multò majus & melius præstaret numerando seu calculando compendium, quàm *Senarius*; sicq; statuebat vel sumebat Radium ad particulas 10000000. aut plures, prout ego ab autore quodam astronomico, aliquantùm etiam annoso scriptum tunc accepi: quod tamen aliis plerisq; nondum satis constat; quisnam scil. hanc Radii seu Semidiametri partitionem primus excogitavit aut proposuit; quoniam in ejus operibus mathematicis, seu specialiùs in suo Triangulorum Canone & calculo, ea non habetur, sed solùm sexagenaria (quasi sexageno-decimalis, ut priùs dixi) ad partes 6000000, aut plures.

Quæ quinetiam Logistica, seu numerationis ratio, aliquid conferre possit Tabulis seu Canonibus motuum mediorum seu æqualium Planetariorum condendis, scil. per *Centenas* (Ἑκατοντάδες) motuum vel mensurarum gradualium atq; temporum, ab Æra vel Epocha certa, computo instituto, quemadmodùm per *Sexagenas* (Ἑξηκοντάδες) primùm in Canonibus ejusmodi *Alphonsinis* commodissimè seu scrupulosissimè factum erat: atq; indè in *Copernicanis* omninò etiam: dein *Prutenicis*, ac *Lansbergianis* (seu *Zelandianis*, ut aliàs nuncupem) potissimè: demùmq; partim in præsentibus *Wingianis*.

Porrò autem in pag. 362, paucis ectypis, seu exemplis typographicis primò impressis, sub Calculo naturali, ubi numerus sinicus (sive Sinus numericus) sextus bis ponitur, inferior delendus est, & in ejus locum reducendus septimus, qui è proprio loco ibi detruditur; & indè etiam ultimus, vel Sinûs totius numerus iterùm, &c.

FINIS.

